¶Uel dic ꝙ Noe est pater ⁊ p̃latus noster:qui scilꝫ si in delitijs dormiat:ita ꝙ turpitudo suoꝝ defectuũ in aliquo appareat: sem ⁊ iaphet.i.boni filij et subditi ip̃m operire et excusare nitunt̃. Cham vero.i.mali ⁊ ꝑterui subditi ip̃m deridere,⁊ turpitudines defectuũ suoꝝ alijs prodere:⁊ eas in libellis et appellationibꝰ reuelare conant̃:quapropter tales seruitute et aduersitate dãnant̃. Boni vero ⁊ pacifici ꝓsperitate fruunt̃:cũ scriptũ sit in leuitico:ꝙ q̃ reuelauerit turpitudines patris sui/morte moriatur.

D

Leui.18.a.

Aliter.

¶Uel dic ꝙ Noe decimꝰ ab adã(q̃ interpretat̃ requies) christũ significat:q̃ decalogũ legis impleuit:⁊ requiẽ paradisi donauit. Uinea enĩ quã plãtauit/domus israel est:vt dicit Esaias. Ista enim est q̃ expectata est vt faceret vuas:fecit aũt spinas:q̃ scꝫ ista vinũ cõsolatiõis dño debuit offerre:ipsa tñ ipsum spinis voluit coronare:et acetũ mordacis tribulationis eidẽ studuit ꝓpinare:et cũ in cruce aceto potare. Psalmista. In siti mea potauerũt me aceto. Quia ꝓ certo ista est q̃ ip̃m creatorẽ ⁊ plãtatorẽ suũ christũ vino tormẽtorũ inebriauit:ita ꝙ ipsum in lecto crucis per mortẽ nudũ dormire fecit:ita ꝙ chã filiꝰ eius.i.malꝰ populus iudaicꝰ vidẽs turpitudinẽ eiꝰ.i.humanitatem eiꝰ mortuã:ipsum derisit/cũ dicit̃. Uah q̃ destruis tẽplũ dei salua temetip̃m. Uerũtamẽ boni filij eius/sem ⁊ iaphet.i.ap̃li ⁊ christiani:verẽda p̃ris.i.mortẽ ⁊ mortalitatẽ ipsius operuerũt:inquãtũ ipsam dignis rõnibꝰ esse necessariã monstrauerũt:quapropter chanan filiꝰ cham maledicitur:q̃ iudeoꝝ posteritas propter xp̃i passionẽ maledictione dãnat̃:sicut ipsimet dixerũt. Sanguis eiꝰ sup nos et sup filios nr̃os. Boni ꝟo filij, scꝫ christiani ⁊ apostoli/bñdictiõe tã tẽporali q̃ perpetua ꝑfruunt̃. Ideo de ista vinea cõquerit̃ dñs. Ego plãtaui te vineã meã electã omne semẽ verũ:quõ ergo ꝯuersa es in prauũ vinea aliena?

Esaie.5.a.

Synagoga malum vinũ Christo in cruce ꝓpinauit q̃ inebriatus est.

Psal.68.e.

Mat.27.c.

Mat.27.

Hiere.2.d.

E

¶Capitulũ xj. Textus.

Erat autem terra labij vnius. Moralitatum Capitulum viij.

Cum gigãtes essent sup terrã/decreuerũt in cãpo sennaar edificare turrim.cuius summitas celũ tangeret:vt scꝫ in celũ ascẽderẽt:et nomẽ suũ iter hoĩes celebrarẽt. Habuerũt ergo lateres ꝓ saxis ⁊ bitumẽ ꝓ cemẽto. Igitur cũ edificarẽt:⁊ iam turrim illã in ciuitate babylonica vsq̃ ad duoꝝ miliarioꝝ extulissent altitudinẽ/sm̃ Orosiũ,⁊ sm̃ Hieronymũ super Esa.xiij. Indignatꝰ dñs linguas eorũ cõfudit:ita ꝙ alter alteriꝰ verba nullatenꝰ intellexit. Quapropter ab inuicẽ separati sunt:⁊ ꝑ mũdum sm̃ linguarũ distinctiones se diuersimode diuiserũt.

Turris babylon.

¶Tales gigãtes sunt superbi q̃ turrim.i.fastigiosum et altũ statũ in cãpo sennaar:q̃ interpretat̃ fetor.i. in isto mũdo fetido edificare nitunt̃:sursumq̃ ad altitudinẽ celi.i.altos gradus et status vltraq̃ eorũ merita/ascẽdere moliunt̃. Et hoc vt melius faciãt/plures qñq̃ in eandẽ societatẽ ꝯueniũt:⁊ ad hoc cõiter occupant̃. Quapropter sepe fit ꝙ dñs cõtra eos indignat̃:ipsorũq̃ malã cõcordiã rũpit:⁊ ipsos ꝑ mortẽ vel ꝑ infortunia diuidit:⁊ sic occulte faciẽte dño opꝰ malũ q̃d ceperãt impedit̃. Unde Iob. Dissipat cõsilia malignorũ:ne possint manꝰ eorũ implere q̃d ceperãt.

Moralitas.

Conuẽtiones supborũ sepe dissipantur:et eorũ machinationes a dño frustrantur et defraudãtur.

Iohã.5.b.

F

¶Capl'm xij. Textus.

Dixit aũt dominus ad abraam. Egredere. Moralitatum Capitulum ix.

Cum abraã esset in vr:que est ciuitas chaldeoꝝ: apparuit ei dñs/dicẽs. Egredere de cognatiõe tua/et de domo patris tui:et veni in terrã quã monstrauero tibi:⁊ faciam te in gentẽ magnã. Abraam igitur in terrã chanaan ducit̃:vbi altare dño edificauit:⁊ vbi dilatatio sui seminis/totiusq̃ illiꝰ terre possessio sibi promittit̃ atq̃ datur.

¶Ur qui interpretatur ignis/significat mundũ:qui scꝫ vr chaldeorũ dicit̃:pro eo ꝙ igne cõcupiscentie mũdus continue inflãmatur. Abraã aũt est homo:cuius terra est terrena possessio. Cognatio est carnalis delectatio. Domus patris siue parentũ est amicorũ affectio. Terra vero quã deus nobis ostẽdit:est vita spiritualis/religio ⁊ perfectio. Dico igitur ꝙ abrae.i.cuilibet peccatori:q̃ in vr chaldeorũ.i.in mũdo vel in igne cõcupiscentie habitat a deo p̃cipit̃/ꝙ inde quãtũ ad affectũ exeat: ꝙ terrã.i.terrenorũ amorẽ: cognationẽ.i.ꝓprie carnis delectationẽ:et decorẽ domus patris sui, id est proprij generis nobilitatẽ et honorẽ contemnat penitus ⁊ dimittat:ꝙq̃ ad terram quam ipse deus monstrat.i.ad statum penitẽtie vel ad vitam spiritualẽ se transferat et transducat. Sic enim sibi promittit̃ dilatatio gratie/promotio ⁊ exultatio gl'ie/⁊ possessio celestis patrie Sicut etiã patet Christo dicẽte. Uos q̃ reliquistis oĩa: ⁊ secuti estis me ⁊c.

Moralitas

Precipitur peccatori reuelatione et precepto interiori vt peccatũ deserat ⁊ ad terram fructuosaꝫ pergat.

G

Mat.19.d.

Aliter.

¶Uel dic allegorice/ꝙ abraã est xp̃s:terra est iudea:cognatio eiꝰ fuit iudeorum populꝰ:domꝰ sua tẽplũ ⁊ synagoga. Igitur p̃dicta verba potuerunt esse p̃ris dei ad xp̃m dicentis. Egredere/quantũ ad fidẽ ⁊ quantum ad credulitatẽ:de terra tua/cognatione et domo.i. de synagoga/de tẽplo seu iudaico ppl'o:⁊ veni in terrã chanaan.i.ppl'm gentilẽ:quã monstrauero tibi vbi scꝫ altare tuũ.i.ecclesiã edificabis:⁊ vbi per fidẽ dilataberis ⁊ valebis. Unde dicit̃. In illo tp̃e erit altare dñi in egypto.

Aliter.

¶Uel videt̃ ꝙ talia verba dicit diabolus homini quẽ videt in statu religionis vel gratie. Monet enĩ hoiem ꝙ terrã suã.i.stabilitatẽ suã deserat:⁊ꝙ cognationẽ suã. i.bonoꝝ suoꝝ societatẽ dimittat:⁊ de domo p̃ris sui.i.de religiõe ꝑ apostasiã fugiat ⁊ recedat:et ad terrã chanaan.i.ad mundũ mẽte ⁊ corpore se deflectat:⁊ ibi ꝓmittit sibi diabolus ꝑ vanã spẽ/ ꝙ faciet eũ in gentẽ magnã.i.ꝙ faciet ip̃m totaliter diuitem ⁊ potentem:ꝙq̃ ip̃m in temporalibus dilatabit:et ꝙ terram chanaan:id est mũdum in possessionibꝰ cõtinuo sibi dabit:sicut supra videbat̃ dixisse mulieri. Quacũq̃ die comederitis eritis sicut dij.

Sepe deꝰ reuocat cursores et discolos sua pietate quos demõ a sancta extraxerat religione sua malicia et calliditate.

H

Gen.3.a.

¶Fame inualescẽte in terra chanaan:descẽdit Abraam in egyptũ,vt peregrinaret̃ ibidem. Pharao aũt rex sibi suã mulierẽ abstulit:sed tandẽ imunẽ sibi eã restituit. Ip̃e vero fame cessante in terrã promissionis redijt.

Textus. Cap.xij.c.

¶Sic vere cũ q̃s vrgẽte fame auaritie,terrã ꝓmissionis.i.claustrũ vel deuotionẽ dimittit: ⁊ in egyptũ.i.in mundũ ⁊ mũdi negocia descẽdit:sta:

Moralitas.

tim adest pharao rex egypti.i. diabol⁹ princeps mūdi: q̄ vxorē ei⁹ diuinā gratiā sibi tollit. Uerū tamē qn̄q̄ de⁹ ipsum ad penitētiā reducit: ꝛ vxorē suā, scȝ gratiā sibi reddit: ꝛ cessante fame auaricie, iterū in terrā ꝓmissionis. i. statum salutis vel religionis, vel ad claustrū ꝑducit: ita vt dice
1. Reg. 2. a. re possit illud ꝓphete. Dominus mortificat ꝛ viuificat: deducit ad inferos ꝛ reducit.

Caplm. xiij. Textus.

Ascendit ergo Abraā de egypto. Moralitatum Capitulum x.

Loth ꝛ Abraā cũ uis essent amici ꝛ fratres neq̄bant tñ habitare cōmuniter: qꝛ erat possessio eorū nimia. Loth igitur diuisus ab Abraam, regionem circa iordanem que irrigabatur vt paradisus elegit: vbi cito post cū alijs capt⁹
A
Ca. xiiij. a. fuit. Quatuor enim reges cōtra zodomā vbi habitabat, venerūt: qui ipsum cū populo captiuauerunt. Abraā tñ occurrēs aduersarijs obuiauit: ꝛ Loth de eorū manib⁹ liberauit. ¶Sic ꝓ quotidie fit, ꝙ illi quorū est possessio nimia, scȝ diuites huius mundi: simul seu cōcorditer habi-
Moralitas. tare nō possunt: imo abinuicē ꝑ lites ꝛ cōtrouersias diuidunt. Terrena em̄ possessio est diuisionis occasio. Sepe em̄ fit ꝙ Loth q̄ interpretatur
Plus valēt amicorū societates q̄ bonoꝝ prosperitates. declinās.i. aliq̄s q̄ ab Abraā.i. a bonoꝝ vicinoꝝ societate declinat: ꝛ ex hoc circa iordanem mundane ꝓsperitatis posse habitare se putat: qui tñ ab hostibus.i. a vitijs ꝛ tribulationib⁹ captiuat: ita ꝙ opȝ ꝙ ab Abraam quē dimiserat. i. ab illo fratre, socio vel amico, cuius societatem dereliquerat ꝛ cōtempserat, adiuuetur. Igit nō est bonū, bonam societatē ꝛ concordiā dimittere: nec solum seu solitariū manere: nec mundi prospera vltra debitū affectare: sed simul per cōcordiam
Gen. 2. c. quiescere ꝛ manere. Unde dicitur. Non est bonū hominem esse solum.

Capitu. xv. Textus.

His itaq̄ transactis factus est sermo domini. Moralitatum Capitulum xj.

B
Dominus precepit Abrae ꝙ sacrificaret sibi vaccā, caprā ꝛ arietem triēnes, colūbāq̄ ꝛ turturē. Abraā ergo aīalia diuisit: volucres sine diuisione ad ꝑtē posuit. Tādē aues celi cadauera sacrificij volebant comedere: sȝ abraā eas abegit: In sero vero cliban⁹ ardens apparuit: q̄ sacrificiū cōsumpsit: dn̄s vero multa bona abrae promisit: ꝛ sibi secreta plurima reuelauit. ¶Reuera vr̄ ꝙ in istis sacrificijs significant oēs illi quos sibi dn̄s vult spūaliter imolari. Ibi em̄
Moralitas. sunt aues.i. ꝯtēplatiui: aīalia.i. actiui. Aues igit ꝑcipiunt nō diuidi: ꝑ eo ꝙ ꝯtēplatiui nec ꝑ mūdi negocia: nec ꝑ affectiōes varias sunt diuisi: imo
Leuit. 1. d. Nota differentiā actiuoꝝ ꝛ ꝯtēplatiuorū ꝛ in quo conueniant. ꝑ ꝯtēplationē in deū tēdūt integri ꝛ ꝑfecti. Un̄ dicit. Auē nō secabit: nec ferro diuidet. Iste etiam aues scȝ cōtēplatiui: dicunt turtures ꝓpter castitatē quā seruāt: dicunt colūbe ꝓpter simplicitatē quā amāt. Isti ēt pro dn̄o dicunt ablati.s. par turturū aut duo pulli colūbarū. Aīalia āt (sicut dictū est) sunt actiui q̄.s. circa terrā.i. circa terrena negocia solēt occupari ꝛ manere. In istis ꝓ est vacca iugo subdita q̄ sigt subditos: aries dux gregis q̄ significat ꝑlatos: capra macilēta: q̄ sigt penitētes laboriosos. Igit quilibet istoꝝ debet esse triēnis: qꝛ vcȝ vaccā.i. subditi: debēt esse triēnes per fidē trinitatis quā debēt simpliciter credere. Uel ꝑ tria vota religiōis obedientiā.s. paupertatē ꝛ castitatē: q̄ debēt firmiter cōtinere. De
C
Eccli. 4. quo dr. Funiculus triplex difficile rūpit. Aries i. ꝑlati debēt esse triēnes ꝑ tres virtutes theologicas: fidē, spem ꝛ charitatē: q̄s debēt habere ve
1. Cor. 13 raciter: de q̄b⁹ apl's. Nūc aūt manēt fides, spes ꝛ charitas tria hec. Capra vero.i. penitētes debēt esse triēnes: s̄m tres partes ꝑnie.s. cōtritionē: cōfessionē: ꝛ satisfactionē: quas debēt veraciter im-
Exo. 3. f. plere: de q̄b⁹ dr. Uiā triū dierū ibim⁹ i solitudinē.
Eccli. 25. Ut ꝛ sic q̄libet istoꝝ dicat illud. In trib⁹ bn̄placitū est spūi meo. talia igitur sacrificia.i. tales ꝑsone ab auib⁹.i. a demonib⁹ tentātibus impetunt: sȝ ab abraā. i. a deo vel a bono prelato defendūtur. Clibanus etiam ardēs.i. charitas perfecta tales in flāma ipsosq̄ deo immolat ꝛ presentat.

Caplm. xvj. Textus.

Igitur sarai vxor abraam. Moralitatū Capitulum xij.

Cum Sara vxor Abrae sterilē se videret tradidit ancillā suā abrae viro suo, vt sibi in ea filiū gn̄aret: q̄ tādē inter genua sua pareret ꝛ suscriberet sibi partū. Agar aūt cōce
D
pisse se vidēs, contēpsit dn̄am: quā cū affligeret, fugā inijt agar: quā tñ i deserto angel⁹ vagātē ꝛ fugientē inuenit, sibiq̄ dixit. Agar ancilla sarai, vn̄ venis, ꝛ q̄ vadis? Cōsulit ergo angel⁹ ꝙ rediret: ꝛ ꝙ sub manu dn̄e sue ceruicē supponeret: ꝛ ne ampli⁹ supbiret cōtra eā. Filiū, etiā ex ea generādū ꝑdixit: ꝛ ab ipso duodecim duces ꝓcessuros ꝓmisit. ¶Istud pōt ex-
Moralitas. poni moral'r: ꝛ dici ꝙ abraā est hō: qui reuera hȝ vxorem ꝛ ancillā: qꝛ scȝ sara vxor sua significat aiam. Agar ꝓ ancilla significat carnē. Sara ergo.i. aīa de se est sterilis: qꝛ scȝ aīa de se, nec ꝑ se nihil pōt opari, vel facere: nec ꝑtū cuiuscūq̄ boni opis gn̄are: cū nō hȝ organa: ꝛ ideo opȝ ꝙ ancilla ei⁹.s. caro, pariat filiū. i. faciat bonū opus: qꝛ lȝ a mēte ꝓcedat boni opis ordinatio sicut a dn̄a: tñ a carne ꝓcedit executio boni opis sicut ab ancilla. Uerūtñ qꝛ ista ancilla.i. caro ꝯcepisse, ꝛ aliq̄d boni fecisse se videns: qn̄q̄ in supbiam erigitur: domināq̄ suā ꝯtēnēs, in deserto mundi circa bona terrena vagat: ideo angel⁹.i. de⁹ vel bon⁹ predicator, vel prelatus: ipsam reprehēdit tā de cōtēptu dn̄e q̄ scȝ de fuga. Dicit ergo sic.
Moralitas. Agar ancilla sarai vn̄ venis ꝛ quo vadis? ¶O tu agar q̄ interꝑtaris somniū vigilie.i. o caro q̄ semper somnias vigilias ꝛ ludibria hui⁹ mūdi: q̄ es ancilla Sarai.i. aie: rogo vn̄ venerꝭ aduerte: ꝛ q̄ vadis: ꝛ q̄lis est natiuitas tua, ꝛ q̄lis mors: vnde nasceris: qual'r morieris q̄ vilis igrediēdo, ꝛ q̄ flebilis moriēdo: ꝛ caue ꝙ de cetero aiam tuā dominā nō ꝯtēnas: sȝ ei seruias: obedias ꝛ itēdas: qꝛ.s. dr i psalmo. Oculi ancille dn̄t esse in manib⁹ Ps. 122. a.
Aliter. dn̄e sue. ¶Uel dic ꝙ qn̄ dn̄a aīa laxat frenū ancille.i. carni: ita ꝙ ipsam dn̄a ꝑmittit ꝯcūbere carnaliter cū abraā.i. aliqua carnali vel tꝑali voluptate: tūc statim cōcipit hismaelē.i. malū ꝓpositū quod scȝ cōtra Isaac.i. cōtra virtutes quotidie facit bellum: concipit etiā qn̄q̄ diuitias: delitias: ꝛ seculares scientias: ꝛ alia mundi boni ita ꝙ tūc ista superba efficit: intātū ꝙ dn̄e sue aie ne

Aliter. quasi obedire dignat̄:quinimmo si dn̄a sua ip̄az ve
lit a superbia reprimere:⁊ p abstinētiā affligere:
statī solet ad desertū vitiorū trāsire:⁊ a iugo vir
tutū fugere ⁊ abire. Unde dicit̄. A seculo ꝯfregi-
F sti iugum:rupisti vincula:dixisti non seruiam
Hie.2.d Ista etiam per angelū.i.predicationē vel religio
nē vel confessorē est reducēda:⁊ sibi dicēdum est.
Agar ancilla ⁊c. per omnia sicut supra ¶Uel dic
recte Sara significat mihi aliquos magnos con
siliarios principum vel magnatuz:qui quādoqꝫ
habent aliquam ancillam.i.aliquam personam
vilem ⁊ seruilem:scz de humili plebe natā:quam
diligunt,⁊ ipsam abraam viro suo supponunt:⁊
in eius seruitio ponunt ⁊ vt ipsi exinde filium su
scipiant.i.vt exinde lucrum et obsequium ha-
beant:ipsos cum magistris promouent ⁊ extol-
lunt:qui tamen statim vt ceperint per diuitias
impregnari:incipiunt superbire:⁊ saram domi-
nā suam illum qui ipsas ad officia promouent:
Eccli.4.a ingrate solent contemnere:⁊ de eo non curare:
Aliter Se- quapropter sepe fit ꝙ tales solent eos affligere:
pe ditati cō ⁊ propter ingratitudinē ad fugā.i.ad amissionez
temnunt status:quē eis ꝓcurauerūt compellere ⁊ vrgere.
suos pmo- Et ideo recte pōt talibus cōsuli:ꝙ erga dominā
tores ⁊ di- idest benefactorē humilientur:⁊ cōtra ip̄m in sur
tatores. gere non conent̄. Unde dicit̄. Magnato humilia
caput tuum. ¶Uel dic ꝙ sara significat prelatū:
qui ancillam suā.i.subditum suum permitttit im
mo etiā procurat diuitijs ⁊ beneficijs aliquotiēs
impregnari:quapropter sepe fit ꝙ talis cōcepis-
se se videns ⁊ diuitias vel scientiass acq̄siuisse:
contra eum superbit ipsummet ⁊ eius mandata
contemnit: intantum ꝙ si sara velip̄m affligere
vel corrigere nititur:statim per apostasiam:vel
per appellationem ad desertum mundi ⁊ ad ro-
manam curiā cito fugit:⁊ vagabūdus per mun-
dum perambulat ⁊ incedit. Angelus igit̄.i.qui-
cunqꝫ bonus debet talibus ꝯsulere:ꝙ redeant:⁊
ꝙ sare.i.prelato suo obtemperent:⁊ ꝙ humilitat
te preuia ipsius pacem querant:dicendo illud
hieremie. Reuertere ad ciuitates tuas vsqꝫquo
delitijs solueris filia vaga. ¶Uel dic ꝙ prima
Hie.31.d vxor abrae fuit synagoga:que a principio fuit
Aliter sterilis:⁊ in fine isaac.i.christum qui interpretat̄
gaudiū,generauit. Ancilla sua ē gētilitas vel ec-
G clesia collecta de gentib9:q̄ se cōcepisse sp̄m salu-
tis videns dominā suā.i.ecclesiā de iudeis natā:
ꝓ eo dn̄m crucifixerūt cōtēnebat sicut dicit ap̄ls.
illam ergo tanq̄ dominā aliū honorare iubent̄:⁊
cōtra eā superbire vetant̄. Un̄ postq̄ ap̄ls dixit,
ꝙ i ecclesia nō est differēt a greci et iudei: sequit̄:
q̄d ergo hz iudeus greco amplius:multū p oia.
Uel dic ꝙ etiā nos q̄ sumus ex gētib9:nō debem9
Rom.3.a synagogā:q̄uis induratā ⁊ sterilē vilipēdere:sz
Aliter eā quadā reuerētia honorare:ꝓ eo ꝙ ab illa scri
Nota rōnē pture fidei principia habuim9. Que etiā papa fa
quare syna facere dicit̄:quia scz rotulam legis moysi a iu-
goga a no deis oblatam in die consecrationis sue ꝯsculari
bis est ho- nullatenus dedignatur.
noranda
ductione ⁊
exēplosum
mi ponti-
ficis.

¶Capi. xvij. Textus.

Postq̄ vero nonaginta ⁊ nouē annorū.

Moralitatum Capitulum xiij.

ABraam preceptū
fuit ꝙ octaua die omne masculinū
circuncideret̄:⁊ ꝙ certa portio de
sui carne preputij auferret̄:vt sic
Moralitas pp̄ls dei a gentib9 distingueretur.
¶Octaua dies est tp̄s gr̄e:qd̄ post sabbatū legis
D succedit. Nos igit̄ q̄ sum9 in isto octonario.i.i sta
tu ⁊ tpe gr̄e:debem9 esse a cūctis superfluitatib9
circūcisi:⁊ maxime a p̄putio carnis nr̄e idest a cō
cupiscētia carnali:⁊ sicut soli masculi:nō femine
circuncidebant̄:sic etiam hodie masculi.i.pfecti
nō feminei.i.impfecti se a vicijs circūcidūt:⁊ sicut
in circūcisione nomen imponebat̄:sic boni q̄ a vi
tijs circūcisi sunt:nomē bone fame p̄ alijs conse-
quuntur. Un̄ dr̄. Noie eterno hereditabit illū dn̄s Eccl.15.b
de9 nr̄. ¶Uel dic ꝙ octonari9 est tp̄s future resur Aliter.
rectionis:vbi ꝓ certo caro nr̄a a cūctis supfluis
passiōib9 circūcidet̄:⁊ a cūctis defectib9 secludet̄. Luc.2.e.
Un̄. Octaua die venerūt circūcidere puerū. ¶An Textus
q̄ abraā ⁊ sarai isaac gn̄arēt:p̄cepit dn̄s ꝙ nomē Ca.xvij.
suū cresceret: ⁊ diceret abraā:sarai quoqꝫ nomē a.⁊.c.
suū minueret ⁊ diceret sara. ¶Per abraā itelligit̄ Moralitas
itellect9 p sarai aūt vxorē intelligo voluntatem. Intellect9
Isti eñi duo.s.abraam ⁊ sarai debent simul isaac dz crescere
idest bonā ꝓlē ⁊ bona opa parere:⁊ fructuz vir- ⁊ voluntas
tutū dn̄o generare. Sz reuera ad hoc requirit̄:ꝙ minui vt
abraā.i.itellect9 crescat v̄itatē cognoscēdo. Sa- bonā pro-
rai.i.volūtas decrescat:se a ꝯcupiscētijs refrenā ducāt ope
do. Intellect9 eñi q̄tū pōt dz in actu suo.i.i agni rationem.
tiōe veritatis crescere. Uolūtas aūt in actu suo. Eccli.18.d.
i.in concupiscentia boni debet se rationabiliter A
moderare. Scriptū est enim. Post cōcupiscētias Joan.3.d.
tuas nō eas:⁊ a volūtate tua auertere. Si p̄stas Aliter
anime tue cōcupiscētias suas:faciet te in gaudiū Mulieres
inimicis tuis. Dz ergo dicere sara de abraā.i.vo debent mi-
luntas de intellectu:illū ꝯ oānis. illū oportet cre nui cum vi
scere:me autē minui. ¶Uel dic de coniugibus:ꝙ ri crescunt
ꝙ qn̄ vir crescit p bonitatē:mulier v̄o decrescit p
humilitatē:tunc faciūt isaac.i.risum ⁊ gaudiū p
cōmunē iocūditatē:tūc eñi cōiugiū ꝓsperat̄,qn̄
mulier subijcit̄:⁊ hō dominat̄ ⁊c. Qd̄ tñ est contra
multas dominas hodiernas,q̄ viris dn̄ari nitū-
tur. Un̄ dicit̄. Mulieres dominate sunt eis. ¶Uel
dic ꝙ vir est p̄latus:q̄ dz crescere virtute ⁊ auto Esa.3.b.
ritate:mulier ē subditus:q̄ debet minui humilita Aliter
tate:vt sic simul generēt isaac.i.risuz:hoc ē dictu Prelati de-
vt sic pseuerēt in gaudio ⁊ ꝓsperitate. Dz eñi p̄la bent caue-
tus crescere,⁊ se magnū ondere:ne familiaritas a nimia sui
pariat contemptum Subditus vero debet humi depressiōe
liari ⁊ minui:ne superbia pariat despectum:vnde ⁊ subditi a
dicitur. Humilia te sub manu domine. nimia exal-
tatione.

¶Capi. xviij. Textus. Gen.16.

Apparuit autem ei dn̄s in cōualle mā-
bre.

Moralitatum Capl̄m xiiij.

SOdomite popu
li pessimi dicebant̄:q̄ scz p hor-
ribilem infectionē luxurie, vi-
ris abutebant̄:aduenas ⁊ pau
peres recipere dedignabant̄:⁊
abūdantia panis,⁊ vite supbia Eze.16.f
fruebant̄. Propter qd̄ q̄ ip̄os
de9 delere decreuerat:locutus fuit dn̄s abraā,di
cens ꝙ descēdere volebat,vt videret si crimē illo B.
rū fame ⁊ clamori hoim rn̄debat. Abraā aūt au-
dita dn̄i volūtate,ꝓ loth nepote suo q̄ habitabat
in sodomis sollicit9:cū dn̄o allegare icepit,ꝙ nō
decebat deū ꝙ perderet iustū cū impio. Sibi v̄o
dicit dn̄s,ꝙ ꝓpter decē iustos si iuenirent̄ ibi,ciui
tati toti ꝑceret: benignitatē iugiter repromisit.
¶Ista aūt pn̄t exemplariter allegari:quō mundi Morali-
ꝓsperitas causa est multorū malorū:q̄ sicut dicit̄ tas.
in Ezech. Hec fuit iniquitas sodome sororis tue Eze.16.f
abundantia panis:⁊ supbia vite:⁊ manū paupe- Aliter.
ri nō porrigebāt. ¶Itē pōt allegari:ꝙ iudex nō
dz verbis credere,immo ad inquirendum verita-
tē criminis debet psonaliter descēdere:licet tanq̄ Aliter.
priuatā psonā cōstaret veritatē facti ipsum sci-
re sicut scz cōstat,ꝙ dn̄s crimē istorū sciebat:⁊ tñ
velle descēdere ꝓ veritatis scrutinio se dicebat.
¶Itē pōt allegari: ꝙ qn̄ infortuniū est futurū:

quilibet debet esse sollicitus pro amicis, exemplo abrahã q̃ amore Loth cũ dño disputabat. ¶ Itẽ põt allegari: q iustus non debet orare pro iusto q liberet a pena, q̃uis sit propinquus: q: abrahã nõ legit orasse pro Loth: nec pro eo allegasse, nisi inquãtũ supponebat eũ iustũ. ¶ Item põt allegari: q pauci iusti sunt q̃nq causa saluationis magni populi: sicut patet hic: vbi dominus pmittit se ciuitati parcere, si decem iusti inuenirẽtur ibidẽ. Ista aliter exponere non oportet. ¶ Tres angeli missi a deo pro sodoma destruenda, inuẽti sunt ab abrahã: ad cõuiuiũ inuitati. Qui scz sub arbore quieuerũt: pedes lauerũt: z panes subcinericios z vitulum comederunt: q̃ tandẽ sibi generationẽ Isaac promiserũt. ¶ Sic vero quãdo abrahã .i. homo offert deo sacrificiũ z cõuiuiũ spirituale .s. loturam pedum .i. cõfessionẽ mundificatiuã: vmbrã arboris .i. crucis memoriã refrigeratiuam subcinericium panẽ .i. mortis considerationem incineratiuam: lac idest deuotionem: vitulũ .i. spiritualẽ cordis exultationem: tũc pro certo Isaac .i. risus eterne glorie sibi pmittit: et sibi a deo z angelis eternũ gaudiũ z leticia ppinat. Vñ dr. Letitia sempiterna erit eis: gaudiũ z exultationẽ obtinebunt. ¶ Uel dic q abrahã est deus pr vel platus: q̃ .s. inuitat angelos .i. viros angelicos z iustos ad cõfessionis loturã: ad arboris .i. crucis memoriã, ad lac deuotiõis, ad recordationẽ future incineratiõis, z comestionem vituli christi in sacramento altaris. Lauent (inquit) pedes vestri: z requiescite sub arbore zc. ¶ Cum duo angeli in forma iuuenũ, sodomam aduenissent, z in platea mansissent, Loth recepit eos hospitio. Sed cũ viri ciuitatis, vt ipsi iuuenibus abuterent: fores domus irrũperent, Loth vero p angelis quos credebat hoies tanta immũdicia liberãdis, vxorem z filias vgines ipsis malis hominibus ad satiandã suã libidinẽ obtulit: quas recipe nõ volebant: imo fores ipsius cõfringebant: tandẽ percussi sunt ab angelis cecitate: ita q ostiũ inuenire nõ valebant. In crastino vero angeli ipm Loth: vxorem z filias eduxerũt sz duo generi loth, submersionẽ vrbis future credere noluerunt: imo cũ eis diceret a Loth vt exirẽt: ipsum loqui del yratorie crediderũt: quapropter z ciuitas z ipsi cũ populo, igne z sulphure in crastino perierunt. ¶ Istud em poterit allegari sine altera expositione ad tria, vcz q in peccato contra naturam mẽs hois plus q̃ alijs vitijs excecat. Tales em hoies dicunt cecitate pcuti: p eo q sup omnes homines hi sunt ceci. Isti etiam malefici ostiũ nõ inueniũt: q: p certo isti ostium paradisi, vbi sunt Loth z angeli, non intrabunt. Esa. Palpauim⁹ quasi ceci parietem. Et propter hoc zodoma bene interptat muta: q: scz tales in iudicio erunt muti: pro eo q excusationem aliquam non habebunt. Psalm. Muta fiant labia dolosa. Itẽ allegari põt q minus malum tolerãdum est p maiori malo vitando, sicut Loth ppro stitutionẽ vxoris z filiarum sustinere volebat, vt crimen sodomiticum vitaretur. Item potest allegari q impossibile est eũ a morte eripere: quẽ etiam occulta dei prouidentia decreuerat punire: sicut patet de istis generis Loth: q̃ noluerũt credere vt exirent disponẽte dño, q cũ alijs cum quibus deliquerant interirent. Unde dicit. Nemo potest corrigere quem deus despexerit. Hoc enim quotidie percipit: quasi scz hõ voluntari⁹ in fata ruit: ita q non obstante cõsilio contrario ad infortunia letus currit: scm q occulta dei iustitia seu pudentia ipsum ducit. Uel allega ista exemplariter ad bonum hospitalitatis: que liberationem sui z suorum meretur. Unde apostol⁹ hospitalitatẽ nolite obliuisci: per hanc q̃dã placuerunt angelis hospitio receptis.

Aliter. Preponẽdi sũt iusti extraneis propinquis in iustis.

Aliter. Textus. C Cañ. xviij.

Moralitas

Esa. 55. d.

Aliter.

Textus. Cap. xix.

D

Moralitas

Nota contra sodomitas.

Esa. 56. b. Interpretatio notãda. Ps. 30. e.

Eccls. 7. b. E

Heb. 13. a.

¶ Capi. xix. Textus.

Ueneruntq duo angeli zodomam vespere. Moralitatum Capi. xv.

Cum deus ciuitatẽ zodome cũ alijs quatuor ppter horrẽda crimina sua igne z sulphure delẽdas decreuisset: dictũ fuit Loth, q vna cũ vxore z filiab⁹ ciuitatẽ exiret: qq in omni circa regione nullatenus remaneret: sed in mõte potius se saluaret. Dictũ etiã fuit eis, q nõ respicerent retro cũ incederẽt: sed q ad montẽ recto itinere pperarẽt: verũtñ quum iam micarent fulgura, z audirent tonitrua: z ignis z sulphur de celo mitterent in vrbẽ sicut testatur Solinus, q̃ de zodoma loquens dicit q ipsam de celo tactã testatur hum⁹ nigra. Uxor Loth reuersa retro respexit: quapropter q: inobediẽns fuit, statim salis statuam versa fuit. ¶ Ciuitates iste mũdum designãt, z etiã mũdi status: vbi q: plurima crimina abũdare noscũtur: ppter que deus subuersionẽ z ignẽ z dãnationẽ eisdem cõminat: cõsulit dñs deuotis holbus suis: q inde q̃tũ ad effectũ exeant, z in montẽ religionis z pfectiõis z etiam contemplatiõis ascẽdant: qq in oi circa regione .i. in mũdi negocijs z officijs z delicijs nõ maneãt, sed recedant: z q oino caueant, ne retro respiciãt: z q scz ad vitia q̃ cõfessi fuerũt, p recidiuationẽ nõ redeãt: nec ad mundi bona quib⁹ renunciauerũt, p desideria retrocedãt: nec p apostasiã se ab itinere salutis: quã pfessi sunt retrouertãt. Q: sicut dr. Nemo mittens manũ ad aratrum z respiciẽs retro: apt⁹ est regno dei. Retro em nõ debet respicere penitẽs recidiuãdo: religiosus apostatãdo: cõtẽplatiuus in mũdi se negocijs implicãdo: q̃nimo ipse dz cõtinuare iter suũ in bonũ pficiendo. Sed p certo q̃dã sunt sicut vxor Loth: q̃ scz tonitrua tentationũ audiẽtes: ignẽ cõcupiscẽtie sentientes fulgura tribulationũ videntes: retro respiciũt: ad vitia seu bona tẽporalia que dimiserãt se cõuertũt: iter qd inceperant dimittunt: z per incõstantiã vite retrocedũt. Sicut etiã de infidelib⁹ amicis ptz q̃ scz audita modica tribulatiõe vel difficultate, ab incepta fidelitate desistunt. Tales em sunt religiosi: q̃ scz ad bona mundi q̃b⁹ renũciarũt: lĩbẽti animo retrocedũt cõtẽpto religionis z cõtẽplationis mõte versus vallẽ mũdi negociorũ respiciũt z accedũt. Tales igitr statuã salis mutant: .i. quãtũ scz pctõres insensati, duri z obstinati efficiunt: z iquãtũ i viros iniqs vtunt. Iõ dicit dñs Qui in agro ẽ: nõ respiciat retro memores estote vxoris loth. ¶ Cũ loth ld sodomã fugeret, ne igne z sulphure deperiret: petijt a dño q liceret sibi ciuitatẽ Segor paruulã itroire: sz q: ibi fiebat creberrim⁹ terremot⁹: necesse habuit exinde fugere z ad mõtẽ ascẽdere z ibi se saluare. ¶ Zodoma est vita carnalis: q̃ igne z sulphure luxurie fetet. Segor vita ɔiugalis: q̃ terremot⁹ multap sollicitudinũ sustinet: mõs vero ẽ vita ɔtẽplatiua z ecclesiastica vel claustralis: q̃ stabilis z tuta manet. Loth igit q̃ interptat declinãs, ẽ ille q̃ iuxta psalmiste ɔsiliũ, declinat a malo vt faciat bonũ: qui scz ignẽ z sulphur carnalis vite fugit: z in Segor .i. in statu ɔiugali tutus manere credit. Sed finaliter attento motu tentationum: tribulationum z miseriarum istius ciuitatis: ad montem religionis vel ecclesie ascendit: et sic a carnali inflamma-

Moralitas.

Luc. 9. Nota ill[...] qui nõ [...] bent re[...] respicer[...]

Mali r[...] giosi [...] tunt in [...] tuam sal[...] B

Luc. 17. Textus Ca. xix.

Moralitas.

Ps. 36. e.

tione se liberat et euadit. Esa. Uenite ad montē dñi. Loth in sodomis legit bonus fuisse: nec vnq̃ luxurie ꝛ ebrietati vacauisse: in mōte tñ vbi pro se saluādo fugā iniit legit se inebriasse: et cū ꝓpriis filiabus incestū ꝛ adulteriū ꝯmisisse. Sic vero hodie sunt multi aliq̄ q̄ de valle ad mōtē. i. de mūdo ad religionē, vel de seculari statu ad ecclesiasticū ascendunt: ꝛ sic periculum dānationis euadere: ꝛ ibidē se saluare credūt: qui tñ ibidem ebrietati ꝛ luxurie vacantes, deteriores fiunt: et dānationis periculū plus incurrūt. De hoc conqueritur dñs. Quid est (inquit) q dilectus meus in domo mea facit scelera multa?

Esa. 2. a. Textus Cap. xix. g Moralitas. h Sepe aliq̄ sunt deteriores in religione q̄ fuerūt in seculo. Hier. 1. c

Capl'm xxi. Textus.
Uisitauit autem dominus Sarā sicut promiserat et impleuit. Moralitatum Capitulum xvi.

ABraā duos filios habuit: scz Isaac de libera: et hismael de ancilla. hismael aūt fuit fer⁹ hō, venator et sagittari⁹: de q̄ dr supra. xvi. q man⁹ ei⁹ ꝯtra oēs: ꝛ man⁹ oim cōtra eū: ꝛ e regiōe fratrū suoꝝ figet tabernacla. Isaac aūt fuit bonus ꝛ māsuet⁹. Uerūtñ hismael (sz Paulū aplz) semp fratrē suū Isaac opprimebat, ꝛ eidē molestias magnas iferebat: quapropter cū Sara mr Isaac h̄ q̄dā die cerneret: dixit ad Abraā. Eiice ancillā ꝛ filiū ei⁹. Nō em erit heres fili⁹ ancille cū filio libere. Igit Agar cū filio hismael eiicit vter aque ꝛ panis sibi ab abraā i scapulis imponit: ꝛ dimissa p deserta, sitiēsq̄ vagat aqua cōsumpta. Angel⁹ ꝟo dñi apparēs ostēdit puteū sitiēti: ꝛ sic eā cōsolat. Abraā significat bonū ꝑlatū, q̄ reuera i domo sua. i. eccl'ia hz duo gn̄a filioꝝ, quosdā bonos more Isaac/ quos scz diuina gratia gn̄auit: quosdā vero malos more hismael/ quos sibi vxor ancilla. i. diabolus/ vel simoniaca ambitio/ vel carnalis affectio procreauit. Sed reuera inter istos semper solent esse iurgia: qz hismael qui significat malos ꝛ maxime discolos ꝛ peruersos: qui reuera p cōtradictionē ꝛ rebellionē/ inuidiā ꝛ detractionē omnibus se obiiciunt: ꝛ e regione fratrū suorū tabernacula sua figūt: inquantum omnium aliorū voluntatib⁹ contradicunt: ita q manus eorū cōtra oēs, ꝛ man⁹ omniū eis obsint. Unde apostolus Deū nō amant/ ꝛ cūctis hoib⁹ aduersant. Isti disco semp solēt psequi isaac: qz. s. mali semper sunt solliciti bonos offendere ꝛ eis inimicari. Ideo dicit. Contra bonum malum est/ ꝛ contra vitam mors: sic ꝛ contra virum iustum peccato. Sed quid? pro certo isti nō debent esse heredes in ecclesia: nec quantū ad beneficia temporalia/ nec quantum ad bona spiritualia. Ideo abraam. i. prelatus/ debet eos eiicere: ꝛ vna cum matre sua simonia vel affectione carnali ab ecclesia segregare: dicens illud Judicum. Heres in domo nostra esse non poteris, quia de adultera natus es. Uel dic etiam moraliter loquendo q due iste mulieres/ Sara libera/ Agar ancilla/ significant animam ꝛ carnem: ꝛ Isaac filius significat opera bona/ que ab anima producūtur. hismael autē filius ancille/ significat opera mala/ que a carnis concupiscentia procreant. Isaac igitur ab hismaele impugnari dicit: qz cōstat q carnis opera solent spūalibus operibus inimicari/ ꝛ cōtra ea preliari. Unde apl's. Caro cōcupiscit aduersus spm/ et spūs aduersus carnem: hec em sibiinuicem cōtrariantur. Sequitur: manifesta sunt opera carnis. Abraam. i. homo/ qñ videt istos duos filios. s. hismael ꝛ isaac. i. malos affectus, cogitatus, ꝛ opa cōsurgere cōtra bonos: ꝛ in domo cordis sui videt ipsa opa carnis, opa spūs molestare: statim opz ancillā ꝛ filiuz eius. i. carnem ꝛ opera carnalia eiicere ꝛ deprimere: ꝛ ad desertū pnie mittere: ꝛ panē ꝛ aquā p abstinētiā sibi iponere: ꝛ sic ibi angelū testi xp̄m poterit inuenire: qui puteum mie sibi poterit demonstrare.

Gal. 4. d. — Moralitas. — A — Antiquum est bonos persequi a malis deo permittēte ad eorū pmotionē in bonum. 1. the. 2. d. Eccli. 23. b — Judi. 11. a — Aliter. — B — Gal. 5. c.

Capi. xxii. Textus.
Que postq̄ gesta sunt/ tentauit deus. Moralitatum Capitulum xvii.

Oiēs deus tēptare Abraaz, ꝑcepit sibi q filiū suū quē diligebat isaac tolleret: ipm̄q̄ sup quendā montez quem sibi oñderet, occideret, ꝛ ei imolaret. Tulit ergo abraā secū filiū suū isaac vna cū duob⁹ iuuenib⁹ ꝛ asino: quos. s. ad pedē montis diuisit. Ipse aūt abraā ꝛ fili⁹ ei⁹, q̄ ligna q̄b⁹ erat sacrificādum portabat, montē ascendit: ignē, ꝛ gladiū in manib⁹ tenuit: ꝛ ligna sacrificio preparauit. Succēsis aūt lignis, accepit abraam filiū suū, ꝛ piecit sup arā. Cūq̄ manū ad gladiū extēderet p filio occidēdo ꝛ dño imolādo: statim affuit angelus q̄ ꝓhibuit: ꝛ q̄ arietē q̄ herebat in monte inter vepres cornibus, loco pueri interficere sibi iubet. Sic ergo fit q dum aries occiditur, Isaac liberat: sanusq̄ ad iuuenes reuertit, a q̄b⁹ inferi⁹ aduct⁹ ipsi⁹ expectabat. Abraā ē de⁹ pr̄, Isaac dei fili⁹: aries ipsi⁹ dei filii corp⁹, ligna, vepres ꝛ ara, crucē designāt: gladi⁹ ꝛ lāceā ꝛ clauos: ignē etiā passiōis ardorē significat: duo iuuenes remanētes, duos ppl'os significāt nō credētes, iudeos scz ꝛ gētiles: asin⁹ aūt q̄ eos comitat, significat stultitiā q̄ icreduli hebetant. Dico igit q abraā q̄ iterpretat de⁹ pr̄, isaac filiū suū immolādū i ara cruc decreuit, ita q gladiū ꝛ ignē. i. ipsi⁹ passiōis aspitatē ꝯ eū ꝑparauit: accidit tñ q Isaac. i. filii deitas nil patit: aries ꝟo. i. xp̄i sola hūanitas immolat: dū. s. cornua ei⁹. i. man⁹ ad modū cornuū extēte iter vepres. i. iter ligna crucis clauoten⁹ alligant, ꝛ crucis cornibus astringunt. Un̄ dr. Cornua in manib⁹ ei⁹. Duo ꝟo iuuenes. i. duo ppl'i, iudei vcz ꝛ gētiles, in infidelitate sua p maiori pte māserūt: inq̄tū ad mōtē fidei nō ascēderūt: nec icarnatiōis aut passiōis mysteriū cognouerūt. Qui etiā asinū. i. stulticiā habuisse dicunt: p eo q isti in sua stulticia obstinati leguntur: nec credidisse q̄ credēda fuerāt probantur. Unde. O stulti ꝛ tardi corde ad credendum in his que locuti sunt prophete. Apostolus. Dicētes se esse sapientes, stulti facti sunt.

C — Moralitas. — Hic notandū q deus pr̄ est aliq̄ mō causa passionis filii sui saltē ꝑmissiua. — Aba. 3. a — D — Luc. 24. d. Rom. 1. c.

Capi. xxiiii. Textus.
Erat autē abraā senex dierūq̄ multorū. Moralitatum Capitulum xviii.

POstq̄ abraam de Sara vxore sua filiū suū Isaac genuisset, ipm̄q̄ filium immolare tentasset: ꝛ in loco filii arietem occidisset: filius vero nihil mali passus fuisset: accidit q sara eius vxor mortua est. Quod videns abraam sicut dicitur hic, Seruum suum eliezer misit in mesopotamiam, terram. s. gentilium: vt ꝛ filio suo isaac procuraret vxorez. Ge. 24. a.

Uenit igit͛ i ciuitatē Nachor: vbi erat puella pulcherrima. s. rebecca/ filia bathuelis q̄ descēdit ad fontē vt impleret hydriā suā. Ab illa igit͛ puella aquā sibi dari petiit. Que nō eū solū/ sed ēt ⁊ camelos suos adaquauit. Iste ꝗ̄ seruꝰ cām legationis sue rebecce parētibꝰ apuit: ⁊ eā filio dn̄i sui tāq̄ ꝓcurator/ ducit in cōiugē: datisq̄ sibi armillis ⁊ ornamētis/ ad domū dn̄i sui ꝯducit: vbi isaac meditātē i agro repit: q̄ viso eo statim de camelo descēdit/ ⁊ pallio se inuoluit: ip̄e vero puellā factis nuptiis sibi matrimonialiter copulauit eāq̄ in tabernaculo sare matris sue introduxit ⁊ eā tm̄ dilexit/ ꝙ amore eius mortē matris sue obliuiōi dedit: ⁊ tādē duos filios/ esau scꝫ ⁊ iacob gn̄auit: quorū Esau malus fuit: Jacob vero sctūs ⁊ optimus hō fuit.

Not. hic reuerentiam quā debēt habere vxores ad viros suos imo ⁊ verecundiam.

E

Moralitas.

¶ Sic vero postq̄ abraā deꝰ pater de vxore sua sara. i. de synagoga genuisset isaac. i. xp̄m filiū bn̄dictū: ariesq̄. i. xp̄i humanitas immolata fuisset in cruce: ipseq̄ isaac. i. ipsa filii diuinitas nihil passa fuisset: accidit ꝙ vxor sua synagoga ꝑ infidelitatē mortua fuit inq̄tum scꝫ fidē incarnatiōis filii nō recepit. Un̄ dr̄. In ꝓpria venit: ⁊ sui eū nō receperunt. Et Ezechiel. Mortua est vxor vespere: quapropter abraā deꝰ misit seruū suū. i. apl̄oꝝ ⁊ p̄dicatoꝝ cetū ad terrā ⁊ ciuitates gentiles: vt scꝫ puellā nobilē. s. ipsam ecclesiā de ipsa gētilitate natā/ filio suo xp̄o in vxorē acciperet: qui scꝫ hanc p̄dicādo rogant vt de puteo ⁊ hydria naturalis philosophie quā habebat: ⁊ de aqua scientiarū quā cōtinue hauriebat: camelos suos. i. fideles populos adaquaret qr reuera eccl'ia collecta de gētilibꝰ puteo suo. s. sciētiis physicis multū adaquauit fideles: ⁊ multum etiā fugauit hereticos infideles sicut i Augustino apparuit: q̄ ēt ante fidē clericꝰ inter gētiles magnꝰ fuit. Igitur iste seruus. i. predicatoꝝ cetꝰ: isti puelle. i. ecclesie primitiue armillas ⁊ ornamēta gratiarū ⁊ virtutū donauerūt. Isaac vero. i. xp̄s qui iā ad meditādū i agro paradisi per ascēsionē ascēderat: ipsam puellā sibi matrimonialiter copulauit: eāq̄ in tabernaculo matris sue. i. ꝑ sacrā scripturā q̄ fuit tabernaculū synagoge/ matrimonialiter itroduxit: inq̄tū sibi scripturarū dogmata reuelauit. Ipsa ꝟo ecclesia. i. puella/ viso isaac. i. cognita xp̄i maiestate: de camelo. i. de superbia gentilis fastus se humiliādo descendit: ⁊ pallio bonorū operū se inuoluit/ exēplo hester: q̄ viso assuero dicebat. Uidi te dn̄e sicut angelū dei/ cōturbatūq̄ est cor meū pre timore glorie tue: valde es admirabilis dn̄e: et facies tua plena est gratiarū. Sic igit͛ fit ꝙ ab Isaac et rebecca. i. a xp̄o ⁊ eccl'ia plures filii. i. plures christiani gignunt͛ quorū quidam iacob/ qr boni/ alii vero Esau/ qr mali dici merentur: qr reuera filii xp̄i ⁊ eccl'ie diuidunt͛ in duo: qr q̄dā sunt iacob. i. boni ⁊ deo amabiles. Alii ꝟo sunt esau. i. mali/ et deo odibiles. Un̄ Malachias. Jacob autē dilexi: esau vero odio habui.

Jo. 1. a.

eze. 24. c.

F

hester. 15.

malac. 1. a

Textus. Cap. xxv. c.

¶ Cum Rebecca ſm qđ dr̄ hic ca. xxv. duos filios concepisset. s. esau malū ⁊ iacob bonū: et tēpus partꝰ instaret: collidebant pueri in vtero suo acsi inuicē dimicarēt quis eorum nasceret͛ prius: tn̄ factū est ꝙ esau qui malus est/ natus est primus. Jacob vero bonus/ natus est vltimus. Fuit ergo esau venator/ et ideo pater ipsum amabat: eo ꝙ de venationibus suis comedebat. Jacob vero qui erat simplex ⁊ agricola/ qui venationes non portabat: a patre non intm̄ dilectꝰ erat.

G

Moralitas.

¶ Pater iste Isaac est p̄latus mater vero est ecclesia vxor sua. Igit͛ dico ꝙ ista mater ecclesia in vtero suo. i. in collegio vel in claustro qn̄q̄ cōcipit plures filios. i. plures subditos: quosdā. s. esau. i. malos: ⁊ quosdā ꝟo similes iacob. i. bonos. Sic ergo fit ꝙ qn̄ tēpus appropinquat/ vt pote qn̄ vacat aliq̄ᵈ bn̄ficiū: ita ꝙ aliquis ꝓmoueat͛/ ⁊ ꝙ exterius pariat͛: et per promotionē ad exterius beneficiū emittat͛: incipiunt in lucē isti pueri. s. subditi collidere/ ⁊ parētes alter alterū impugnare: ⁊ hoc qr vult q̄libet primus ad ꝓmotionē exire. Sed quid? Pro certo Esau q̄ pilosus/ primꝰ exisse dr̄: qr. s. hodie illi qui priores exeunt/ dū tn̄ sint pilosi. i. diuites: primi ad beneficia ꝓmouent͛. Illi vero qui sunt iacob. i. boni et simplices/ impromoti in claustri vtero dimittuntur: vel saltē aliis postponuntur. Breuiter em̄ istud est verū hodie ꝙ illi qui sunt mali/ dum tamē sint venatores ⁊ exactores: ⁊ de venationibus diuitiarū suarū ipsis suis magistris munerū oblatores sunt ab eis p̄dilecti. Illi ꝟo qui morte iacob sunt simplices/ et pilis diuitiarū nudi: nec venationi rapinarū dediti/ ab eis sunt neglecti. Prelati em̄ ⁊ p̄ncipes nullū subditū ⁊ officialē vel familiarē diligūt nisi illū de cuius venatiōe comedūt/ vel a quo lucra vel munera ac emolumēta ꝑcipiūt: ⁊ de cuius rapina partem suā assumūt: nec aliū in officiis suis libenter tenent/ ꝓmouēt vel extollunt. Un̄ Michee. Si q̄s non dederit in ore eoꝝ quippiam: sanctificāt sup eū p̄liū. Uide supra capitu. de vipera. De quibus fit mētio Gene. xxvi.

No. cōtentionē q̄ est inter ꝓmouēdos.

Diuites mali hodie preferūtur pauperibꝰ bonis.

h

mich. 3. b

Textus ca. xxvi. d

¶ De puteis quos abraā ⁊ serui eius/ Isaac et serui eius foderunt/ quos ei philistei pro viribus obstruebant. Potest dici qđ abraā est deus pater: serui eiꝰ fuerunt ꝓphete. Isaac dei filiꝰ: serui eiꝰ fuerūt apl'i et euāgeliste.

Moralitas.

¶ Igit͛ dico ꝙ isti puteos scripturarū fecerūt: qr scꝫ illi vetus testm̄: isti vero nouū cōposuerunt. Sed ꝓ certo palestini. i. iudei istos puteos nostros nitunt͛ terra obstruere: dū intellectum scripturarum per terrenum sensum et peruersum exponendo conantur occupare.

¶ Cap. xxvii. Textus.

Genuit autē Isaac: ⁊ caligauerunt oculi eius. Moralitatum Cap. xix.

ISaac senex ⁊ cecutiēs/ dū duos filios haberet s. Esau p̄mogenitū/ ⁊ Jacob vltimo genitū: et primogenito suo bn̄dicere decreuisset: vocauit eū p̄cipiēs ꝙ arcū ⁊ pharetrā suā sumeret ⁊ ꝙ i venationē iret/ cibos sibi gratos pararet: de q̄bꝰ comedēs bn̄dictiōis gratiā sibi daret. Igit͛ dū Esau pilosus ad venationē foris ꝓperās iussa p̄ris exequit͛: Jacob frater eiꝰ iunior domi remanens bn̄dictionē suā surripit ⁊ furat͛: de ꝯsilio em̄ matris rebecce duos hedos p̄parat: vestibꝰ optimis esau se ornat: ⁊ manꝰ suas vt videat͛ pilosus hedorū pelliculis circūligat: ⁊ sic cibos noīe Esau patri p̄sentat: q̄ tāgēs manꝰ eiꝰ pilosas eē sentiēs: filiū p̄mogenitū ip̄m putat dicēs: ꝙ lꝫ haberet vocē iacob: ꝙ tn̄ manꝰ erāt esau: ⁊ cū cibū comedisset paratū: bn̄dictionē sibi ⁊ suo semini statim donat: primogenitꝰ vero qui iussu patris venabat͛ in agro postea veniēs nil reportat. Sic ergo factū est: ꝙ virtute bn̄dictiōis iunior p̄mogenito est p̄latꝰ/ et minori fratri primogenitꝰ est subditꝰ: ꝙq̄ pater cecutiens/ dū minorē filiū primogenitum credidit: vnū pro alio bn̄dixit: ⁊ sic iacob bn̄dictionē esau a patre habuit: virtute cuius in terra ꝓmissionis/ que de iure debebatur primogenito/ mox successit: ⁊ sic iacob. i. supplantator dictus est: qr supplātauit fratrē taliter. Juste (inquit) vocatū est nomē eiꝰ iacob.

A

¶ Per istū isaac cecutiētē possum intelligere p̄latū carnalē ⁊ ignorātē: ⁊ parū ꝑ rationē vidētē: ꝑ vxorē em̄ rebeccā q̄ interpretatur: multū accepit: intelligitur carnis affectio

Moralitas.

Carnis affectio ho-

die totum accipit. Aba.i.d. B
seu ambitio: q̄ scz hodie accipit vniuersum. Vñ
Abacuk. Totū i hamo subleuauit. Per duos ꝟo
filios intelligit subditoꝝ suoꝝ duplex cōditio:
qꝛ scz q̄dā sunt ꝑmogeniti.i.boni q̄ sunt filij ec-
clesie senes ꝛ maturi exteri⁹ venatiōi dediti.i.in
negocijs ecclie occupati. Quidā vero sunt iuue-
nes ꝛ inscij: sicut sunt cognati ꝛ nepotuli int⁹ in
domo ecclesie quiescētes: ꝛ circa patrē ꝛ p̄latū in
aliq̄b⁹ officijs cōmorātes. Igit dico ꝙ qñ accidit
ꝙ qñq̄ isaac.i.mal⁹ p̄lat⁹ p carnis affectionē: vel
p ignorātiā cecus fact⁹ vult aliquā bñdictionē.i.
ꝑmotionē impēdere: ꝛ ꝑmogenitū filiū.i.aliquē
antiquū q̄ satis seruiuit ecclesie: intēdit ꝑma fa-
cie ꝑmouere: ita ꝙ sibi p̄cipit ꝙ venatiōi ꝛ nego
ciorū administratiōi vacet: vt bñdictionē.i.pro-
motionē reportet: dicens illud apl̄i. Labora sicut
2.Ti.2. bon⁹ miles christi. Quia sicut dicit in libro sapiē
Sap̄.3.c. tie. Bonorū laborū gloriosus est fruct⁹. Uerūtñ
sepe fit ꝙ dū tales ꝑmogeniti exterius iussa p̄ris
ꝛ vtilitatē ecclesie faciūt tūc instigāte matre sua
id est carnali affectiōe ꝛ ambitiōe: iuuenes domi
remanētes ꝑmogenitos eē dicūt: in ꝯtrū.s.sibi de-
bere dari ꝑmotiōes asserunt, qꝛ cibos.i.munera
simoniace p̄ri.i.p̄lato offerūt ꝛ man⁹.i.opa obse-
quiaq̄ ꝛ seruitia q̄ fecerūt ostēdūt vna cū pelle
carnalis affectiōis vel cōsanguinee cōiunctiōis
quā p̄tendūt. Sic ergo fit ꝙ taliter decipiūt pa-
trē.i.p̄latū qui se faciūt ꝑmogenitos.i.magis bñ
meritos credere: ꝛ sic solēt bñdictionē.i.ꝑmotio
nē q̄ debebat ꝑmogenitis ꝛ āntiquiorib⁹ reporta-
re. Sicq̄ iuniores antiq̄orib⁹ p̄ferunt. Primoge-
C niti ꝟo boni ꝛ laboriosi/ q̄ post venatiōis ꝛ labo-
rū studia ꝑ remuneratiōe reuertunt ad patrē i
subiectiōe remanēt: ꝛ supplātatores ꝛ impij ꝑ-
mouent: ꝛ terrā promissiōis.i.bona ꝛ pinguia be
Eccl̄s.10.b. neficia consequuntur. vnde Eccl̄s. Uidi seruos
Nota mo- in equis: ꝛ p̄ncipes ambulātes sicut seruos sup
dum quo terrā. Mater eñ eoꝝ.i.ambitio q̄ optime para-
excecāt pre re cibos nouit q̄b⁹ p̄lati libenter vescunt: duos
lati vt inde hedos.i.munera duplicata ꝛ magna accipi mā-
bite ꝛ qui- dat: vestesq̄ optias.i.exteriorē pōpā recipi cōsu
bus nō de- lit: ꝛ tādē man⁹ pilis.i.diuitijs ꝛ munerib⁹ circū
bentur dei uolui p̄cipit. Quib⁹ tactis manualiter.i.appre-
beneficia. hēsis: iste pater.i.p̄lat⁹: ip̄m esse ꝑmogenitū asse-
Mat.3. rit atq̄ dicit. Nunq̄d tu es fili⁹ meus primoge-
nitus esau? Tu es fili⁹ meus dilect⁹ in quo mihi
bñ cōplacui. Tactui eñ magis credidit q̄ audi-
tui: qꝛ isti plus volūt munera tāgere: q̄ ꝑmissio-
nes audire. Fili (inq̄t) accede ad me: vt tangā te.
Accessi ꝛc. Statimq̄ vt sensit vestimētoꝝ ei⁹ fra-
grātiā: benedicens illi ait. Ecce odor filij mei sicut
odor agri pleni cui benedixit dñs. Seruiāt tibi
Aliter. tribus: esto dñs fratrū tuorū. Uide ibi. ¶ Uel dic
ꝙ isaac.i.malus prelatus quando vult dare be-
nedictionē.i.bñficiū vel p̄bendā: vocat ꝑmogeni
D tū p̄dilectū ꝛ ab eo preelectū ꝛ sibi dicit: ꝙ ad ve
nationē vadat ꝛ sibi cibos offerat.i.ꝙ munera si
bi ꝑcuret ꝛ q̄rat vbi bñficiū qd̄ vacat/ det sibi p
bñdictionē ꝑ munere. Uerūtñ sepe fit ꝙ dū ꝑcu-
rat venationē suā.i.munera q̄ debet sibi offerre/
ab alio anticipet q̄ oblatis hedis.i.muneribus
pro primogenito acceptat: ꝛ alius spe fraudat.
Sicq̄ fit ꝙ ille q̄ prius cibos offert: ꝛ q̄ pri⁹ mu-
nera simoniaca patri profert: bñdictionē ꝛ ꝑmo
tionē ab eo pri⁹ refert: vt q̄ prior apportat: prior-
habeat: ꝛ q̄ prior offerat: reliquias prior tāgat.
Solent ergo isti mali et pessimi superiores alijs
superuenientib⁹ se excusare. Uenit (inq̄t) germa-
nus tuus fraudulēter: ꝛ abstulit bñdictionē tuā
Aliter. Benedixi ei ꝛ erit benedict⁹. ¶ Uel dic ꝙ iste pa-
ter est iudex: quia reuera illum non vere cogno-
scit quem mediante pilo.i.mediantibus mune-
ribus vel affectione examinat atq̄ tangit: ꝛ ideo
fit quod talis benedictionem alterius reportat:

dum pro ipsa iudex iniuste iudicat: et alterius
iusticiam sibi donat. Contra quod Esa. Ue qui Esa.5.f.
iustificatis impium pro muneribus: et iusticiam Aliter.
iusti aufertis ab eo. ¶ Uel dic qd̄ isaac est deus
qui.s. duos filios habuit: idest duos populos:
scilicet iudaicum populum primogenitū. Ozee. Ozee.11.a.
Primogenitus meus israel/ ꝛ gentilem etiam iu-
niorem. Sed dum esau.i.populus iudaicus ex-
terius circa sensum literalem scripture remanet,
iunior gentilis domi remanēs idest interius sen-
sum scripture penetrans: patris benedictionem/
scilicet fidem christianam habet et celi benedi- E
ctionem percipiet. Iste enim dum patri suo deo
ad instinctū matris sue gratie cibū virtutū cum
pellib⁹ bonorū exēplorū p̄sentat: benedictionem Mat.8.b
ꝛ glorie q̄ fratri suo ꝑmogenito.i.populo iudai
co debebat/ reportat. Vñ dr. Multi venient ab oriē
te ꝛ occidēte: ꝛ recūbēt cū abraā/ isaac ꝛ iacob: fi
lij aūt regni eijciēt foras. Esau aūt ꝑseq̄t Jacob Aliter.
benedictū: ꝛ iudaic⁹ popul⁹ odit ꝛ ꝑsequit chri-
stianū. ¶ Uel istud pōt allegari de occulta dei ꝑ-
uidētia: q̄ preter ꝛ cōtra voluntatē ꝛ spē hominū
suū introducit effectū. Decreuerat eñ de⁹ se Ja-
cob benedictionē daturū: quapropter ipse fecit
ꝙ cōtra propriam intentionem ipsum Isaac be-
nediceret: ꝛ ꝙ frater suus tunc temporis foris
esset: quia scz sepe fit ꝙ deus hominem preter in-
tentionem tanq̄ instrumento suo vtitur/ vt finis Aliter.
quem intēdit/ efficaciter cōsequatur. ¶ Uel alle- Nota con-
ga contra hypocritas: qui similes sunt Jacob: qꝛ tra hypo-
scz manus.i.opera sua cooperiunt pellibus.i.fi- critas q̄ de
ctis palliationibus: quapropter sepe fit ꝙ bene- cipiunt ho-
dictionem.i.promotionē reportant. ¶ Uel dic ꝙ mines per
de hypocrita potest dici/ ꝙ vox inquit vox iacob suas fictio-
est/ sed manus manus sunt esau/ quia scz vocem nes.
habēt bonā ꝛ verba honesta/ sicut iacob qui fuit
bon⁹: manus autē impias habent ꝛ opera mala/
sicut esau qui fuit malus.

¶ Capi. xviij. Textus. Uocauit itaq̄ Isaac Jacob. Moralitatum Capitulum. xx.

F

SIcut dr Geñ.
xxviij. Jacob fugiēs iram
Esau fratris sui recessit in
Mesopotomiā ad Laban
auunculū suū/ vt sic a fra-
tris ipetu saluaret. Dū igi
tur esset i via supposito la
pide capiti suo/ obdormi-
uit/ et in somnis scalā celū
tāgētē aspexit/ angelosq̄ p scalā ascēdētes ꝛ descē-
dētes/ dn̄m minūq̄ inixū scale vidit. Tādē ꝟo ve-
nit ad puteū: cui⁹ os grādi lapide claudebat/ vbi
oues ꝛ cameli adaquabant: post h̄ Lyā ꝛ Rachelē
vxores accepit: ꝛ ipi Labā multas diuitias acq̄- Morali-
siuit. ¶ Reuera sic dz facere iacob supplātator.i. tas.
q̄libet q̄ vult diabolū supplātare. Si eñ videt ꝙ
Esau frater suus id est diabolus vel etiam cor-
pus proprium ipsum persequatur in patria pa-
tris/ scz in mundo: ꝛ eum per diuersa vitia cone-
tur occidere: debet statim patriam et mundum
per contemptum exire: ꝛ ad Laban.i. ad deum
per orationem/ et ad matris sue.i. diuine gratie
mandatum debet in terram alienam/ scilicet ad
religionem vel ecclesiam/ vel ad morum perfe-
ctionem transire. Supra.xij. Egredere de terra
tua et de cognatione tua/ ꝛ veni in terram quam
mōstrauero tibi. Dū ergo talis viā p̄fectiōis ag- G
gredit: necesse ē ꝙ a mūdi tumultib⁹ q̄escere vo-
lēs/ capiti suo supponat lapidē.i.xp̄m: q̄ ē petra
firma/ scz ipsi p spē ꝛ desideriū initat: ꝙ si fecerit:

in pace ꝑ mētis trāquillitatē q̄escet/scalā plenā
deo ⁊ angelis ꝑ quā ī celū ascēdit.i.viā ꝟtutū q̄
xp̄s est: vbi ⁊ viri angelici ascēdūt ī celū/cogno-
scet: tādē puteū sacre scripture: q̄ grādi lapide/
id est grādi difficultate clausus est: ⁊ q̄ pro ada-
quādis ⁊ potādis camelis ⁊ ouib⁹.i.magnis et
paruis ordinat⁹ est reperiet: ⁊ tandē duas filias
Laban/scz Rachelē et Lyā, id est duas vitas filij
dei/contēplatiuā ⁊ actiuā in vxores accipiet: et
Gen.41.g. ipsius Labā diuitias.i.ꝟtutes ⁊ merita vel glo-
Quamuis riā eternā a deo ꝑcipiet ⁊ acquiret: et sic poterit
hō sit virtu dicere illud Gen. Crescere me fecit dn̄s in terra
tibus abū- paupertatis mee. Sz sicut videm⁹ ꝙ iacob q̄uis
dans et di- esset valde ditat⁹, Esau tn̄ fratrē suū sibi occurrē
ues semper tē timebat: nec ip̄m hr̄e voluit sociū vel vicinū.
tn̄ imminet Sic dato ꝙ hō ꝟtutib⁹ sit ditat⁹/semꝑ debet fra-
ei occasio ti trē suū scz corp⁹ vel diabolū timere/⁊ occursum
mendi. scz tētationū suarū impetū, formidare: ꝑpter qd̄
Gen.33. debet dn̄m exorare/dicens illud Gen. Libera me
Aliter. dn̄e de⁹ de manib⁹ fratris mei: qꝛ valde ip̄m ti-
meo. ¶Uel dic ꝙ Jacob est xp̄s: q̄.s. ad instinctū
⁊ ad p̄ces mr̄is sue.s. synagoge/p̄riam suā scz pa
radisum dimisit: ⁊ ad Labā.i. ad mūdū ꝑ incar-
nationē venit: vbi scalā q̄ celos tāgit.i. crucē in-
Crux xp̄i uenit: ⁊ ibi superposito lapide sepulchri dormi-
potest dici uit. Factūq̄ est ꝙ duas filias mūdi.s. aīam ⁊ car
scala. nē sibi copulauit vxores: ⁊ duas turmas ouiū.i.
gētes duplicis ppl'i acq̄siuit iudeos.s. ⁊ gētiles
Gen.c.2.c. ⁊c. Iste est em̄ q̄ dicit. In baculo meo trāsiui ior-
danē istū/⁊ nunc cū duab⁹ turmis regredior. Qꝛ
scz xp̄s iordanē mortis trāsiuit: ⁊ tādē cū duab⁹
turmis.i. cū fidelib⁹ vtriusq̄ ppl'i ad patrem in
ascensionē rediuit/dicēs illud Luc. Surgā ⁊ ibo
Luc.15.d. ad p̄rem meū. ¶Uel dic ꝙ scala quā vidit Jacob/
rie ⁊ quasi ex proposito peccant:qui scꝫ summe
sunt cauendi.Alij vero q̃ aliter moriunẗ:⁊ qui ꝑ
violentiam tẽtationis vel tribulationis vita gr̃e
C spoliant̃:nõ sunt ita execrãdi,sed potius suppor
Gal.6.a. tandi.Uñ apł̃us.Si preoccupatus fuerit frater
tu⁹ in aliquo delicto:supportare debes.Sequit̃:
Eodẽ.c.b considerans temetipm:ne ⁊ tu tẽteris.¶Uolati-
lia oia erãt munda ꝑter has viginti spẽs.s.preter
aquilam:gryphonẽ,halietũ,miluũ,vulturẽ,iuxta
ta gen⁹ suũ:⁊ omne animal coruini generis:stru
thionẽ,noctuã:larũ ⁊ accipitrẽ in gñe suo:bubo
nem,mergulũ,ibim,pauonẽ,onocrotalũ,porphy
rionẽ,herodionẽ,caladriõ,iuxta genus suũ:vpu
pam ⁊ vespertilionẽ.Et nota ꝙ multe ponuntur
hic species auium, vbi subiungitur iuxta genus
suum in quo notat̃ ꝙ in vno eodemqꝫ auium ge-
nere multe sunt sunt species subalterne:sicut exẽ
plificat Plinius de accipitre ⁊ vulture,q̃ tñ oẽs
Moralitas generalr̃ sunt immũde.¶Dic si vis,ꝙ ꝑ istas vi-
ginti auiũ spẽs intelligunt̃ diuerse conditiones
hoim pctõꝝ.Aquile eñ q̃ alte volant,⁊ grypho-
nes q̃ hoies deuorant:sunt mali reges ⁊ superio-
res:q̃ scꝫ altiori ꝑeminẽt dignitate:etiã excellũt
in superbia ⁊ crudelitate.Halietus q̃ alaudas ra
pit,⁊ milu⁹ q̃ pullos inuadit:significant malos
baliuos ⁊ raptores inferiores:q̃ scꝫ magnos nõ
audent inuadere:pullos tamen.i.innocentes ⁊
D pauperes solẽt cõtinue lacescere.Accipiter,q̃ co
lũbas odit:herodius,q̃ pectore ledit:onocrota-
lus,q̃ rostro corrodit,significant inuidos atqꝫ de
tractores:q̃ scꝫ pectore.i.aia solent alios ledere
colũbas.i.simplices odire,⁊ omnes dentibus et
labijs comedere. Uultur, qui cadauera sentit.
Upupa,q̃ in stercoribus nidum facit significat lu
xurie ⁊ immundicie sectatores.Bubo,noctua ⁊
vespertilio,qui de nocte volant:significant here-
ticos ⁊ latrones,⁊ occultos criminũ operatores.
Ibis:larus ⁊ mergulus,qui aquas frequentant:
significant delitiarum ⁊ gastrimargie professo-
res:cuius exempla extra candida : intus nigra.
Et struthio alas habens ⁊ nunq̃ volans,signi-
ficat hypocritas ⁊ simulatores.Et omne quod
est coruini generis:quod semper dicit cras:signi
ficat pigros procrastinantes ⁊ penitentie dilato
res.Porphyrio.i.pellican⁹:q̃ pro filijs suis se vul
nerat significat nepotũ:filiorũ ⁊ amicorũ carna-
liũ imoderatos dilectores,Caladriõ q̃ ad sanan-
dũ ducta:homini nõ morituro faciẽ vertit:a mo-
rituro vero vultũ auertit:significat falsos hoies:
q̃ in prosperitate sunt hoim amatores,sꝫ i. aduer
sitatibus desertores.Oẽs igitur tales aues sunt
immunde:q̃ tãgi ⁊ imitari a sctis hoibus nõ sunt
digne.¶Omne volatile quod quatuor pedibus Eodẽ.c.c
gradit̃ imũdũ erat nisi forte pedes posteriores
per quos salit:essent anterioribus longiores:si-
cut hꝫ locusta:tunc enim erat animal comestibile
⁊ non abominabile.¶Quatuor pedes :quatuor
sunt cordis affectiones:scilicet dolor ⁊ gaudiuꝫ: Moralitas
⁊ sunt anteriores:qꝛ concernunt presentia.Spes
⁊ timor,que sunt posteriores : quia concernunt
futura.Apł̃s.Pri⁹ qd aiale,deinde qd spũale est. E
Igit̃ dico ꝙ oẽ volatile.i.ois hõ cõtẽplatiõi dat⁹,⁊ 1.Co.15.f
ad volandũ mentaliter ad celestia electus sicut
est religiosus vel clericus immũd⁹ dꝫ iudicari,q̃
quatuor pedibus gradit̃.i.quatuor cordis affe-
ctionibus circa terram videtur occupari.Non
debent in religiosis ⁊ clericis magis abundare
pedes q̃ ale.i.affectio q̃ contemplatio:nec debẽt
tamen circa terram et terrena negocia curre-
re,sicut sursum circa celestia volitare:⁊ ideo illi
clerici immundi merito iudicantur,qui plus gra
diunt̃ q̃ volãt:⁊ plus i terrenis negocijs q̃ in ce
lestib⁹ desiderijs occupant̃.Uerũtñ ne oino ꝯten
nam⁹ actiuos,⁊ circa terrena negocia occupatos
sciẽdũ ꝙ si pedes.i.affectiões posteriores ⁊ de-
sideria futuroꝝ anteriorib⁹ pedib⁹.i.ꝑsentiũ ter
renoꝝ affectionib⁹ ꝑferunt̃:⁊ amplius ꝑ ꝑseuerã
tiã ꝓlõgant̃,⁊ per excellẽtiã exaltant̃:tũc isti im-
mundi non iudicabũtur sꝫ apud deũ ⁊ hoies com
estibiles.i.imitabiles ⁊ tangibiles.i.frequenta-
biles decernent̃:qꝛ reuera animus circa terrena
gradiens:tũc bon⁹ ⁊ mũdus existit:qñ i eo amor
futurorũ amorẽ ꝑsentiũ supat:⁊ qñ saliẽdo supe
rius ꝑ desideriũ eternoꝝ rõ sensualitatẽ ꝓcedit.
Apo.Nouissima tua plura prioribus.¶Uel dic ꝙ
ꝙ ps prior significat sensualitatẽ posterior rõnẽ. Apo.2.c.
Ista est ergo q̃ dꝫ ꝑcellere ad hoc ꝙ hõ mũd⁹ pos Aliter
sit apud deũ eẽ.Maiora eñ debẽt esse i nobis po- F
steriora ꝓorib⁹,⁊ spũalia tpalib⁹.Apo.Posterio-
ra tua plura prioribus.¶Uel dic ꝙ posteriora si- Apo.2.c.
gnificant senectutẽ,anteriora significãt iuuentu- Aliter
tẽ:qꝛ si volumus mundi esse,bona opera senectu
tis debent iuuentutis operibus prepollere.¶Oẽ Eodẽ ca.d.
aial quadrupes qd super manus ambulat,imũ-
dũ erit.Ubi nota ꝙ ille q̃ sup man⁹ vult ambula-
re,necesse habet se ad terrã incuruare:⁊ man⁹ ad
terrã inferi⁹ iclinare.¶Sic ergo dic moralr̃:ꝙ Moralitas
ille q̃ manus.i.opatiões suas ad terrã.i.solũ ad
murũ terrenũ applicat:⁊ q̃ terram.i.terrena am
plexat̃,diligit seu tractat:⁊ ad terrena se extẽdit
totalr̃ ⁊ inclinat,immũdus apud deũ dicit̃:⁊ bo-
norum tactu ⁊ cõsortio indign⁹ iudicat̃.¶Qui tã Eodẽ.ca.d.
gebat aialia immũda,vel qui ea mortua deporta
bat ⁊c.immund⁹ erat,⁊ extra castra ire debebat.
¶Charissimi,iste videt̃ imũdus seu morticinũ co Morali-
medit,q̃ ipm ⁊ ipsius vitã sibi incorpat imitãdo. tas.
Ille ꝟo eũ tãgit,q̃ talem frequẽtat sibi associan-
do.Illũ portat q̃ ipm sustinet defendẽdo:vel q̃ si
bi fauet seu eũ fouet:ipsius iniquitatem non re-
probando,vel excusando,vel non puniendo,vel
arguendo.Sicut ad literam faciunt adulatores
qui malos ⁊ morticinos diuites portant.Sicut
etiam faciunt mali iudices ⁊ superiores , q̃ suos
morticinos familiares ⁊ amicos defendũt cõtra
iusticiam ⁊ adiuuant : ipsosqꝫ non puniunt,sed
iniquitatem eorum supportant : exemplo heli,q̃
filios suos non corrigebat:sed eos poti⁹ sustine- 1.Re.2.e.
bat.Omnes ergo tales comestores,tactores seu G
portatores immundorum ⁊ iniquoꝝ,sunt immũ-
di:et bonorum tactu,frequentia ⁊ consortio sunt
indigni.Unde.Quicquid tetigerit immundum, Nu.19.d.
immundum fiet. Talis igitur qui tactu aliene so
cietatis vel alieni mali,verbi ⁊ exempli immun-
dus et peccator factus est : debet extra castra ⁊

id est extra ciuitatẽ spei aliquãdiu manere: ⁊ aq̃
lachrymarꝫ.i.penitentie se lauare: ⁊ sic in vespere
i.in obscuritate timoris poterit castra, scilicet ꝑ
securitatem intrare: ⁊ cõscientie mundiciam re=
habere. Nullus enim q̃ imundus extitit ꝑ morti
cinũ.i. ꝑ pctm̃ mortale perpetratũ: vel ꝑ malũ ⁊
morticinũ cõsortium: debet statim castra intrare.
i.se dignum intrãdi castra paradisi sperare: imo
prius se tenet per ꝯfessionẽ lauare: ⁊ sic manere
vsꝙ in vesperũ.i.in aliqua timoris ⁊ contritiõis
caligine anteꝙ̃ ad castra.i.ad celestiũ spem au=
deat se transferre. Ezech. Perfode tibi parietem.
In humeris portaberis: in caligine offereris.
Aliter. ¶Uel dic ꝙ vesper significat finẽ vite: q2 scilicet
vsꝙ ad mortẽ debem9 imundi esse.i.vsꝙ ad mor=
tẽ debemus nos imũdos reputare: et intrandi
tabernacula paradisi indignos esse. Quod con=
h tingit quotiens nos immundũ comedere.i.ali=
quã immundiciã facere, vel morticinum peccati
Aliter. mortalis tãgere cõsueuit. ¶Uel ista possunt ap=
plicari ad excõicationem maiorem vel minorem.
Animal immundum vel morticinum significat il=
lum, qui maiori excõicatione ligatur: et vita gra
tie ⁊ sacramentorum cõione priuatur. Ille vero
qui est cũ talibus in participatione immũdus.i.
excõicatus minori excõicatione efficitur: ⁊ vna
cũ alio extra castra.i.extra cõionem fidelium iu=
dicatur. Quia istud est verum, ꝙ immũdi se tan=
gentes immũdos faciunt: ⁊ ꝙ excõicati alios ex=
cõicatos reddunt. Ideo bene dicitur hic. Ne tã=
Eodẽ ca. c gatis quicꝙ̃ eorũ, ne immũdi sitis. ¶Aliqua ani
malia immũda numerant̃ hic: scz mustella, mus,
crocodilus, migale, chameleon, stellio, lacerta,
talpa. Ista enim immunda erant, ⁊ morticina
eorꝫ immunda: intantũ ꝙ quicq̃d morticinum de
istis aialibus super quodcũꝙ vas ligneũ vel fi=
ctile, siue etiam sup vestẽ vel pelles vel cilicia ca=
debat, totũ immũdũ faciebat: quinimo etiã qui=
cunꝙ liquor vel cibus in talibus vasis ponebat̃:
anteꝙ̃ aqua lota vsꝙ ad vesperam stetisset, totũ
immundũ reddebat̃. Terrea autem vasa vbi ta=
lia cadebant, frangi ⁊ destrui iubebantur. Illa
vero que erant lignea, vna cũ vestibus dictis et
Moralitas pellibus, aqua lauari mandabant̃: ⁊ sic mũda ad
vesperã reddebantur. ¶Sic vero dico, ꝙ in hoc
mũdo inueniunt̃ multa aialia imũda.i.multa ge
nera peccatorꝫ: videlicet, mustella, q̃ valde flexi=
bilis est nature, ⁊ fraudulenter rapit: que signifi
cat dolosos. Mus qui semper comedit, significat
gulosos. Crocodilus quẽ iaculũ non ledit, signi=
A ficat obstinatos ⁊ ceruicosos. Migale qđ est cru
dele, ⁊ mite se fingit, significat fallaces ⁊ ꝓditio=
sos. Chameleon q̃ vento viuit, significat superbos
⁊ inaniter gloriosos. Stellio qui pellẽ hꝫ pictã,
significat lasciuos ⁊ curiosos. Lacerta q̃ sepul=
chra inhabitat, significat imũdos ⁊ luxuriosos.
Talpa que sub terra manet significat auaros et
terrenorũ ambitiosos. Oẽs isti sunt immũdi et
ab hominibus execrandi: ⁊ mores eorum vilipẽ
dendi ⁊ fugiendi. Quia breuiter qui tales imitã
do comedit: vel morticinũ eorũ.i. eorũ vitã mor=
tiferã ꝑ associationem vel ꝑ affectionẽ tangit, sta
tim eorꝫ immũdiciã in se sentit: ⁊ immũdũ ⁊ pec
catorẽ eorꝫ exẽplo ⁊ ꝟbo faciliter sese facit. Igit̃
siue sit vas ligneũ.i.spũaliter leuis ꝑ voluntariã
paupertatẽ: siue sit vas terreum.i. spiritualiter
grauis ꝑ timorẽ ⁊ humilitatẽ: siue sit vestis.i.ho
mo alios vestiẽs vel pellis.i.homo alios calciãs
ꝑ eleemosynã ⁊ pietatẽ: siue sit ciliciũ.i. hõ alios
pungẽs per iustitiã ⁊ seueritatẽ, vel seipsum acu
leans per pnie austeritatẽ: cũ tñ tãgit morticinũ,
⁊ frequẽtat peccatorẽ corruptũ ⁊ infectũ, ⁊ maxi
me hereticũ: faciliter immundus efficit̃. Et ꝙ̃uis
a principio bonus esset: eius tñ tactu, societate
⁊ auditu de facili maculat̃. Eccli. Qui tetigerit
picẽ, inquinabit̃ ab ea. Quinetiã liquor inferio= Eccli. iij
ris affectiõis seu sciẽtie vel locutionis taliũ va=
sorũ.i. taliũ hoim q̃ simili tactu morticinorũ.i.
hereticorꝫ ⁊ pctõrꝫ qñꝙ corrupti fuerint: tam im
mũdi siũt, ita ꝙ nõ ẽ dignũ a bonis recipi: nec au B
diẽdo gustari. ¶Morticinũ em̃ vas qđ tãgit fe= Eodem ca.
dat: vas ꝟo liquorẽ: liquor postea potatorẽ: ⁊ sic
talis imundicia ꝑ multas successiones de vno ad
aliũ trãsfundit̃: ⁊ de vno immũdo multi aliȷ̃ im=
mundi constituuntur. ¶Sic vnus infectus here Morali=
ticus vel peccator corruptus multos alios cor= tas.
rumpit: ⁊ imũdiciã successiue ad plurimos trã=
mittit. Unde apl's. Ex vno hoie pctõres cõstituti Rom. v
sunt multi. ¶Istud etiã põt applicari ad pctm̃ Aliter.
originale: qđ scz de Adã in alios successiue trã=
mittit̃: ita ꝙ natura filiȷ̃ per tactũ nature pater=
ne, i.ꝑ successionẽ generis vitiat̃. Ista debẽt ergo
lauari ꝑ cõpunctionẽ ⁊ lachrymationẽ si cõtra=
xerint immũdiciã pcti actualis: ⁊ etiã ꝑ baptis=
mi ablutionẽ, si sit tm̃ immũdicia pcti originalis:
⁊ sic in vespere mortis munda reputabunt̃: ⁊ in
castris paradisi in vsus filiorũ israel.i.sanctorũ
⁊ angelorũ purificata ꝓdicabuntur. ¶Uel dic ꝙ Aliter.
liquor vel cibus immundi vasis, significat scien=
tiam vel eloquentiam peccatoris: que.s.immun=
da ⁊ abhominabilis redditur, quando ab immũ
do vase profertur. Quia s'm Grego. Cuius vita
despicitur, restat vt eius predicatio contẽnatur
⁊c. ¶Uas fictile in quod morticiniũ cadebat pol Eodẽ. ca.
luebatur: ⁊ ideo frangi ꝙ̃ cito iubebat̃. Uas ve=
ro ligneum lauabatur, ⁊ mundũ efficiebatur: et
in vsus filiorum israel iterũ vertebatur. ¶Uas Moralitas
terreum qđ est sine humore ⁊ firmitate, significat C
hominẽ in peccato obstinatũ, nullo humore com
punctionis cõtritũ: sed in clibano cõcupiscentia=
rũ decoctũ: fragilitati obnoxium ⁊ subiectũ. Uas
vero ligneũ significat hominem magis firmum,
quodã naturali humore humectum. Igitur si in
vas terreũ.i.hoie obstinato ⁊ impenitente cadat
morticinum peccati alicuius mortalis, ⁊ maxime
heresis: illud proculdubio dꝫ frangi: ⁊ per puni=
tionẽ de medio tolli, vel etiam fortiter castigari.
Si vero istud vas sit ligneum.i.penitens, etiam
si contritus fuerit: tunc per confessionẽ, eruditio
nem, ⁊ lachrymationem purificari debebit: ⁊ fa=
cta penitentia iterato sicut prius mundus erit.
¶Omne enim qđ reptat super terrã: abhomi= Eodẽ. ca.
nabile erit, nec assumet̃ in cibum. Quicq̃d etiam
super pectus quadrupes graditur: ⁊ multos hꝫ
pedes: siue per humeros trahitur: nõ comedet̃: Moralitas
sed abhominabile erit vobis. ¶Talia reptilia si=
gnificant auaros qui scz ⁊ corpore ⁊ pectore tã=
gunt terrã: terrenaꝙ tractãt ⁊ diligunt tam cor=
pore ꝙ̃ affectu. Quia reuera tales q̃ nõ cessant ꝑ
auariciam circa terrã.i.circa terrena repere: et
pectore cordis ⁊ affectu terrã ⁊ ipsa terrena tan
gere: ⁊ per humũ terrene cupiditatis pedes suos
multiplices.i.suos filios ⁊ famulos post se duce=
re, erudire ⁊ trahere: non sunt comestibiles ⁊ tã=
gibiles.i.imitabiles ⁊ frequentabiles, sed pro D
certo ipsi poti9 debent esse abhominabiles ⁊ dete
stabiles: sicut ad literã patet de vsurariȷ̃s ⁊ aua=
ris: quos quilibet adhominatur, ⁊ quos deus et
populus detestatus. Ut habetur in Prouerb. La Pro. 8. a
bia mea detestabunt̃ impium. ¶Qñ morticinum Eodem ca.
cadebat super sementem: si erat semẽtis, nõ pol=
luebatur ex morticino. Si vero aqua erat madi
da: tunc ex tactu morticini efficiebatur imundũ.
¶Sic vero si semẽ affectionis nostre humore de= Moralitas
liciarum aspergitur ⁊ imbibitur: restat si morti=
cinum.i.aliqua mortifera tentatio, locutio vel
exempli mali datio: vel alicuius male persone so
cietatis delectatio ipm̃ tetigerit: ꝙ ꝑ malũ con=

sensum faciꝫ polluaꝫ. Si ꝟo ista humectatio de
ficiat/ ⁊ siccitas abstinētie vel paupꝫtatis abūdat
tunc immūdicia tētatiōis ⁊ mali cōsensus ita fa
ciliter nō subintrat, sed mundū ⁊ sine macula ꝑ-
seuerat. Constat em̄ ꝙ ille q̄ diuitijs aspergiꝫ: ta
ctu mortue tentatiōis facilius inficiꝫ/ ꝙ̄ ille qui
in siccitate paupertatis ⁊ abstinētie cōmoratur.
Aliter. ¶ Uel dic ꝙ morticinū significat pctm̄: aqua ve-
ro significat delectationē in peccato: qꝛ scꝫ mor-
ticinum .i. actus peccati mentem non inficit, nisi
aqua .i. delectatio consensus ⁊ cōplacētia subsit.
Peccatum enim adeo est voluntarium, quod si
non est voluntarium/ non est peccatū ꝫm Augu.
Aliter. ¶ Uel dic ꝫm glo. ꝙ aqua est baptismus: qꝛ si illi
qui aqua baptismatis non sunt loti .s. infideles:
tangūt morticina .i. si cōmittunt peccata morta-
E lia: non tantū polluuntur: nec ita ꝓfunde delin-
quunt seu tāto peccato inficiuntur, sicut illi qui
aqua baptismatis abluuntur: qꝛ scꝫ in eodē pec-
cati gn̄e plus peccat fidelis ꝙ̄ infidelis/ baptiza
tus ꝙ̄ gentilis: qꝛ scꝫ infideles ꝑ parte excusat
eodē.c.f. ignorātia: fideles vero excusat cōsciētia. ¶ Fon-
tes ⁊ cisterne ⁊ oīs aquarū congregatio nō pol-
Moralitas. luebatur: dato ꝙ a morticino tangeretur. ¶ Sic
vero fontes sacre scripture/ cisterne philosophie
aquarū congregatio moralis sapientie non infi
citur/ nec mala aut immunda reddiꝫ/ si ꝗ̄ morti-
cino id est a malo doctore vel p̄dicatore tangaꝫ.
Cōstat em̄ ꝙ iste fons sapiētie ⁊ sacrarū scriptu-
rarū ꝙ̄tū de se est/ non pōt pollui vel infici, ꝙ̄uis
contingat eā per hereticū male exponi/ vel per
Aliter. malū hoiem p̄dicari. ¶ Uel dic ꝙ fons talis signi
ficat gratiā sacramētalem: quā ꝓculdubio mor-
ticinū tangēs .i. malꝰ minister administrās/ nūꝙ̄
pōt inficere: quinimmo semꝑ solet mūda ⁊ synce-
ra manere. Uirtus em̄ sacramentorū dependet a
deo, non a ministro: ⁊ ideo nunꝙ̄ minuitur/ aut
inficitur ministri immundicia vel delicto.

¶ Cap. xij. Textus. Locutusq́ʒ est dn̄s ad moysen dicens: loquere. Moralitatum Ca. v.

Mulier q̄ peperit:
septē diebus immunda mane-
bat: ⁊ si fuit partus masculus/
F ipsum in die octaua circūcide-
bat: ⁊ ꝑ quadraginta dies in
domo stans tādem ex toto ad
cōionem redibat: ⁊ atrium cū
alijs subintrabat: et ꝓ purificatione sua sacrifi-
Moralitas. cium .s. agnū aut colūbarū pullos, aut turtures
offerebat. ¶ Sic vere qn̄ mulier .i. anima peperit
aliquod bonum opus: exinde solet immundiciā
suꝑbie vel inanis glorie cōtrahere: quapropter
nō statim est mūda .i. nō statim debet se mūdam
i. sanctam reputare: sicut phariseus/ dicens. Je-
Lu.18.b. iuno bis in sabbato ⁊c. quinimmo ipsa dꝫ par-
tum suum circūcidere ⁊ examinare: omnem ina-
nem gloriam abinde prescindere vel fugare: ⁊ sic
ꝑ septē dies .i. ꝑ totius huius vite circulum vel/
Lu.17.c. per septem peccata mortalia semper se dꝫ vilē .i.
immundum reputare: iuxta illud. Cum oīa bene
feceritis/ dicite. Serui inutiles sumus: quousq́ʒ
scꝫ per quadraginta dies .i. ꝑ statū pn̄ie in domo
ꝓprie conscientie reclusa: agnum innocētie, tur-
turē castimonie/ colūbā simplicitatis ⁊ modestie
deo poterit immolare. Quod cum fecerit/ tunc
purificata ⁊ munda poterit atriū paradisi feli-
Iac.4.b citer introire. Ideo dicitur. Purificate corda dū
Aliter. plices animo. ¶ Uel dic ꝙ partus pōt significa-
re malorū operum facinora: a quo si purificari
volumus, quadraginta dies, scilꝫ per tp̄s pn̄ie

vel quadragesime nos recludere i domo cōscien B
tie, ⁊ tandē oblatis agno turture ⁊ colūba .i. inno
cētia ⁊ castitate ⁊ simplicitate: mundi ⁊ purificati
esse poterimus: et tēplū seu atriū paradisi cū mū
dis .i. sctis ⁊ āgelis introire. ¶ Per tantū spaciū
stabat mulier anteꝙ̄ purificareꝫ, per ꝙ̄tū ptus in
vētre steterat anteꝙ̄ purificareꝫ .s. si esset mascu-
lus, ꝑ quadraginta dies: ⁊ si esset femina, ꝑ octo-
ginta dies. Maiusq́ʒ tp̄s reqrebaꝫ ad purifican- Aliter.
dū ꝑ partu femineo ꝙ̄ ꝑ puero masculo. ¶ Partꝰ
q̄ cū libidine ꝯcipiꝫ ⁊ cū immūdicia nasciꝫ, signi-
ficat pctm̄: qđ scꝫ facit ꝯcipi libido delectatiōis, ⁊
qđ facit ꝯpleri ⁊ ꝑfici imūdicia opatiōis. Igiꝫ istō
ēverū ꝙ quāto stetit iste fetꝰ i vētre volūtatꝭ ⁊ ma
le ꝯplacētie diutiꝰ: tāto ꝓ certo purgatio pn̄ie dꝫ
durare lōgiꝰ. Et quāto mr̄ .i. aīa plus voluit fetū
pcti secū retinere: tāto dꝫ diutiꝰ ꝑ pn̄iaꝫ affligere: ⁊
purgationē pn̄ie diutiꝰ tolerare. qꝛ reuera quāto
maior ē mora ⁊ obstinatio, tardiorq́ʒ cōfessiōis ꝑ-
turitio: tanto difficilior ē purgatio ⁊ mūdatio: vt
sic de ꝓportiōe culpe ⁊ pene ⁊ dicaꝫ de aīa peni- Apo.8.b.
tēte illō Apoc. Quantū glꝫificauit se, ⁊ in delitijs
fuit: tātū date ei tormētū ⁊ luctū. De viuificatiōe
⁊ tardiore ⁊ citiore, vide supra hic tertio capitu-
lo de puero. ¶ Uel dic ꝙ puer hic est hō: qui octo
dieꝝ .i. in tp̄e resurrectiōis vltime a cūctis mor- D
talitatis defectibus circūcideꝫ ⁊ mundabiꝫ, ⁊ sic
quadragenario inde trāsacto ad templum para
radisi perducetur, vbi immundus non offertur.

¶ Capi. xiij. Textus. Locutusq́ʒ est dominus ad moysen et Aaron, dicens. Homo in cuius cute. Moralitatum Ca. vj.

Lepra multiplex
nobis in scriptura manifestaꝫ.
s. lepra in capillis, lepra in cute,
lepra in carne, lepra in veste, le-
pra in domo. Quelibet istaꝝ le-
praꝝ erat immūda: ⁊ a tactu, ⁊
a frequentia hoim euitanda.
¶ Pōt lepra significare quodcūq́ʒ pctm̄, ⁊ maxi- Moralitas.
me peccatum luxurie: que quidē luxuria inficit
nō solum ꝓpriū subiectum, immo etiam alios
circunstantes. Sed reuera lepra luxurie peccati
vel infamie quādoq́ʒ in capillis .i. in cogitatione,
quādoq́ʒ in carne id est in delectatione: quādoq́ʒ
in cute id est in exteriori operatione inuenitur.
Qn̄q́ʒ inficit vestem .i. exteriorem conuersationē:
qn̄q́ʒ etiā corrūpit domū .i. totū vicinū ⁊ regio- Aliter.
nē. ¶ Tūc em̄ lepra nostra esse in veste vel i domo
dꝫ, qn̄ luxuria nostra vel auaricia vel peccatuꝫ in
exteriori conuersatiōe manifestaꝫ: ⁊ qn̄ in domo
religionis vel ecclesie per infamiam diuulgatur:
⁊ per mali exempli dationem in alios dilatatur. A
¶ Uel dic ꝙ lepra est superbia: que ad modū le- Aliter
pre tumorē, ⁊ mētis indignationem .i. inflaturaꝫ
parit. Ista ergo quandoq́ʒ in capillis, qn̄ scilicet
hō suꝑbit ⁊ gloriatur in crinibꝰ: qn̄q́ʒ in carne, qn̄
gloriaꝫ in delitijs carnalibus: qn̄q́ʒ i cute, qn̄ glo
riatur in cutis pulchritudine: quandoq́ʒ in veste, Aliter
quando gloriatur in generis valore. ¶ Uel dic ꝙ
capilli significant sciētie subtilitatem: caro san-
guinis nobilitatem: cutis corporis formosita-
tem: vestes virtutum amenitatem, seu etiam bo-
norum temporalium fecunditatem: domus sta-
tus seu dignitatis quam obtinet sublimitatem.
In istis enim omnibus pōt lepra crescere: ⁊ pro
his oibus pōt superbia vel inanis gloria ꝓueni
re: ⁊ mentem inficere, ⁊ fedare. ¶ Processus qui
fit contra hereticos, videtur habuisse ortum a Eodē.c.a.

processu q̄ fiebat antiquitus cõtra leprosos. Di-
cit enim ꝙ si suspitio lepre apparebat in aliquo
forte qꝛ est scabiosus: vel qꝛ cutis apparebat hu-
milior/⁊ pilus albior/debebat eum sacerdos re-
cludere septē diebus: ⁊ si videret ꝙ huiusmodi
lepra non cresceret: sed etiam ꝙ post inclusionē
aliis septē diebus se se nullatenus augmētaret/
debebat eū dimittere ⁊ mundū bonāqꝫ carnē hr̄e
ꝑdicare. Lauabit inquit homo vestimenta sua ⁊
mūdus erit: qꝛ scabies est. Qđ si forte lepra cre-
Moralitas. scebat: ipsum leprosum ⁊ eū extra castra pellere
tūc debebat. ℭ Sic ṽo audita suspitiōe lepre. i.
B heresis cōtra aliquem: dꝫ eū sacerdos. i. iudex di-
ligenter inuestigare: ⁊ etiā si sit necesse capere et
includere. Si vero videt ꝙ nō ꝑseuerat/sed ces-
sat: ipsum tanq̄ mūdū dꝫ absoluere/⁊ inde libe-
rare: et esse potius scabiem q̄ lepram: id est ali-
quem leuem errorē q̄ heresim iudicare. Queli-
bet eñ scabies nō facit leprosum: nec q̄libet er-
ror facit hereticum. Sed proculdubio si viderit
huiōi maculā crescere ipsumqꝫ in errore ꝑsistere
Ma'.25.c. tūc dꝫ eum leprosum vel hereticū iudicare: ⁊ a cō-
Aliter. sortio fideliū segregare. Uñ dr. Sepabit malos
de medio iustoꝝ. ℭ Uel dic ꝙ scabies vł lepra sūt
due species excōicatiōis scꝫ minor ⁊ maior. Pro-
pter scabiē ergo. i. ꝓpt minorē excōicationē nō
dꝫ quis a canonica fideliū cōione segregari: sed
tm̄ vestem conscientie sue dꝫ lauare ꝑ cōfessionē/
⁊ a sacerdote mundari. Per lepram vero. i. ꝑ ma-
Esa.33.b iorem excōmunicationem: homo dꝫ ab alioꝝ cō-
eodē.c.f. sortio diuidi: ⁊ ab ipsis tanq̄ leprosus necessario
reputari. Esaias. Nos autē reputauimus eum
quasi leprosum. ℭ Uir de cuius capite pili fluūt/
caluus ⁊ mundus est: ⁊ si etiam a fronte cecide-
Moralitas. runt/mundus ⁊ recaluaster est. Si vero in calui-
tio lepra oriť/immundus iudicabitur. ℭ Cal-
uitium qđ nihil aliud est q̄ casus ⁊ nuditas ca-
pilloꝝ/potest significare voluntariam pauper-
C tatem/quam pro certo qui debite amplectitur/
mundus ⁊ sanctus apud deum efficitur/intan-
tum ꝙ quādo quis plus capillos diuitiarū sua-
rum pauperibus per eleemosynas dimittit flue-
re/ita ꝙ caluitium paupertatis ipsum ex hoc cō-
tingit incurrere: nūq̄ ꝓpter hoc dꝫ vilis ⁊ immū-
dus reputari: sed magis mūdus ⁊ honorabilis
apud deum ⁊ homines credi. Uerūtamen quā-
doqꝫ contingit ꝙ in caluitio oritur lepra: quia
scilicet de paupertate quandoqꝫ oritur super-
bia ⁊ inanis gloria: quia illi qui diuitias di-
mittendo vel pauperibus erogando sunt pau-
peres: exinde quādoqꝫ superbiūt ⁊ fiunt arrogā-
tes ⁊ alios contēnentes: ⁊ perperā iudicantes:
Ro.14.a contra illud apostoli. Is qui non manducat/mā-
ducātem nō iudicet. Et sic in caluitio eorū lepra
nascitur/inquantum de paupertate sua gloriari
Eccli.25.a ⁊ alios cōtēnere cōprobanť. Et tñ sicut apparet
Pauper superbus inter ea que deo displicent/
Aliter. numeratur. ℭ Uel dic si vis ꝙ caluitiū est fluxus
⁊ abrasio vitiorū: qui scꝫ per cōfessionē ⁊ pniam
efficiť: ita ꝙ homo mūd⁹ ⁊ sanct⁹ crediť ⁊ habeť.
Uerū tamē quia qñqꝫ de tali mundicia superbit ⁊
gloriatur, ideo leprosus dici mereť: suaqꝫ mūdi-
cia in lepram/et sua sanctitas in culpam conuer-
Nu.12.c. titur. Unde dicitur. Maria apparuit candens le-
eodem.c.f. pra quasi nix. ℭ Sicut hic supponiť: lepre signa
erant color rufus ⁊ albus per corpus diffusus:
⁊ cutis humilior/in capillis flauus. Unde etiam
D sicut hic patet/in capite et in barba et in fronte
lepra generabatur: et ibi cognoscibilius videba-
Moralitas. tur. ℭ Sic vero quando in homine apparet albe-
do ficte castitatis: rubedo maliciose voluntatis:
flauedo duplicitatis: et depressio excessiue humi-
litatis: signum est qđ ille qui habet talia non est
bonus: sꝫ magis est leprosus spiritualiter ⁊ cor-
ruptus: quia reuera illi qui sunt leprosi/aut pec-
catores et corrupti: vt communiter fingunt se
esse ceteris magis humiles atqꝫ castos/⁊ ampli⁹
apparent subtiles/sciētifici ⁊ astuti. Unde dr. Est Eccli.
qui nequiter se humiliat: ⁊ interiora eius plena
sunt dolo. Et sic dico qđ isti habent lepram ficte
humilitatis in capite/inquantum aliis inclināť
lepram malitie in barba/inquantum se hr̄e diui-
nam sapientiam simulant. Barba enim sapientiā
significat: lepram ficte castitatis in fronte. i. in
apparentia honesta quam omnibus manifestāt.
sicut de Osia: de quo dr ꝙ statim orta est lepra in 2.Pa.
facie eius. ℭ De vestis sicut hic dicitur: vestis siue eodē.
pellis supponebatur subire lepram: et erat talis
lepra quedam alba macula vel rufa humili su-
perficie cetera corrodens/vel inficiens ipsam ve-
stem. Ista ergo si manifesta erat/sacerdos debe-
bat eam videre: ⁊ ipsam vestem comburere. Si
vero dubia esset lepra, debebat eā includere: ⁊ si
nō cresceret dimittere. Si vero creuisse reputa- Morali-
bať ipam q̄cito cōcremare. ℭ Sic vero si aliqua tas.
vestis: id est aliqua persona leprā heresis incur-
rerit: ⁊ clarū ꝑspicuūqꝫ fuerit: ꝓculdubio ꝑ sen-
tentiā sacerdotis. i. prelati vel iudicis concrema-
ri dꝫ. Si vero fuerit aliquod dubiū debet intra
clausurā abiurationis recludi: ⁊ si vltra nō cre-
uerit/sic dimitti. Si vero post reclusionē. i. post
heresis abiurationem inuenta est lepra creuisse:
⁊ talis vestis/id est talis persona in heresim re-
lapsa fuisse: tunc vero dꝫ cōburi ⁊ seculari pote-
stati demandari vel cōmitti. Unde dr. Paleas, cō- Mat.
buret igni inextinguibili. ℭ Uel dic de punitio- Aliter.
ne malorū: quia iudex vel prelatus si videt ali-
quā vestē. i. aliquā personā vitiosam: si sit talis
lepra id est tale crimē quod non possit nec cela-
ri nec emendari: dꝫ istam vestē cōburere. i. perso-
nam ipsam ꝑ aliquā penam corporis cōdēnare.
Si vero sit non adeo euidens lepra criminis: vt-
pote qꝛ nullū scandalum fuit ibi: vel qꝛ spes est
ꝙ delinquens se corriget/⁊ ꝙ lepra ipsius crimi-
nis ad deterius nō ꝓcedet dꝫ in loco penitentie
vel in bono carcere eū recludere: ⁊ vsqꝫ ad tp̄s ꝑ-
finitum ab eo/ipsum debet penitentie vinculis
alligare: itaqꝫ si videt leprā ipsius criminis non
procedere/sed cessare: dꝫ talē patientē mundum
iudicare: et de clausura carceris liberare. Si ve-
ro videt ꝙ talis clausura seu talis iniuncta pnia
non proficit: tunc ipsum cōburere. i. sententiali-
ter condēnare debet. Istum etiā modum seruat F
deus: quia illos qui ex toto sunt leprosi obstina-
ti/incorrigibiles atqꝫ mali: de quorum salute de-
sperat sepe per mortē subitaneam interficit/⁊ in
inferno cōburit: alios vero de quorū salute spe-
rat/solet in carcere tribulationum includere: et
eos castigando mundare/et mūdi prosperitati
restituere. Si vero ipsos per clausuram tribu-
lationum videt non posse corrigi/solet eos fi-
naliter in inferno cremare: vt sic de quolibet ta- Joā.15.
li dicatur. Omnem palmitem nō afferentem fru-
ctum/tollet eum: ⁊ omnem qui fert fructum/pur- eodē.
gabit eū ⁊c. ℭ Si lepra apparebat in aliqua par-
te vestis: debebat illa vestis includi ⁊ si non cre-
sceret debebat aqua lauari. Si vero loc⁹ ipsius
macule adhuc obscurior apparebat/debebat
ipsa macula a soliditate vestis abrumpi. Quod
si tunc adhuc in aliqua parte vestis alia similis
macula nascebatur: tunc quia lepra erat vola-
tilis/tota vestis ignibus mancipari iubebatur.
ℭ Uestis est peccator: qua scꝫ diabolus se induit/ Moralitas.
quando ipsum sibi conglutinat ⁊ adiungit: ma-
cula est peccatum qđ lepra dicitur: pro eo ꝙ per
ipsum homo corrumpitur ⁊ fedať. Igitur si cō-
tingit lepram seu maculā peccati in aliqua per-
sona generari ⁊ nasci: proculdubio sacerdos. i.

prelatꝰ dꝫ ipm̄ primo benigniter corrigere: et in
clausuram ⁊ in statutorū obedientiā ponere/et
per cōfessionē ⁊ pn̄iam emendare. Si vero post
loturam penitentie adhuc appareat in ista ve-
ste.i.in ista ꝑsona vestigium macule precedentis
in aliqua mala consuetudine/vel aliqua mala cō
B d'tione:⁊ reliquijs premissorū criminum: statim
debet sacerdos illā maculā abrumpere: ⁊ illud
vitiū penitꝰ ab eo separare. Sed si iste recidiuā
do talem maculam iterat:ita ꝙ iterū similis cul
pa in eo appareat: ita qđ spem correctionis de
ipso amplius non habeat:tunc vere igne tribu-
lationis ⁊ aspere punitionis debet comburi. Uel
etiā aliter ā;si crimē hoc reqsierit/debet igni-
bus concremari:sicut si est hereticus ⁊ relapsus:
quia reuera qui per benignam locutionem/mo-
nitionem ⁊ castigationem non corrigitur:sed re-
cidiuat seu quotidie in similia relabitur/necesse
est vt asperius corrigatur:quia vbi non proficit
correctio in facto fidei/ignis incendiū apponat.
Joã.15.a Unde dicit dñs. Si quis in me nō mãserit/mittet
foras sicut palmes ⁊ arescet ⁊ in ignē mittetur ⁊
eodē.c.f. ardet. ¶Leprosus mādabat extra castra eijci
⁊ a mundorū cōsortio ad sacerdotis arbitriū se-
parari. Os eius debebat veste cōtegi: ne ipsius
anhelitu possent alij infici vel corrūpi:caput eiꝰ
debebat esse nudū/vestimētū eiꝰ dissutū:⁊ ipse se
ipsum debebat clamare vilē/sordidū ⁊ immūdū.
Solꝰ extra solebat manere:⁊ a mūdorū cōsortio
iubebat penitꝰ abstinere. ¶Reuera talis lepro-
Moralitas. sus videt eē peccator:⁊ maxime ille q̄ maioribus
h est infectꝰ:⁊ fetoribꝰ infamie maculatꝰ:⁊ potissi-
me hereticꝰ ⁊ excōicatꝰ:q̄ reuera talis a cōsor-
tio charitatis diuidit ꝑ inuidiā:solꝰ ⁊ sine bone
societatis copula seiūgit ꝑ discordiā:caput sue
intētiōis nudū efficit ꝑ iactātiā:vestis cōuersa-
tiōis tota dissuit ꝑ insolētiā. Os vero sue locu-
tionis est ita fetidū ⁊ immūdū/ꝙ alios corrūpit
⁊ inficit ꝑ detractoriā infamiā:quare ꝓpter hoc
cōtegi meret ⁊ reprimi:ne anhelitus suaꝝ mala-
rum locutionū alios corrūpat per nequitiā. Ui-
lem ergo ⁊ immundū se pōt dicere ꝑ vniuersalē
corruptionē ⁊ spurciciā/dicēs illud qđ scribitur.
Quasi plaga lepre videtur esse in domo. Quia ve
Leui.14.c ro leprosi.i.peccatores solēt singularitatis soli-
tudinē diligere: ⁊ societates bonorū fugere:in-
tentiōis caput per iactātiā mūdare:os suū per
versutias locutionis cōtegere:⁊ vestes cōuersa-
F tionis proprie laniare:cōtra illud supra.x. Capi-
ta vestra nolite nudare:⁊ vestimēta vestra noli-
te scindere. ¶In domo q̄n oriebatur lepra: Erat
autem macula corrosiua lapidi vel parieti im-
pressa ceteris partibus parietis magis pressa.
Igitur si talis lepra apparebat in domo quibus
adherebat:debebant lapides de pariete submo-
ueri:tota domus debebat radi/⁊ domus alio lu
to liniri:lapidesq̃ ⁊ puluis abrasus debebat ex-
tra ciuitatem proijci ⁊ portari. Quod si talis le-
pra in aliqua parte domꝰ oriebatur/alia lepra
A perseuerans iudicabatur:⁊ ideo tota domus de
Morali- struebatur:⁊ ligna ⁊ lapides extra oppidum in
tas. locum immundum ilico portabantur. ¶Sic ve-
ro si lepra alicuiꝰ heresis vel proditionis in ali-
qua domo vel in aliqua villa vel collegio nascit:
statim submouendi ⁊ e medio tollendi sunt lapi-
des.i.persone que macula huiusmodi corrodū-
tur:ne forte per alios alij lapsu temporis macu
la simili corrumpantur. Secundum enim beatū
Bernardū. Melius est ꝙ pereat vnus q̃ vnitas
tota. Et domus ista dꝫ ꝑ correctionē radi:⁊ pul-
uis male ⁊ heretice doctrine abinde eijci:⁊ luto
alio.i.alia bona doctrina ipsa domꝰ instrui vel
liniri. Alijq̃; lapides.i.alie bone persone loco
priorū.i.in officijs/dignitatibus et beneficijs

substitui ⁊ reponi. Unde Job. Conteret multos Job.34.c
⁊ innumerabiles:⁊ regnare faciet alios pro eis.
Quod si talis lepra nec sic velit cessare/imo ad
alios inueniatur trāsire:⁊ iterū in alijs lapidibꝰ
i.ꝑsonis subcrescere ⁊ venire:tunc non pigeat sa
cerdotē vel ꝑlatū talē domū.i.talē villā vel col-
legiū de medio tollere:⁊ extra oppidum.i.extra
cōionem fidelium excōicando deijcere:⁊ etiā ex
toto si sit necesse/inuocato brachio seculari sub-
uertere ⁊ delere:sicut factum est de ordine tem-
plariorū. ¶Uel si vis dic/ꝙ lepra est vitiū prodi- Aliter.
tionis:quā si iudex in aliqua domo vel villa re-
perit:statim ipsos lapides qbꝰ adheret.i.ipsos
proditores destruere ⁊ euellere,⁊ in loco et offi-
cio qđ tenebant alios substituere dꝫ:⁊ alio luto B
scꝫ cemento charitatis/reconciliationis ⁊ amo-
ris dꝫ talem domū seu patriā vngere:vt sic in fi-
delitate dñi sui possit decetero ꝑmanere. Quod
si contingat talē domū/villā vel patriā ex toto
corruptam esse:⁊ lepram istā scꝫ ꝓditionem per
oēs partes eiꝰ venire:tunc tota ipsa domus seu
villa ruine seu periculo debet penitus subijci:
vt sic quos aliorū pena non terruit/possit ꝓpria
pena sua coercerere. Lepra em̄.i.heresis vel ꝓ-
ditio perseuerans alio modo non tollitur/nisi
tota domus leprosa.i.tota villa vel p̄ria proди-
trix vel heretica destruat. ¶Quando domus le-
prosa examinabat/solebat claudi:⁊ introitꝰ ha-
bitatoribꝰ denegari:quā q̄ tūc temporis intra-
bat vel ibi dormiebat/immundꝰ efficiebatur: et
lauare vestimēta sua tenebat. ¶Domus leprosa Moralitas
⁊ infecta est mundꝰ qui tūc temporis a dño fuit
clausus/q̄n eiꝰ ingressus ⁊ amor fuit nobis per
dñm interdictꝰ. Unde dicit. Nolite diligere mun- Joh.2.b
dum ⁊c. Qui ergo in ista domo leprosa.i.in mū-
do ꝑ malā cōplacentiā intrat:⁊ ibi dormit/⁊ tē-
poraliter se delectat:ꝓ certo faciliter immundi-
ciā culpe/⁊ maxime auaricie ⁊ luxurie solet icur
rere:quapropter necesse habet ꝑ cōfessionē ⁊ pe-
nitentiā se lauare. Unde Esa. Lauamini/⁊ mūdi Esa.1.d.
estote. ¶Uel dic ꝙ ista domꝰ significat excōmu- Aliter.
nicatū:q̄ tūc alijs claudit/q̄n occasiōe istiꝰ lepre
C cōicatio eiꝰ alijs denegat. Si igit tūc aliq̃s talē
domū itroierit/⁊ cū tali participauerit immūdꝰ
i.excōicatꝰ,scꝫ minori excōicatiōe ⁊ ipse erit. Un
dr. Quicq̃ tetigerit immūdū/immūdū fiet. ¶Uel Nu.19.d
dic ꝙ sicut ptꝫ ex ꝑmissis,q̄tuor gn̄a lepre inue- Aliter.
niebant:vcꝫ lepra i veste:lepra i cute,lepra i car-
ne,⁊ lepra i domo seu in ede. Sic ꝓ dico i hoibꝰ
iueniunt q̄tuor gn̄a vitiorū:scꝫ lepra i veste,hoc
est curiositas vestiū seu lasciuiositas:lepra in cu
te,hoc est gule igluuies seu castrimargia:lepra
in carne,hoc est carnalis delectatio seu luxuria:
lepra in domo seu i ede,hoc est rumor malꝰ seu
infamia,q̄ scꝫ apparet in domo ⁊ in lapidibꝰ.i.in
exteriori vicinia. Un̄ videt ꝙ iste quatuor lepre
possunt significari in istis quatuor leprosis: de
quibus dicitur in li. Regum. Quatuor viri erant 4.Re.7.a
leprosi iuxta introitum porte.

¶Capi.xxiiij. Textus.

Locutusq̃ est dñs ad moysen dicens:
Hic est ritus. Moralitatum Ca. vij.

Quando lepro-
sus cū aliquo mundabat: D
ad restitutionē ipsiꝰ multa
requirebant. Debebat em̄
ante oia ad ostia castrorū
venire:⁊ sacerdoti se oñde
re:sacrificia offerre:⁊ san-
guine passeris occisi debe-
bat eū sacerdos aspergere:

extra propriũ tabernaculũ debebat aliq̃diu ma=
nere:omnes pilos corporis ⁊ barbã ⁊ supercilia
radere:vestes ⁊ corpus lauare:⁊ sic oblatis duo
Moralitas. bus agnis poterat mũdus castra mũdoꝝ itrare.
¶Sic vero peccator q̃n vult a lepra mundari:et fi
deliũ restitui cõmunioni:tũc debet ante oĩa p cõ
Lu.17.c. fessionẽ sacerdotibꝰ ostendi. Unde Lucas. Ite
ostendite vos sacerdotibus. Et oblato sacrificio
spiritus cõtribulati sanguinem passeris.i.chri=
sti:debet per sue passionis memoriã aspergi:ca=
pillos malarum cogitationũ ⁊ affectionũ a se ra
dere ⁊ euellere:barbam fatue sapientie ⁊ super=
bie deponere:et lachrymis cõtritionis se lauare
et abstergere:extra propriũ domiciliũ aliq̃diu
peregrinando manere:⁊ tandem duos agnos.i.
duplicem ignorantiam cordis et corporis domi=
no offerre:⁊ sic mundus poterit fieri/⁊ ad sanita
Mat.11.a tem gratie reuenire. Ideo dicitur. Ceci vident:
surdi audiunt:claudi ambulant:leprosi mundã
Eod.c.a. tur. ¶Ad mundationem leprosi requirebantur
duo passeres in aqua viua in vase fictili:lignum
cedrinum/hysopus/vermiculus:id est filus coc=
cineus. Unus ergo istorum passerum occidebatur:
⁊ sanguis eius super illas aquas in vase illo fi=
ctili stillare permittebatur:et tandem passer alius
E viuus ⁊ hysopus in ligno cedrino cũ filo cocci=
neo per modum aspersorij ligabatur:quibus in
aquis rubricatis intinctis/leprosus septies in=
tingebatur:⁊ sic passer ille viuus abire in cãpum
permittebatur:rasisq̃ pilis ⁊ lotis corpore/⁊ ve=
stibus homo etiam per septẽ dies extra ꝓpriũ
tabernaculũ morabatur. Octaua vero die duos
agnos sacerdotibus offerebat:⁊ mũdus effectꝰ
castra ingrediebatur. ¶Leprosus significat genꝰ
Moralitas. humanũ:qđ scz in adam fuit infectum:de castris
id est de paradiso eiectum: ita q̃ vestimentũ sue
mortalitatis fuit dissutũ. Caput vero sui cordis
Job.1.d. fuit crinibus virtutũ nudatum. Unde Job. Nu=
dus egressus sum de vtero matris. Ad hoc ergo
q̃ ille leprosus mundaretur ⁊ in castra paradisi re
duceretur:plura necessaria cõcurrerunt. Neces=
se enim fuit q̃ interuenirent duo passeres: id est
duplicis christi nature vnitas ⁊ veritas. Aqua
viua:id est baptismi puritas. Uas fictile: id est
christi nature mortalitas. Hysopus q̃ tumores
sedat id est ipsius christi humilitas. Coccus seu
vermiculus:filũ scz ignei coloris:id est ipsiꝰ chri
sti ardens amor ⁊ charitas. Lignum cedrinũ:id
est ipsius christi crux ⁊ sue passionis austeritas.
Sanguis passeris occisi id est sanguinis effusi
vtilitas. Ista est eñ oĩa humanum genus lepro=
F sum purificauerunt ⁊ castrorum paradisi eidem
aditum reddiderũt. De istis enim duobus pas=
seribus:id est de ista duplici christi natura hu=
mana et diuina vna sola fuit occisa: scilicet na=
tura humana in vase fictili humane mortalita=
tis mortua. Nihil passus fuit homo secundum
diuinitatem. In desertũ euolare dictus est inq̃n=
tum semper illesus permansit:⁊ inq̃ntum passio=
nis acerbitas ipsum aliqualiter nõ afflixit. Diui
nitas tamen ista in sanguine passeris mortue in=
tincta dicitur fuisse, inquantum per passionem
ipsius christi hominis noscitur eius diuinitas
consensisse. Cedro etiam cum coccino charita=
tis et hysopo humilitatis alligata dicitur/ in=
quantum ipsius deitatis charitas et humilitas
in ipso cedro: id est in ipso ligno crucis sum=
ephe.2.a me apparuisse monstratur. Ideo apostolus di=
cit quod propter nimiam charitatem qua dile=
Phi.2.a. xit nos deus/filium suum tradidit. Et alibi di=
cit quod humiliauit semetipsum/ factus obe=
diens vsq̃ ad mortem: mortem autem crucis.
Omnia tamen ista/scilz passer viuus/et sanguis
passeris occisi:et lignum cedrinum/in aqua im=
mersa dicuntur, inquantum scz ipse aque baptis
mi a sanguine ⁊ passione xp̃i ⁊ ipsiꝰ deitate ⁊ cru
ce virtutem ꝓpriam sortiuntur. Iste ergo aque mix
te cum sanguine.i.baptismꝰ ⁊ xp̃i passio iuncte
simul:septies.i.mediantibus septem donis spiri=
tussancti:leprosum istũ scz genus humanũ asper
serunt, ⁊ a lepra peccati lauerũt:sic vt post septẽ
dies.i.post curriculum vite huius scz in octaua
future resurrectionis ex toto mundus efficitur:q̃n
rasis ⁊ abstersis omnibus mortalitatis super=
fluitatibus, castra paradisi ingredietur:⁊ ad il=
los de quoꝝ societate ceciderat.s.ad filios israel
i.ad beatos angelos adiungetur. Post munda=
tionẽ enim leprosi, ⁊ ipsius mundificationez ꝑmis
sam septem diebus debebat extra proprium ta=
bernaculum manere:quia scilicet dato q̃ huma=
num genus per christi passionem, baptismum, et
crucẽ a lepra peccati originalis mundetur:non
tamen propter hoc statim tabernaculum paradi
si ingreditur:immo extra scz in hac valle miserie
septem diebus.i.per totam vitam istã, que per se
ptenarium dieꝝ fluit, ꝑmanere iubetur:vsq̃quo
veniat octaua.i.futura resurrectio:vbi inter mũ
dos (vt premissum est) in corpore ⁊ anima celeste
habitaculum sortietur:⁊ sic de homine videatur
dictum illud Exo. Septem diebus sit cum matre Exo.
sua.i.cum mortali vita die vero octaua dabit eũ
dño. ¶Uel si vis, dic q̃ ad hoc q̃ leprosus.i.ho= Al
mo peccator mundetur:necesse est q̃ sacerdoti p
confessionem se ostendat, ⁊ q̃ deo duos passeres
scilicet corpus ⁊ animã offerat:⁊ q̃ lignum cedri
num.i.crucis memoriam: coccum charitatis, ⁊
hysopum humilitatis, necnon vas fictile cum
aqua, idest cor contritum cum lachrymis se=
cum ferat: vt sic dum vnus passerum suorum,
scz corpus per penitẽtiã immolatur:alius passer
scz anima, liber euolet et recedat. Nam cum san=
guis idest peccatũ: in aqua viua lachrymarum:
et vase fictili.i.corde humili per confessionem
funditur:et tali lachrymarũ delictis ꝓprijs rubrica
ta:mediãte humilitatis hysopo, leprosus pecca
tor aspergitur ⁊ lauatur, ab omni cõtagio mũdatur:
⁊ ad castra christi, scilicet ad gratiam in presenti,
et gloriam in futuro tanq̃ mundus ⁊ innocens
acceptatur. Psal. Asperges me domine hysopo ⁊
mundabor:lauabis me ⁊c. ¶Hic ponitur q̃ lepro Ps.
sus mũdatus debebat duos agnos offerre sacer Eodẽ.
doti:qui de sanguine debebat aurem dexteram,
pollices, manus ⁊ pedes dextri ipsius leprosi tin
gere ⁊c. ¶Et simile habes Exo.xxx. Uide et ex=
pone sicut ibi. ¶Hic ponitur de illo qui a lepra:et
infra capi. sequenti de illo qui a fluxu immundi Eodẽ.
seminis mundabatur:q̃ ingredi statim non de=
bebat presumere:sed per septem dies indignum
se propter precedentem immundiciam reputa=
re:et a castrorum ingressu cessare. ¶In quo figu Moralitas.
ratiue notatur:q̃ quando notabilem immundi=
ciam et infamiam incurrit:dato q̃ inde munde=
tur et emendetur:⁊ ad gratiam seu mundiciam
pristinam reparetur:semper debet quadam natu
rali verecundia sibiipsi timere:et non presum=
ptuose in castra id est in societates mundorũ seu
maiorum se iungere:sed inde aliq̃diu se trahere:
quousq̃ perfecta mundicia seu fama ipsum per= B
mittat subintrare:exemplo illius publicani, qui
non audebat oculos ad celum leuare:sed percu=
tiebat pectus suum, ⁊ dicebat. Domine propi=
tius esto mihi peccatori. Dato enim q̃ lepra cul= Luce.18.
pe tollatur:lesa tamen opinio necesse est q̃ ali=
quandiu retrahatur, ⁊ presumptio ⁊ audacia re
primatur. ¶Uel dic contra infames que dato q̃
culpa transierit remanet tñ infamia:que ipso ca Aliter
stra ecclesie bñficia, dignitates ecclie sine amplio
ri sacrificio.i.sine speciali dispensatione egredi

non permittit. Unde in canone dicitur ꝙ porte
dignitatum infamibus non patebunt.

¶ Capi. xv. Textus.

Locutus est dñs ad Moysen ⁊ Aaron,
dicens. Moralitatum Cap. viij.

ILle qui fluebat
semine, immũdus erat: et extra
castra eijci debebat: oia q̃cunq̃
cõtingebat immũda erant: q̃n-
imo oẽs qui carnem eius, sali-
uã eius, vestimẽta eius: sagma
super qđ sederat: ⁊ lectum eius
tangebant protinus immundiciã contrahebant
⁊ ideo se lauare debebant. Si etiã tangebat vas
fictile, frangebatur. Si vero vas ligneum, laua
batur: talis erat fluẽs semine. Idem iudiciũ per
Morali- oia erat de muliere q̃ menstrua patiebat᷑. ¶ Ta-
tas. lis semine fluens, significat luxuriosum ⁊ de se vi
B lem, abhominabilẽ ⁊ immundũ: ꝑ menstruosam
etiã mulierẽ intelligo feminã luxuriosam: q̄ ve-
re talium carnes. i. carnalis vita: saliua defluẽs
i. carnalis secta: lectus. i. carnalis delectatio: ve-
stis. i. inhonesta cõuersatio, penitus sunt immũ-
da: intantũ ꝙ q̃ talia tangũt. i. q̃ talia frequẽtãt
⁊ imitant᷑: immundiciam luxurie ⁊ infamie ꝯtra-
here dignoscunt᷑. Quapropter lotura cõfessiõis
⁊ pnie se abluere tenebunt᷑: ⁊ ideo tutum est ꝙ ta
Gen. 21. c les viles ꝑsone nõ tangant᷑ aut frequẽtent᷑: sȝ qđ
4. Reg. 5. c potius de alioꝝ cõsortijs expellant᷑. Un̄ dr̄. Eijce
ancillã ⁊ filiũ eius. Et alibi. Uade, lauare septies
Aliter. in Jordane ⁊c. De vase vero ligneo ⁊ fictili dic vt
supra cap. iiij. ¶ Uel si vis dic ꝙ semine fluẽs est
hereticꝰ, q̄ semen immũdũ. i. malã doctrinã se-
minat: iõ sctã ecclesia ipsum repudiat, ⁊ de socie
tatibꝰ alioꝝ fugat. Igit᷑ caro. i. carnalis vita: sa-
liua. i. immunda doctrina: lectus. i. iniqua secta
talium nõ debet tãgi: nec aliqualiter frequẽtari:
Tit. 3. c sed magis effugi ⁊ vitari. Un̄ Apostolus. Here-
ticũ hominẽ post tertiã monitionẽ deuita: sciens
Eodem. c. b qm̄ corruptus est. ¶ Talis immũdus qñ mũda-
batur debebat septem diebus expectare: tandẽ
seipsum in aquis viuis lauare: ⁊ postea turtures
Moralitas ⁊ pullos colũbarum offerre: ⁊ sic castra in vespe
re poterat subintrare. ¶ Sic vero ille qui a fedo
humore carnalitatis sanatur, debet septem die-
bus expectare, id est de septem peccatis morta-
libus se deliberare per contritionem: se totum la
uare per confessionem: columbas offerre. i. sim
plicitatẽ: turtures, idest castitatem: ⁊ sic mũdus
erit per sanctitatem: ⁊ tabernaculum paradisi
intrare poterit per beatam felicitatem.

¶ Capitu. xvj. Textus.

Locutusq̃ est dñs ad moysen post mor-
tem duorum. Moralitatum Cap. ix.

INter cetera sa-
crificia vnum magnum ⁊ solen
C ne fiebat in festo expiationis:
in quo. s. cineres fiebãt, de qui-
bus aquam expiationis facie-
bant: et per totum annum imũ
dos purificabant, accipieban
tur enim quatuor animalia. s. vnus aries, vna
vitula triennis rufa, et duo hirci: que omnia ad
ostium tabernaculi offerebantur: et ritu mirabi-
li immolabantur. Mittebantur enim sortes sup
hircos, vt. s. vnus deo, alius populo assignaret᷑,
⁊ ꝙ ille qui in sortem domino cadebat, immola-
batur. Ille vero qui populo assignabatur, in
prescriptis peccatis ppl'i super caput eius per
nunciũ ad hoc deputatũ in desertũ emittebat᷑: et
ibi liber abire permittebat᷑: ⁊ lupis, ⁊ leonibꝰ ex-
ponebatur. Alius vero hircus vna cũ vitula ru-
fa mandabatur per sacerdotem occidi: ⁊ sangui
ne ipsius ipsum tabernaculum interiꝰ ⁊ exteriꝰ
expiari: ⁊ hoc. s. per sacerdotem linea tunica, fe-
minalibus ligneis, zona linea ⁊ cidari linea indu D
tum, ⁊ tã ꝓpiciatoriũ q̃ȝ altare aureũ, q̃ȝ etiã ve-
lũ cũ digito tincto sanguine septies aspergi, cor-
nu altaris sanguine tangi: ⁊ vtrunq̃ pauimen-
tum interius ⁊ exterius iubebatur sanguine cũ
digito aspergi. Sacerdos enim illa die cum san
guine solus sanctasanctorum intrabat, ⁊ ne visa
maiestate domini moreretur, magnã copiã thu-
ris in thuribulo secũ portabat, quo totũ sanctua
riũ obnubilabat. Quibꝰ cõpletis sacerdos egre
diebatur: ⁊ depositis dictis vestibus, vestimen-
tis sacerdotalibus induebatur: arietẽq̃ cũ adi-
pibus, sanguine ⁊ renunculis hirci occisi ⁊ vitu-
li, domino super altare imolabat: ⁊ sic ipsum alta
re ab imũditijs filioꝝ israel expiabat: vitule ꝓo
⁊ hirci carnes, fimus ⁊ pelles extra portari facie
bat: ⁊ vsq̃ ad cineres cõburebat: ⁊ in ignẽ lignũ
cedrinũ, hysopũ ⁊ coccũ bis tinctũ cõburẽda cũ
cum carnibus immittebat. Et sic populus a suis
peccatis expiabatur: tabernaculum emũdabat᷑,
Cinis ꝑ facienda aqua expiationis efficiebat᷑, q̃ Allegoria.
per totum annũ seruabatur. ¶ Dicimus allego-
rice ꝙ ista animalia christũ figurare videntur:
q̄ scȝ hircus emissarius qui illesus dimittebat᷑,
deitatem significat, que scȝ impassibilis perseue
rat: alia vero tria animalia denotãt ipsius hu-
manitatem, pro eo scȝ ꝙ tres naturas continet,
scȝ animam, sanguinẽ ⁊ carnem: vnde etiã ⁊ iste
dicitur aries ductor gregis. Dicitur hircus pro-
pterea, q̄ in similitudinem carnis fuit factus.
Dicitur vitula rufa triennis, inquãtũ fragilitas E
mortalitatis sue, quã sexus femineus designat
triginta annis prius vixit: et post tribus annis
⁊ amplius p̃dicauit. Sanguis igit᷑ istius effusus Colos. 1. c.
i. virtus sui sanguinis ⁊ passionis: interiora. i. ce
lestia: exteriora. i. terrestria tetigit ⁊ expiauit in-
quantũ ſm aplm, illa que in celis sunt ⁊ in terris
per sanguinẽ suũ pacificauit: qñ. s. ſm aplm ipse Heb. 9. c.
qui est sacerdos ⁊ hostia, per propriũ sanguinẽ
semel in sancta intrauit. Propiciatorium enim. i.
diuina ꝓpiciatio ⁊ mia isto sanguine aspergitur:
inquantũ ipse deus per xp̃i sanguinem humano
generi placatur. Altare etiã. i. ipse amor patris,
in isto sanguine fuit tactus: inquantũ ad pacem
humani generis inclinatus. Uelum em̃. i. ipsum
celum: sanguine isto videtur tactum: inquantum
eius virtute hominibus fit apertum. Pauimentũ
interius. i. natura humana, isto sanguine fuit ta
cta: inquãti. l. vna natura fuit alteri recõciliata, et
mediante christi sanguine concordata: et ruina
angelica per hoĩes reformata. Un̄ Apl's. Uos qui Ephe. 2. c.
eratis aliqñ longe, facti estis prope in sanguine
Christi. Ipse enim est pax nostra qui fecit vtraq̃
vnum. Ista enim aspersio mense septimo facta di
citur, pro eo ꝙ ipsam spũs septuplex nobis im-
partitur. Igitur istud est verum ꝙ corpus istius
hirci atq̃ vitule. s. christi, extra castra. i. extra ci
uitatem hierusalem fuit positum: ⁊ ibi cum ap-
positione ligni cedrini. i. crucis passione crema-
tum. i. afflictũ: ⁊ vsq̃ ad cinerẽ. i. vsq̃ ad summã
humilitatem seu corporis deformitatẽ redactũ. F
Esa. vidimus eũ, et nõ est ei aspectus. In ipso em̃ Esa. 53. a
passionis igne interuenit cedrus, id est crucis
christi asperitas: hysopus. i. humilitas: coccus
bis tinctus. i. ipsius xp̃i clementia ⁊ perfecta cha
ritas. Cinis ergo. i. passiõis xp̃i virtꝰ cum aqua
baptismi miscetur: et sic in ecclesia seruatur, et

inde quotidie popul⁹ purificatur: ⁊ ab origina-
Heb.9.d li crimine expiatur. Uñ Apl's. Sanguis taurorum
aut hircorum ⁊ cinis vitule aspersus, inquinatos
Aliter. mundificat. ¶ Uel dic aliter, ꝙ iste tres species
animaliũ, significare possunt tria genera perso-
narũ. Aries em̃ dux gregis significat prelatos.
Uitula iugo subdita significat religiosos ⁊ cleri
cos. Duo hirci significant seculares bonos ⁊ ma
los. Iste enim aries in holocaustum oblatus di-
citur: q̃r scz prelati toti deo offerri tenentur. Ho-
locaustum enim erat illa species sacrificij de quo
non licebat retinere aliquid: sed totum oporte-
bat deo offerre: nec populus nec sacerdos pote
rant sibi aliquid retinere vel reseruare. Et ideo
dicitur ab holon q̃d est totũ, ⁊ caustos quod est
incendiũ: pro eo ꝙ totum domino cremabatur.
Quia reuera prelatus debet esse ita deo dedica-
tus ꝙ totus debet esse per charitatem domino
associat⁹: ⁊ nulli alteri s. nec carni: nec mũdo, nec
diabolo mancipatus. Uitula vero. i. clerici ⁊ reli-
giosi, iugo obedientie debent more vitule subij-
G ci, ⁊ deo per penitentiã cõcremari. Et dato ꝙ cor
pus eorũ extra castra. s. exterius in mũdi nego-
cijs. cremetur aliquotiens per vitam actiuam:
adeps tñ ⁊ renũculus sue interioris affectionis
in tabernaculo. s. sup altare paradisi crematur ⁊
incenditur p contẽplationẽ: q̃r scz tam de vitula
q̃ȝ de hirco bono deo retento. i. tã de bonis eccle
siasticis q̃ȝ laicis, illud debet esse verũ, ꝙ interio-
ra deus per affectionẽ ⁊ contẽplationẽ habeat:
dato ꝙ carnes pellẽ ⁊ fimũ. i. dato ꝙ corpa mun-
dus exterius in negocijs detinebat. Hirci vero
i. christiani seculares in duo diuiduntur: q̃r sm̃
sortẽ occulte dei dispositionis aliqui deo reseruã
tur: ⁊ sibi p penitentiam cõcremant: alij vero cũ
peccatis ⁊ iniquitatibus suis ⁊ aliorũ per deser-
tũ mũdi vagari pmittunt. i. aliqui vti presentib⁹
Ps.80.c sinuntur, ⁊ lupis ⁊ canibus exponũtur. Ps. Di-
misi eos sm̃ desideria cordis eorum ibunt in ad-
inuentionibus suis. Quia breuiter ista est sors
occulte dei iustitie, vt de hircis. i. de mundi fetẽ-
tibus pctõribus aliquos habeat deus, qui scz se
p penitentiã sibi offerunt: alios habeat populus
siue mundus, qui scz mundi deserta circũeunt, et
pro presentibus eterna pretermittunt. Uñ dicit.
Luc.17.g Erunt duo in lecto vno: vnus assumetur, ⁊ alter
relinquetur. Igitur siue agamus de hirco. i. de pe-
nitente, vel de vitula. i. de religioso ⁊ clerico se
diuino iugo subiugante istud est verum ꝙ san-
guis. i. pena sudor ⁊ labor, vel etiã martyrium
H talium vsq; ad interiora velaminis, ⁊ vsq; ad
paradisum transit: velũ celi penetrat ⁊ transcen-
dit: pauimentum ecclesie ornat ⁊ colorat: ⁊ asper
git ipm altare diuine diuine charitatis: ⁊ ipsum
ppiciatorium diuine pietatis tãgit, inquãtũ pro
se ⁊ pro alijs veniã impetrat: ⁊ attingit (sicut ad
literã apparuit) in sanguine martyrũ, qui scz deo
placuit: ⁊ ipsos ⁊ alios a criminibus expiauit.
Heb.9.f Apl's. Omnia pene in sanguine mundant. Qui-
cunq; ergo sacerdos. i. quicũq; iustus sacra do-
cens intrare vult tabernaculum mẽtis sue ⁊ pe-
netrare sicut per contemplationem vsq; ad san-
ctuarium paradisi: semper debet talẽ sanguinẽ
i. memoriam pene martyrum ⁊ sanctorum secum ha
bere, vt sic possit sibi ⁊ pplo deũ placare. Thus
etiam orationis portare tenetur: vt sic propicia
torium diuine misericordie obnubiletur: ⁊ ado-
Ibidem. ret: ⁊ quicquid petitur impetretur. Apostolus.
Tabernaculum non sine sanguine dedicatũ est:
⁊ absq; effusione sanguinis nõ fit remissio. ¶ Ad
Num.19.a vnum tñ aduertẽdũ est: q̃r qñ animalia ista scz vi
tula ⁊ hircus extra castra cõburebant lignũ ce-
dri coccus bis tinctus, ⁊ hysopus in igne pone-
bant. Ad denotandũ ꝙ qñ iusti in penitentie vel

tribulationis cremantur incẽdio: tria principa-
liter debẽt eos concomitare. s. cedrus alta. i. spei
celsitudo: coccus coloris ignei. i. charitatis fer-
uor ⁊ amplitudo: ⁊ hysopus mundificãs. i. fidei
certitudo. Ista enim tria. s. fides spes ⁊ charitas
sunt illis qui cremantur per tribulationem ⁊ pe I
nitentiam necessaria: vt scz per fidem fortius, per
spem facilius: ⁊ per charitatem libentius susti-
neãt pro christo grauia. Quibus factis, cinis. i.
memoria vite taliũ erit mundificatiu⁹: ⁊ si aqua
lachrymarũ affuerit, totius immundicie abster-
siuus. Ps. Asperges me domine hysopo ⁊ mun-
dabor: lauabis me ⁊ super niuem dealbabor. Aliter.
¶ Uel dic ꝙ cinis est memoria mortis: qui scz si
aque lachrymarũ adiungitur, mens immunda ⁊
peccatrix expiatur: ⁊ ab omni reatus macula li- Ps.
beratur. ¶ Uel dic ꝙ sacerdos facili⁹ populũ ex- Aliter.
piat, qñ sanguinem christi in altari p misse cele-
brationem libat. Omnia tamen vestimenta linea
debet habere: ad denotãdũ ꝙ puritatẽ in capite
intentionis, in tunica conuersationis, ⁊ femorib⁹
carnis, ⁊ in zona iustitie summe pfiteri iubetur.
¶ Uel dic ꝙ dñs nebulam in sanctuario suo vult Aliter.
abundare: ne maiestas sua nuda possit homini
apparere: ne scz pre terrore ipsuȝ oporteret per-
ire: sicut etiã supra Exodi. xix. ⁊ xxxiij. ⁊ in mul-
tis alijs locis ostendit dñs in caligine apparuis-
se: ⁊ in fumo glorie ⁊ nebula legem dedisse: ad de-
notandũ ꝙ de⁹ vult ꝙ in sanctuario mentis sem
per aliquã nebulam ignorãtie habeamus. Nec K
vult ꝙ tpe huius vite maiestatem eius intuitiue
videamus: aut ꝙ secreta deitatis ⁊ rerum plena-
rie cognoscamus: q̃r scz tunc fides nostra meritũ
nõ haberet: ⁊ mẽs nostra per psumptionẽ forsitã
interiret. Dñs ergo ⁊ in nebula loq̃, ⁊ in nebula
habitare dr: p eo ꝙ dñs mẽtẽ sanctã ꝯtritã ⁊ ob-
scurã diligit: ⁊ ibi habitare spũaliter delectatur.
Uñ dñs dixit ꝙ habitaret in nebula. Ps. Caligo 3. Reg.
sub pedibus eius. Illa que ad salutẽ pertinẽt, in Psal.
tali nebula cordis ꝯtriti meli⁹ a deo reuelant. vñ
dr. Uocauit dñs Moysen de medio caliginis ⁊c. Exo.
De modo vero purificãdi cũ cinere, vide i li. 3 Num. Num.

¶ Capi. xvij. Textus.

Et locutus est dominus ad Moysen di
cens: Loquere Aaron. Moralitatum
Capitulum x.

Hic supponit
Moyses animã omnis car-
nis in sanguine esse: ⁊ ideo
sanguinis esum oĩno phi-
bet: sed ipsum dño mandat
offerri: vt sic aĩa q̃ viuit in
sanguine, possit a pctis suis
p sanguinem expiari. ¶ Dic
ꝙ sanguis spũalis est affe- Moralitas.
ctio seu amor: q̃r reuera talis sanguis est pprie
anime nostre vita. Aug. Scio aĩa mea ꝙ amor est L
vita. Ideo sanguinẽ non debemus comedere. i.
amorem et affectionẽ nostrã nõ debemus in nos
ipsos reducere: nec ad nutrimentum carnis no
stre ꝯuertere: sȝ soli deo offerre, ⁊ ad deum ordi
nare: q̃r reuera sanguis affectionis aĩam natura
liter viuificat et delectat: et ideo si deo offeratur,
ipsam spiritualiter purificat atq; mundat. Unde
Ezech. In sanguie tuo viue. ¶ Uel dic ꝙ sanguis Ezec.
iste est sanguis christi in sacramento altaris, vel Aliter.
etiã memoria ⁊ compassio passionis ⁊ sanguinis
iesu xpi: q̃r reuera in isto ⁊ ex illo constat spiri
tualis vita anime nostre: et ideo talem sanguinẽ
non debemus comedere. i. nõ recolẽdo absorbe-
re, et

re ⁊ abscōdere, sed ipm missas celebrando, ⁊ pas-
sionē eius recordādo offerre: vt sic possimus ani-
Jo.16.d. mas nostras expiare. Uñ Job. Terra non ope-
ries sanguinem meum.

¶ Capitu. xix. Textus.

**Locutus est dñs ad moysen dicens. Lo-
quere ad omnem. Moralitatum Ca. xi.**

Hic pcipiuntur
hoi mlta pcepta, ⁊ dicit: Nō
maledices surdo: ⁊ corā ce-
co nō pōes offendiculū. Nō
obseruabitis somnia. Nō fa-
cietis vobis figuras aut sti-
gmata. Nō radetis barbam
nec in rotundo attōdebitis
Moralitas comā: nec sup mortuo icide
tis carnē. Nō ꝓstitues filiā tuā ⁊c. ¶ Ista nobis
oia spūalit inhibent. Et pmo q̄ dē surdos ⁊ cecos
idest ꝑsonas simplices ⁊ ignorātes: qz .s. ꝟbū dei
nec audiūt, nec itelligūt: nō debemꝰ maledicere
D vel ꝯtēnere: vel offendiculū alicuiꝰ mali scādali
vel exempli coram eis ponere vel facere, ne forte
occasiōe accepta possint ruinā peccati incurrere.
Tales em̄ simplices q̄ nesciunt p̄cauere, faciliter
cadūt: qñ offendiculū .i. occasionē mali i ꝟbis aut
Mat.18.a. factis nr̄is iueniūt. Jō bñ dr̄. Qz q̄ scādalizauerit
vnū de pusillꝫ istis q̄ i me credūt: expedit ei ꝙ sub
mergat i mare. Itē somnia .i. falsas opiniones nō
debemꝰ credere: nec friuola ꝓ veris recipere: nec
ariolis nec diuinis .i. hereticis aut adulatoribꝰ fi
dē dare: nec ēt ad auguria seu garritꝰ auiū .i. ad
ꝟba ⁊ garrulatiōes ꝑsonaꝝ attēdere vel vacare,
4.re.21.a sicut fecit Manasses: de q̄ dr̄, ꝙ obseruabat som-
nia ⁊ sectabat auguria ⁊c. Itē nō debemꝰ barbā
i. virilitatē ai radere: nec comā capitis .i. ꝟtutem
cordis aliqualr decurtare: qz scꝫ virilitas ai quā
barba significat, nō ē abiciēda: nec coma ꝟtutuꝫ
Nu.6.a. aliqualr derōdēda. Uñ dr̄. Nouacula nō ascēdet
sup caput eiꝰ. Rotūditas aūt q̄ figura ē valde mo
bilis, instabilitatē mētis denotat: qz tūc coma iro
tūdū tōdet: cū icōstātia mētis virtutū cesariē i no
bis trūcat. Itē figuras ⁊ stigmata n̄ debemꝰ nobꝫ
facere .i. malas malorū imagines ⁊ exēpla non de
bemus accipere: nec i nr̄is cordibꝰ aut moribus
E ꝑ imitationē imprimere, nec ꝑ retinentiā aut ꝯpla
Aliter. cētiā adorare. ¶ Uel dic ēt, ꝙ ista dicunt ꝯ q̄sdam
diuites: q̄ scꝫ q̄sdā familiares cōstituūt, sicq ꝙ eos
quasi ꝓ diis colūt, inq̄ꝫtū eis plus debito credūt.
Tales ergo figuras statuere vt stigmata nobis ꝓ
hibent: ⁊ eoꝝ adoratiōes vetant. Itē carnem no
strā nō debemus sup mortuo .i. super peccato lu-
xurie vili et fetido incidere ⁊ diuidere: nec de san
guine delectatiōis carnalis aliq̄d sibi dare. Nec
filiā nostrā scꝫ animam diabolo ꝓstituere, nec sibi
eam per diuersa vitia maculandā offerre. Caro
enim ꝑ luxuriā non est incidenda, sed integra et
casta seruāda. Anima etiā nō dꝫ prostitui: nec ꝑ
pctm̄ diabolo subiugari: ne forte possimus de ea
Mat.15.c illud dicere. Filia mea male vexatur a demonio.
Eodē ca.d. ¶ Hic p̄cipit ꝙ aialia diuersi generis simul cōue-
nire vel cohabitare nō faciēt: ⁊ ꝙ vestimēta ex la-
na ⁊ lino nō texāt: ⁊ ꝙ agrū suum diuerso semine
non seminēt seu serant: qđ etiā precipit Deute.
Morali- xxii. ¶ In ꝟbis istis charissimi videtur tangi, ꝙ
tas. illi q̄ eiusdē conditionis sunt ⁊ status, sicut pau-
peres ⁊ diuites, sicut clerici vel laici: debēt simul
cohabitare, ⁊ societatē alter alterius frequētare
copulā ꝟo ⁊ societatē ꝑsonarū dissimiliū fugere:
⁊ istorū qui sunt diuerse conditiōis ⁊ statꝰ, ⁊ con
Eccl.13.a. sortia non amare. Uñ dicit sapiēs. Qz pondus su
F per se tollit q̄ altiori se communicat. Quid cōica-
bit cacabus ad ollā: qm̄ si se colliserint, confrin-
gent? Sequit, Omne aial diligit sibi simile. Istud Ibidem.c
potissime debet seruari in coniugiis: vbi pro cer-
to paritas conditionum summe debet attendi:
quia scilicet diuerse cōditiōis aialia nō debēt in-
uicē copulari: nec rusticꝰ nobili mulieri, nec rusti
ca cū nobili ꝯiugari. Facile ē em̄ ꝙ qñ ager .i. le-
ctꝰ tali diuerso semine serit, ꝙ alter ab altero fa- Ibidem.
ciliter ꝯtemnat. Uñ ibidem. Que cōicatio homini
scō ad canem: aut que pars bona diuiti ad paupe
rem? Et ad idē ꝑ oia potest applicari illud qđ di- Deu.2.b
citur. Nō arabis i boue ⁊ asino. ¶ Uel si vis appli Aliter
ca cōtra quosdam, qui ita fidē euāgelicā assume- Gal.2.c.
bāt, ꝙ cerimonias legis nullatenus relinquebāt: Act.15.a.
sed vtrumq seruare volebāt. Bos enim iugo sub
dita, significat legem: asinus ꝟo quē christus eq-
tauit, significat euangelicā disciplinā. Talis er- Aliter
go combinatio repellitur ⁊ duplex ritus a deo re
probatur. Allega vt infra. ¶ Uel dic ꝙ boni non
debent cum malis, fideles cū infidelibus ⁊ here- Ps.17.d
ticis, religiosi cum laicis communicare: ne eos cō Aliter.
tingat malos eorum mores discere vel habere.
Ps. Cum scō sctūs eris ⁊c. ¶ Uel dic ꝙ ager est
cor: qđ scꝫ diuerso semine seritur, quando diuer-
sis cōtrariis negociis occupatur: ⁊ quando deo
⁊ mundo vacare conatur, quod vtiq prohibituꝫ
est. Deus enim in corde nostro non vult habere G
participem, nec socium: sed in solidum possidere. Mat.6.c
Tanti emit vt solus possideret: qz scꝫ sicut dicit Eccl.11.h.
in euangelio. Nemo potest duobus dñis seruire Eccl.2.c.
⁊c. Ideo de tali cordis diuisione dicit. Fili mi, nō
in multis sint actus tui. Et alibi. Ue duplici cor-
de: ⁊ homini ingredienti terrā duabus viis. Igi-
tur in hoc reprobatur omnis duplicitas, ⁊ com-
mendatur vnitas ⁊ simplicitas: ꝙ quando scili-
cet agitur cor diuerso semine .i. duplici vel multi
plici intentione vel fictione: vna scilicet apparen- Aliter.
ti, ⁊ alia existenti seritur: tunc istud mandatū pre
teritur. ¶ Uel dic ꝙ vestis lana ⁊ lino contexta,
significat proditoriam ⁊ hypocritam falsitatem:
que scilicet lanam .i. simplicitatem ostendit exte-
rius: linum ꝟo subtile .i. maliciam, interius celat.
Tali ergo veste .i. talis hypocrisis duplicitate nō
debemus indui: sed potius vel corporaliter vno
vel alio debemus vestiri. Melius enim est vel ꝙ si
mus ex toto lanei, vel ex toto linei .i. ex toto bo-
ni, vel ex toto mali: q̄ꝫ ꝙ per hypocrisim boni exte
rius appareamus, ⁊ interius mali simus. Sicut
enim dicit Comestor. Simulata equitas non est Eodē ca.b
equitas, sed duplex iniquitas. Unde Chrysosto-
mus. Hypocrita appare quod es: aut esto quod
appares. ¶ Domino fuit maxima cura de pere-
grinis ⁊ aduenis fouendis, ⁊ non vituperandis,
aut non contristandis: ⁊ ideo precipit ꝙ scilicet H
segetes vsq ad solum non tonderentur: nec gra-
na racemorum decidentia colligerentur: sed pe-
regrinis ⁊ aduenis dimitterentur. Precipit etiā
ipsis non exprobari: sed sicut seipsos diligi et fo-
ueri. Quod scꝫ potissime precipitur filiis israel: qz Moralitas
aduene ⁊ peregrini in egypto fuerunt: ideo adue
narum miserias cognoscebant. Quare concludit
ꝙ eis amplius misereri debebant. ¶ Ista omnia
possunt exemplariter adduci ad inducenduꝫ ad
pietatem ⁊ miserationem egenorum et paupe-
rum ⁊ peregrinorum: qz scilicet istis est cōpatien-
dum ⁊ de suis bonis tribuenduꝫ. Et maxime hoc
debēt facere illi q̄ quādoq pauperes fuerūt, ⁊ q̄ Exo.23.a.
alienas terras perambulauerunt, ⁊ qui per ex-
perientiam quid patiant alii didicerunt. Unde di
citur. Peregrinis molestus non eris: scitis enim
aduenarum animas: nam ⁊ ipsi peregrini fuistis
in terra egypti. Quod tamen est contra multos
diuites: qui q̄uis aliquando fuerunt egeni et
pauperes: ipsi tamen peregrinis et pauperibus

pre ceteris sunt crudeles. ¶ Uel dic ꝙ pauper
vel peregrinus est peccator: cui pro certo nõ est
detrahendum sꝫ potius miserendum. Quãdoqꝫ
em̃ a deo peregrini .i. peccatores fuimus: et iõ
humanã fragilitatem cogitare debemus: iuxta
illud Eccli. Disce ex teipso que sunt proximi tui.
Quod tamen est contra multos: qꝛ scꝫ illi q̃ pre
alijs fuerunt pauperes et peregrini, et q̃ aliun-
de fuerũt nati: vel q̃ etiã per pctm̃ a deo fuerunt
alieni: solent qñ ad prosperitatẽ veniũt, esse ad-
eod.ca.e. uenis et alienis magis duri, ꝛ contra delinquen-
A tes plus seueri. ¶ Itẽ ibidem precipit sic. Quã-
do ingressi fueritis terram: ꝛ plãtaueritis ligna
pomifera: et auferetis preputia eorũ: poma que
germinãt immũda erũt vobis, nec comedetis ex
eis. Nam vt dicit scholastica historia: oẽs fru-
ctus qui in primis tribus annis crescebant, im-
mũdi erãt: fructus vero quarti anni et deinde,
dño cõsecrabãt: ꝛ fruct⁹ quinti anni ꝛ deinceps,
Moralitas ad vsus proprios reseruabant. ¶ Arbor pomife
ra significat hoiem qui poma bonoꝝ operũ, ger
mina boni propositi ꝓducit. Unde ꝓprie pomo-
rum ꝑputia seu germina, sunt bonorũ operũ ini-
tia: q̃ ꝓ certo immunda censere debemus: eo ꝙ
bona nostra initia nõ statim apꝓbare, sed poti⁹
vilipendere, ꝛ imũda eẽ ꝛ inutilia reputare tene-
mur. In vsus em̃ nostros non debent statim ce-
dere: nec ea quousqꝫ solida ꝛ viuificata sint debe
mus nostris vsib⁹ .i. nostris approbationib⁹ ap
plicare. primo enim sunt oia quasi immũda vili-
pendẽda ꝛ tandẽ si perseuerãt in bono, domino
consecrãda ꝛ attribuẽda: ꝛ finaliter in nostros
vsus .i. in nostrã cõplacentiam sunt vertẽda. Ni
mia enim participatio reprobatur: et ideo mul-
ti sunt doctores iuuenes ꝛ etiã nouitiũ, qui in bo
nis suis primordijs pl⁹ debito gloriãtur: ita ꝙ
Pro.20.c. se magis scire vel plus bonorũ operũ posse face
re q̃ ceteri arbitrantur: cõtra illud. Substantia
B ad quã festinatur in principio, in fine bñdictione
carebit. ¶ Uel aduerte, ꝙ vt dicit scholastica hi-
storia sup Leui.xx.c. Qd̃ poma triũ annorũ vi
nee immũda erãt: pro eo ꝙ natura min⁹ precepta
videbatur fecisse. Qd̃ ad hoc põt applicari: ꝙ po
ma .i. opera neophytorũ ꝛ nouitiorũ, q̃ scꝫ indi-
screte cõtra naturã qñqꝫ aggrediũtur opa val
de ardua ꝛ mirãda: debent immũda reputari .i.
nõ approbari: qꝛ scꝫ faciliter solent perire, ꝛ apd̃
deũ ꝛ homines reprobari. Sicut em̃ dicit philo
sophus. Acres in principio frãgũtur in fine. Ta
les em̃ vinee .i. tales ꝑsone q̃ in iuuẽtute alios vi-
Luc.14.f. tuperare in bonis operib⁹ videntꝛ, añ tp̃s desi-
stere ꝛ deficere cõprobantꝛ. Uñ dr̃. Iste homo ce-
pit edificare ꝛ nõ potuit cõsummare. Et iõ talia
poma .i. talia iuuenũ opa nõ sunt multum apꝓ-
banda: sed poti⁹ immũda ꝛ inutilia reputanda.

¶ Capitulũ .xx. Textus.

Locutusqꝫ est domin⁹ ad Moysen: di-
cens. Hec loqueris. Moralitatum Ca
pitulum xij.

Precepit dñs su
pra .xviij. cap. multa genera
immũdiciarũ vitari: hic autem
sub pena mortis illa mãdat to
C taliter declinari. Dr̃ em̃ ꝙ hõ nõ
debebat turpitudinẽ pr̃is aut
m̃ris, aut sororis reuelare: alꝛ
merebatꝛ mortẽ incurrere ꝛ subire. Qui ẽt patri ꝛ
m̃ri maledicebat, sine remedio mori debebat. Alie
ẽt carnis imũdicie multiplices reꝓbãtur: ꝛ sub
mortꝭ ꝑiculo ꝓhibentꝛ. Uide si vis textũ, ꝛ allega

cõtra diuersas spẽs luxurie. ¶ Uel dic ꝙ pr̃ nr̃ est
prelat⁹: m̃r nr̃a est eccl̃ia vel religio: fratres ꝛ so- Aliter
rores sunt socij ꝛ vicini, ꝛ maxime illi q̃ nobis ꝑ
ꝓfessionẽ ꝛ familiaritatẽ sunt iũcti: qꝛ reuera ta
liũ turpitudines .i. vilitates, infamias vel enor-
mia crimina, si qua scim⁹, nullo mõ detrahẽdo re
uelare debem⁹: qꝛ ꝓ certo q̃ tales amicos suos,
quib⁹ .s. fidelitatẽ ꝛ reuerẽtiã exhibere tenetꝛ, dif
famauerit: ꝛ eoꝝ turpitudines reuelauerit: mor
tis eterne periculũ substinere debebit. Nõ debet
em̃ eccl̃iasticus pr̃i vel matri maledicere seu de-
trahere: vel turpitudines ꝑlati vꝉ eccl̃ie sue, nec Pro.
nõ sociorꝫ suoꝝ apud laicos reuelare: nec secreta
suoꝝ alijs publicare: sꝫ poti⁹ ip̃e tenetꝛ abscõdere
ꝛ celare: nisi forte propter correctionẽ sit necesse
ip̃a maiorib⁹ declarare. Uñ dr̃. Que viderit ocu
li tui, ne cito proferas in iurgio: ne emẽdare nõ
possis cũ dehonestaueris amicum tuum.

¶ Capl̃m .xxj. Textus.

Dixit quoqꝫ dominus ad moysen. Lo-
quere ad sacerdotes. Moralitatum Ca
pitulum xiij.

Sacerdos nullũ
mortuũ debebat tãgere: nec in
alicui⁹ mortui exequijs interes
se: etiã dato ꝙ esset ꝑnceps po-
puli sui: nisi dũtaxat cẽt pr̃ vel
m̃r, fili⁹ vel soror virgo. Et ad
huc ista ꝯfessio nõ fiebat nisi sa
cerdotib⁹ minorib⁹: qꝛ sꝫ sacerdos q̃ mũd⁹ erat,
ad nullũ prorsus mortuũ accedere, nec alicuius
exequijs interesse debebat. ¶ Ex isto possum⁹ ostẽ
dere quãto q̃s est maior in eccl̃ia, tãto magis dꝫ
mortuos .i. excõmunicatos ꝛ pctõres ꝛ tactũ et
societatẽ maloꝝ summopere declinare. Soli em̃ cõ
iũcti ꝛ ꝯsanguinei excipiũtꝛ: qꝛ .s. viri christiani et
eccl̃iastici tãgere ꝛ sociare se ꝑmittũtꝛ. Sũmi vo
sacerdotes .i. illi q̃ spãlr deo sunt iũcti ꝛ cõsecra
ti: sicut sunt viri religiosi ꝛ ꝑfecti: ex totoqꝫ debẽt
mortuos .i. pctõres ipfectos excõmunicatos et
hereticos abhorrere: ꝛ dato ꝙ sint ꝑncipes seu
magni ꝛ ꝯsanguinei, ẽt ꝛ ꝓpinqui: ipsos tñ debẽt
fugere ꝛ vitare: q̃uis talis tact⁹ ꝛ accessus sit ge
neraliter ꝓhibit⁹, iste tñ strict⁹ ẽ sacerdotib⁹ .i.
ecclesiasticis ꝛ maxime summis sacerdotib⁹ .i. ꝑ- Moralitas.
latꝭ ꝛ maiorib⁹ interdict⁹: ꝛ maxime hoc dꝫ eẽ in re-
ligiosis ꝛ ꝑfectis: q̃ de parẽtib⁹ carnalib⁹ maxi-
me qñ sunt pctõres, nõ debent curare, sꝫ eos pro E
xp̃o dimittere ꝛ horrere. Qd̃ tñ est ꝯtra multos
ecclesiasticos: q̃ pl⁹ debito diligũt cõsanguineos Luc.14.
ꝛ amicos, quibus dicitur in euangelio. Qui nõ
odit patrẽ et matrẽ aut vxorẽ ꝛ filiuꝫ ꝛ fratres,
nõ põt meus esse discipulus. Multi sunt ecclesia- Le.
stici qui dum malos parẽtes plus debito dilexe-
runt proprias aias ꝑdiderunt. Iõ dicitꝛ supra. Eod.
Nolite cõtaminare aias vestras: nec tãgatis q̃c-
q̃ eoꝝ ne imũdi sitis. Sacerdos nõ dꝫ accipe ali-
quã vilẽ aut ihonestã vxorẽ, scortũ, captiuã, an-
cillã, viduã, repudiatã sordidã aut meretricẽ: sꝫ
poti⁹ ṽginẽ aut puellã de ꝑplo suo natã. Qꝛ bre
uiter sicut hic dr̃, sacerdos seu põtifex sup cuius
caput fusum est oleũ vnctiõis: ꝛ cuius man⁹ in
sacerdotiũ consecrate sunt, vestitusqꝫ est sanctis
vestibus: non debet caput suum discoperire, ve-
stimenta sua scindere, ad mortuũ intrare, ꝛ inho-
nestã mulierem in vxorem accipere: sed puelle Moralitas
virgini de suo populo nubere, ꝛ stirpeꝫ gñis sui
vulgo gẽtꝭ sue nõ miscere. ¶ Sacerdos dux et
põtifex seu põtẽ faciẽs, ẽ ꝑlat⁹: q̃ scꝫ põtẽ ad celũ
dꝫ facere, ꝛ illuc subietos verbo et exemplo du-

cere.Uxor ipsius est vita sua et morū suorū cō=
pago:qr scz iste tūc alicui vxori spiritualiter nu=
bit/qñ aliquā vitā spiritualē accipit et custodit.
Igitur sicut hic dicit/sacerdos.i.p̄lati et clerici/
summe debēt dici sancti:et sanctitatē morib⁹ ob=
seruare.Sancti inquit erūt deo suo:ꝛ nō pollueñt
Gal.6.b nomē eius.Et isti quorū manus sacrate et ordi=
F nate sunt ad actus bone operationis:ꝛ q̄ indu=
ti sunt vestib⁹ sacris honeste cōuersationis/non
debēt barbā radere.i.dimittere animi virilitatē
caput mētis discooperire id est deponere humi=
litatē:humilitas em̄ velat et celat interioris mē=
tis virtutes:vestimēta scindere id est destruere
exteriorem humilitatē:ad mortuū intrare.i.fre=
quētare malā societatē:vilē vxorē ducere.i.p̄fi=
teri vel sectari alicuius male vite sordidā vilita=
tem.Uxor em̄ sua.i.vita et cōditio status sui de
bet esse virgo.i.pura ꝛ mūda:que scilicet non sit
vidua:nec a populo repudiata aut contēpta nec
captiuitati timoris seruilis subiecta/nec seruitu
ti p̄cti aliqualr̄ subiugata:nec in se vilis mere=
trix aut immunda:nec etiā de alieno populo.i.p
nimiam singularitatē subditis totaliter aliena.
Sic em̄ erit sanctus ꝛ mūdus ꝛ sancto dei serui=
tio sancte ꝛ mūde deditus et sacratus:supra eo=
dem ca.Incēsum ꝛ panes offerūt deo suo:ꝛ ideo
Allegoria. sancti erunt.¶Uel dic allegorice ꝙ sacerdos est
christ⁹ spiritu leticie vnct⁹:ꝛ sacra veste.i.purissi
ma humanitate vestit⁹:qr reuera iste p̄ speciali
cōiuge,cū.s.in beata incarnatione se nobis con=
iunxit:nō accepit mulierē vilē/sed nobilē:nō cor=
ruptam sed virginē:nō hominū ancillā sed virtu
tum dñam:non sub peccato captiuā/sed liberam
elegit virginē gloriosam:cui se carnē assumendo
Aliter. cōiunxit:que etiā de populo dei israelitico nata
G fuit.¶Uel dic ꝙ vxor:id est mens vbi est aīa quā
scz si sit virgo.i.pura/sctā et immaculata de po=
pulo suo.i.de christianitate ꝛ fidei nata libenter
christus ducit.Si vero vilis/reproba ꝛ immūda
Aliter. fuerit:ipsam nō accipit/sed contēnit.¶Uel dic ꝙ
vxor hoīs est dignitas/officiū vel bñficiū seu dio
cesis vel ecclesia cui cōiungit:et ad qd̄ in hoc se=
culo p̄mouet/siue sit ecclesiastica siue secularis.
Sed vere de talibus vxorib⁹ alique sunt virgi=
nes.i.ille ecclesiastice dignitates q̄ mūde et san=
cte/nullo simonie vitio vel nullo carnali affectu
vitiate vel corrupte.Alique v̄o sunt corrupte et
immūde/ꝛ semp̄ aliquo adiūcto vitio maculāte
fedate:sicut sunt multe seculi dignitates quarū
quedā sunt q̄ magis dāti annuatim vēdunt:alie
sunt sicut repudiate:qr scz ab oīb⁹ bonis hoīb⁹
refutant.Alie sunt sicut captiue vel ancille/q̄ scz
seruituti ꝛ periculo submittunt sicut sunt gñalr̄
ille q̄ hodie sunt altiores ꝛc. Igit istud est verū
ꝙ sacerdos id est quicūq₃ ecclesiastic⁹ bon⁹ nūq₃
talia publica officia debet petere: nec tales im=
mūdas/ꝛ immūdicie viciorū permixtas vxores
seu seculi dignitates diligere:sz magis v̄ginē:id
est aliquā mūdā/q̄uis pauperē ꝛ sterilē preelige
re:cū qua possit mūde ꝛ sctē viuere ꝛ manere.Uñ
1.Esdr.9.a dr̄.Discedite a gentib⁹ terre/ꝛ ab vxorib⁹ alieni=
genis:q̄uis aliqui hodie nō curāt qualē vxorē
habeāt:quinimo vxorē fornicariā.i.bñficiū vel
dignitatē fornicarie.i.simoniace acquisitū liben=
H ter accipiūt ꝛ p̄curāt.Ideo dr̄.Accipe tibi vxo=
Osee.1.a rem fornicariā/ꝛ fac filios fornicationum.¶Uel
Aliter. dic ꝙ nō lz alicui ecclesiastico vxorē alteri⁹ gen=
tis.i.dignitatē vel bñficiū alteri⁹ secte vel eccl̄ie
assumere vel cōcupiscere:sz de populo suo id est
de papa/ecclesia vel patriarcha debet sibi vxorē
seu bñficiū p̄curare.Uñ dr̄.Nō lz tibi habere vxo
Aliter. rem fratris tui.¶Uel dic ꝙ vxor aliena est digni
tas seu officiū seculare quā scz nō lz sacerdoti et
ecclesiastico accipere vel ad eā anhelare:sz solū

de populo suo.i.de statu ecclesiastico vxorē ꝛ p̄=
motionē acq̄rere vel habere/cōtra multos cleri=
cos in curijs regū ꝛ secularibus officijs cōstitu=
tos:de quib⁹ dicit.Inueni iudeos ducētes vxo= Neem.13.c
res moabitidas.¶Uel dic ꝙ sacerdos non debet Aliter.
cōmiscere stirpē generis sui cū vulgo gētis sue:
qr illos q̄ sunt de genere suo/patria ꝛ cōsangui=
nitate nō debet sibi cōmiscere:nec in bñficijs nec
officijs ecclesie sue ponere:nec etiā eos ibidē cū
diuitib⁹ ꝛ nobilib⁹ patrie coniugare:sicut quoti=
die faciunt multi p̄lati/qui aliūde veniētes totā
ecclesiā suā et patriā sibi cōmissam de suis cōsan
guineis implent et stirpē generis suis cū vulgo
populi sui miscēt.¶Itē dicitur ꝙ omnis qui ha= Eodē ca.c
buerit maculā,non offeret panes deo nec acce=
det ad ministeriū eius:oportet ergo vt nō sit ce=
cus/nec claudus:si habuerit paruum nasum vel
grandē/vel fractā manū:si gibbosus/si lippus/si A
albuginē habēs in oculo/si iugē scabiē/si impeti
ginē habēs in corpore/si herniosus.Iste em̄ sunt
tredecim macule seu impedimēta/q̄ hominē red
debāt indignū/ne ministraret in tabernaculo in
sacerdotali officio.Uerūtamen dato ꝙ panes et
incēsū nō permitterent offerre:de panibus tñ q̄
offerebant in sacrificio/ permittebat comedere.
¶Sic vero moderni sacerdotes ꝛ clerici a dei mi Moralitas.
nisterio reddunt indigni qñ spiritualib⁹ macu=
lis sunt fedati.Teste enim beato Gregorio.Iste
tredecim macule peccata designāt.Unde dico ꝙ
cecus est qui nō videt p̄ contēplationē.Claudus
qui vacillādo incedit/ꝛ p̄ maliciā ꝛ cauillationē.
Parui nasi/qui nasum.i.sensum diminutū habet
per sublatā debitā discretionē.Nasi grādis/qui
sensu nimis abundat p̄ p̄sumptionē.Apostolus. Rom.12.a
Non plus sapere/ q̄̄ oportet sapere.Torti nasi/
tortū ꝛ p̄uersum sensum p̄ heresim vel p̄ inuidie
machinationē.Contra quos ap̄ls.Nolite pueri 1.Cor.14.d
effici sensibus/quātum ad nasum paruū:sed ma
licia paruuli estote quātum ad nasum tortum ꝛ
magnū.Pedē etiā habet fractū ille/qui debilē et
fragilē habet actionē.Fractā vero manū ille/q̄
habet remissam et laxā operationē:vt sic de tali
sic excecato/claudo et pedibus manibusq₃ con= B
tracto/dicat illud Mat.Ligatis manibus ꝛ pe= Mat.22.b
dibus mittite eum in tenebras exteriores ꝛc.Itē
lippus est ille/qui licet clarus p̄ scientiā ꝛ discre
tionem videat:oculis tamen cordis sui infectus
est per immūdiciā simonie.Albuginem habet ille
qui mente ꝛ effectu habet candorē mūdane glo=
rie.Gibbus est qui patitur tumorē seu gibbū su=
perbie.Scabiem habēt iugem qui quotidie ver=
satur in immundicia luxurie.Impetiginē patit/
qui pruritū et ardorē sustinet libidinis.Hernio=
sus seu ponderosus est cuius humor interioris
affectionis ad genitalia fluit per desideria car=
nis.Breuiter ergo istud est verum/ꝙ illi qui ta=
lia patiuntur/indigni sacerdotio vel quocunq₃
ecclesie ministerio reputant.Homines enim be=
ne formatos.i.bonis moribus instructos/nō vi=
tiosos vel maculatos vult dñs ministros suos
habere:malos vero informes/vitiosos ꝛ incōpo
sitos solet abijcere ꝛ horrere.Unde dicitur.Ani= Leuit.22.c
mal cicatricem/papulas scabiem aut impetiginē
habēs/nō offeretis dño.Sed quia pro certo vnū
restat de isto capitulo:quia scilicet dato ꝙ isti p̄=
pter indignitatem non debebant panes offerre
vel in ecclesia ministrare:tamen oblatos non ve=
tabantur cū alijs manducare.Sic vero prohdo
lor hodie multos videmus ecclesiasticos:qui sci
licet licet ecclesie non deseruiant aut ministrent:
nec digni sunt etiā ministrare propter vitiorum
maculas quas cōtinent:panes tamē oblatos ab
alijs.i.fructus ecclesiasticorū beneficioꝝ ꝛ alio=
rum labores percipere nūq₃ cessant:quinimo ta=

tes habent abundãtius ecclesie panes: ꝗ̃ illi qui
quotidie in dei seruitio ⁊ ministerio offerũt et la-
Joan.4.c boꝛant: ita ꝙ istis pꝛopꝛie potest dici illud Joã.
Alij laboꝛauerũt/ ⁊ vos in laboꝛes eoꝛum intro-
liter. istis. ¶Uel dic ꝙ ille q̃ habet maculã/ est ille qui
non debet ad altare accedere/ nec in sacerdotis
officio ministrare quousq; a tali macula volue-
rit per penitentiã se purgare: quãdocũq; se sen-
tit talibus vitijs seu vinculis irretitum. Et ma-
xime qñdo se scit per excõicationẽ maculatum:
tunc debet se ab introitu tabernaculi.i. ecclesie
retrahere: et in officijs ecclesiasticis nullatenus
ministrare: sed indignum se reputans/ debet et a
Leuit.2.c ministerio cessare. Unde Leuit. Omnis homo in
quo fuerit immũdicia ⁊ accesserit ad ea q̃ sancti-
ficata sunt peribit de populo suo.

¶Capl'm xxi. Textus.

Locutus quoq; est dñs ad Moysen/ di-
cens. Loquere. Moꝛalitatũ Ca. xiiij.

TRia genera pa-
num erãt apud iudeos scilicet
panes pꝛopositionis/ quos so-
li sacerdotes qui erãt sine ma-
cula/ debebant comedere: et in
loco sancto. Itẽ panes alij qui
D a populo offerebant, ⁊ in sacer-
dotũ partẽ cedebant: et de istis licebat comede-
re oĩbus qui erãt leuitici generis: etiã si haberẽt
maculã: etiam si esset filia sacerdotis/ vidua vel
repudiata/ ⁊ ad domũ pr̃is reuersa. Uerũtamẽ
quicunq; alienigena/ vel etiam filia sacerdotis/
dum tamẽ adhuc alicui alieno de populo actua-
liter esset nupta: de talib⁹ panib⁹ non comede-
debant: sed tanq̃ extranei a talib⁹ abstinebant.
Itẽ panes laici: qui populo et clero cões erant:
Moꝛalitas. ⁊ de quib⁹ oẽs gñaliter comedebãt. ¶Per istas
tres spẽs panũ possunt intelligi tria genera bo-
noꝛũ ecclesiasticoꝛũ, scꝫ panes ꝓpositiõis: ⁊ ista
sunt bona spiritualia scꝫ virtutes ⁊ merita: que
scꝫ null⁹ põt accipe maculosus. Itẽ panes obla-
ti a pp'lo: et isti significant beneficia ecclesiastica:
q̃ etiã multi maculati ⁊ repudiati: id est multe
male ꝑsone pñt habere: dum tamẽ de gñe sacer-
dotali id est ꝑsonas ecclesiasticas cõtigerit eas
esse. Itẽ panes laici.i. bona mũdana ⁊ secularia:
q̃.s. bonis ⁊ malis/ mũdis ⁊ imundis/ laicis ⁊ cle-
ricis cões esse cẽsent: inq̃tũ ab ipsoꝛũ ꝑceptione
Aliter. nulla generatio hoĩm impedit. ¶Uel dic ꝙ dato
ꝙ hoĩes habeãt maculas diuersoꝛũ vitioꝛũ: et
noĩa eos si vis sicut i capitulo ꝑcedẽti. Dato ẽt
ꝙ sint ꝑsone repudiate a deo ⁊ a mũdo nihilo-
minus si sint de genere sacerdotali id est si sint
de cõsanguinitate pꝛelatoꝛum: nõ solẽt a come-
stiõe panũ.i. a ꝑceptione ecclesiasticarũ ꝓbẽda-
E rũ ⁊ bñficioꝛũ repelli/ sed inde amplius satiari.
ps.72.b Ps. Ecce ipsi peccatoꝛes ⁊ abũdãtes in seculo/
obtinuerũt diuitias. Dato ẽt ꝙ ipsi nõ ministrẽt
nec seruiãt: bona tñ ecclesie ꝑticipãt ⁊ abũdãt.
Aliter. ¶Uel tres panũ species sunt tres ꝟtutes theo-
Lu.11.a logice. Unde dicit. Amice accõmoda mihi tres
panes. Sed de istis vnus est solis sacerdotibus
mundis ⁊ immaculatis.i. solis bonis personis
concessus/ scꝫ charitas. Nullus eñ maculosus
aut peccatoꝛ põt comedere panem istum. Cha-
ritas eñ est fons viuus/ quẽ nõ participat alie-
nus/ scꝫ Augusti. Alius eñ est non solũ mundis
⁊ immaculatis/ imo etiã maculosis cõcessus ⁊ re-
pudiatus: dum tamẽ sint de genere sacerdotuꝫ/
id est chꝛistianoꝛũ: ⁊ iste est fides que scilꝫ bonis
⁊ malis concedit: dum tamen sacerdotum, id est
chꝛistianoꝛũ pꝛopago habeat. Ali' aũt oĩbus est
cõmunis generaliter/ scꝫ spes: q: fideles et infi-
deles, boni ⁊ mali aliq̃d sperãt post hãc vitã. Et
sic dico ꝙ charitas sola est bonoꝛũ chꝛistianoꝛũ:
bonoꝛũ tamẽ ⁊ maculatoꝛũ est fides: spes vero
est cõmunis vniuersoꝛũ. ¶Uel dic ꝙ pꝛimi sunt Aliter.
virtutes: secũdi sunt scientie: tertij sunt tẽpoꝛa-
lia. ¶Uel dic ꝙ tres panes sunt tres sciẽtie: mo- Aliter.
ralis, physica ⁊ ciuilis ⁊c. Dilata si vis. ¶Hic po- Eodẽ ca.
nit ꝙ filia sacerdotis nupta alteri populo, nõ po-
terat comedere de sanctificatis: q̃diu extra ma-
neret, ⁊ q̃diu cũ viro esset. Uerũ qñ repudiabat,
vel viro moꝛtuo viduabat, ⁊ ad domũ patris re- F
uertebat: tũc poterat sanctificatos comedere vt
pꝛius. ¶Sacerdos est chꝛistus: filia eius est aĩa: Moꝛalit.
de qua scꝫ supꝛa pꝛecipit: ꝙ sacerdotis filia si de- Leuit.
pꝛehensa fuerit in stupꝛo, flãmis exuret: q: scilꝫ
anima filia dei, si in moꝛte depꝛehẽsa fuerit in pec-
cato, flãmis perpetuis incendetur. Unde Ezechi. Ezech.
Anima que peccauerit, ipsa moꝛietur. Ista ergo
qñq; exit domũ patris sui, id est chꝛisti ecclesiam
vel statũ gratie: ⁊ nubit per desideriũ ⁊ amoꝛem
vni extraneo de populo: scilꝫ diabolo, carni vel
mũdo. Unde dicit. Adhesit vni de ciuibus regio- Luc.16.
nis. Et tunc pꝛo certo q̃diu stat tale nefandum
matrimoniũ: ista filia nõ debet comedere de san-
ctificatis: ⁊ nõ est digna percipere bona spiritua-
lia et eterna, sed terrena. Si vero tale matrimo-
niũ cessauerit: ⁊ ista vidua facta: vel a mundo et
eius ꝓsperitate per infoꝛtuniũ ita repudiata, ꝙ
ad domũ patris.i. ad gratiã vel ecclesiã per pe-
nitentiam redierit: tunc vero cibis celestibus et
spiritualibus digna erit. Filia ergo id est anima
vel fragilis ꝑsona: que a viro suo.i. a mundo re-
pudiatur: vtpote quia per paupertatẽ ⁊ infoꝛtu-
nia omni pꝛosperitate priuat: debet in domũ pa-
tris sui, id est ad cõscientiã seu ecclesiã reuenire,
foꝛtune instabilitatem cognoscere: ⁊ se patri suo
chꝛisto reddere: vt sic de sanctificatis.i. de bonis
spiritualib⁹ et eternis partẽ suã possit percipere G
⁊ habere: exemplo filij pꝛodigi qui a mũdo repu-
diatus: ⁊ infoꝛtunijs cõpulsus ad patrẽ redijt: ⁊
vitulũ saginatũ comedit. Et ideo tali filie loquit Cañ.6.d
dñs in Cañ. Reuertere reuertere sunamitis: re-
uertere reuertere, vt intueamur te. Et illud Hie- Hiere.
rem. Reuertere ad ciuitates tuas. Usq; quo deli- Eodẽ ca.
cijs dissolueris filia vaga? ¶Alienigena nunq̃
debebat comedere de sanctificatis, dato ꝙ in do-
mo sacerdotis maneret: nisi foꝛte esset seruus ꝑ-
petuus sacerdotis ⁊ eius vernaculus emptitius
cõstitutus. De manu etiã alienigene nõ debebãt
sacrificia accipi et dño immolari: sed omnia coꝛ-
rupta ⁊ inutilia iudicari. De manu inquã alieni-
gene nõ offeretis panes domino deo vestro: nec
quicq̃ aliud qđ dare voluerit: q: coꝛrupta ⁊ ma- Moꝛalitas.
culata sunt omnia. ¶Alienigena significat here-
ticum vel quemlibet infidelẽ a fide chꝛisti alienũ.
Iste ergo nõ debet de sanctificatis comedere: id
est ecclesiastica sacramenta percipere: nisi foꝛte
vernaculũ seu perpetuũ ecclesie seruũ ipsum per
fidẽ ⁊ penitẽtiã cõtigerit factũ esse. Panes etiã.i.
doctrine ⁊ alia opera et exempla que tales offe-
runt, a fidelibus nõ debent recipi neq; credi: sed
magis omnia debent heretica et coꝛrupta repu-
tari. Et simplices etiam summe debẽt cauere ab
illis que ab hereticis et infidelibus pꝛedicant et H
offerunt: ne foꝛte per erroꝛẽ aliquẽ coꝛrumpant. Leuit.
Unde Leuit. Non tãgatis quicq̃ coꝛũ, ne immũ- Aliter.
di sitis. ¶Uel si vis, dic ꝙ panes alienigene sunt
sciẽtie seculares: que scꝫ a sacerdotibus non de-
bent recipi vel sectari: ⁊ maxime leges ⁊ medici-
na ⁊c. ¶Animalia que offerebant deo: debebant Leuit.
esse integra, sana, ⁊ nulla macula vitiata: al's a sa-
cerdote debebant repudiari, ⁊ nunq̃ dño immo-
lari: vnde hic dicitur, ꝙ omnis macula nõ erit in

eo:si cecum/si fractū/si cicatricē habens/si papu-
las/scabiem vel impetiginē:nō offeretis eum/sed
repudiabitur. Etiā animal qđ testiculos tonsos,
fractos/sectos ⁊ albatos haberet:si lingua care
ret:et si aurē vel caudā eidē aliquis amputasset.
Moralitas. ¶Sic vero illi qui offerunt dño:⁊ eidē in ipsius
seruitio,scilicet in statu ecclesiastico ꝓsententur:
mūdi/sancti et immaculati esse iubent. Igit non
debēt esse ceci per ignorantiā,non fracti per in-
constantiā,nō cicatricē malorū exemplorū ⁊ ma
lorum morū habētes per insolētiā:nō papulas,
scabiē seu impetiginē id est pruritū ⁊ immūdiciā
carnis sentiētes per luxuriā:et nō scissis vestibꝰ
seu testiculis ꝑ virilitatis amissionē,seu per mē-
tis effeminationē:nō perdita lingua ꝑ bone locu
tionis laudē et cōfessionis perditionē:nō trunca
ta cauda,per finalis ꝑseuerantie depositionē:qꝛ
pro certo viri ecclesiastici debētꝰ ꝑ discretionē cla
B re videre:debēt per constantiā et fortitudinē in-
tegre manere:debēt sine cicatrice,id est sine ma-
le consuetudinis vulnere,vel sine inuidie vlcere
mentē habere:debent in sue cōuersationis pelle,
scabie,id est vitijs maioribus:et impetigine seu
papulis.i.vitijs minoribus semper carere:testi-
culos.i.virtutē bonorū generatiuā. Aurē,id est
promptitudinē auditiuā et obedientiā. Caudā,
id est virtutē perseueratiuā et completiuā. Lin-
guam,id est predicatiuā vel diuine laudis et cō-
fessionis depromptiuā,debent iugiter cōtinere.
Si vero omnibus istis vel aliquibus istorū ca-
ruerint:nō sunt digni corā dño cōparere:nec in
ecclesia triumphante locū debēt aliqualiter ob-
Mat.22.a tinere. Unde dicit. Qui vocati fuerant,nō erant
Luc.14.c digni. De illis enim qui testiculos id est genera-
tionē bonorū operū vel etiā generationē fidelium
que per predicationē efficitur:que scilꝫ a duobꝰ
testiculis predicatorū procedit,scilicet a vita et
Deut.23.e doctrina:potest dici illud Deute. Non intrabit
eunuchus amputatis testiculis, absciso vere-
Mal.1.c tro in ecclesiā dei. De alijs vero dicitur. Si offer
tis dño claudum ⁊ languidū/nonne malū est:qꝛ
breuiter illi qui dño offerunt/sine peccati macu
Apo.14.a la esse tenent. Apo. Sine macula sunt ante thro-
Deut.17.a num dei. Unde Deutero. Non immolabis dño
bouem ⁊ ouem in quo est macula/aut quiopiam
Aliter. vitij. ¶Uel si vis/allega hec omnia cōtra secula-
B res:qui filios cecos/claudos et male morigera-
tos ⁊ formatos offerūt deo/faciēdo eos religio-
sos et clericos:bene autem formatos retinēt sibi
vt seruiant mundo:⁊ vt eos faciant cupidos et
Mala.1.b mundanos. Contra quos dicitur. Maledictus
dolosus qui habet in grege suo masculū:⁊ votū
Eodē ca.c faciens immolat debilem dño. ¶Aduerte hic/ꝙ
quādo quis offerebat sacrificiū ex voto:oblatū
debebat esse sine quacūqꝫ macula:sicut premitti-
tur in capitulo ꝓcedēti. Quādo vero quis offe-
rebat volūtarie scilicet oblationē pacificorū/vel
huiusmodi:tūc potuit offerre animal:dato ꝙ ha
beret aliquā de maculis supradictis scꝫ:⁊ maxi-
me aurē vel caudā amputatā. ¶Unde ibidē di-
citur sic. Ouem ⁊ bouē aure ⁊ cauda amputatis/
volūtarie offerre quis potest. ¶Sic cum in mū-
Moralitas. do sunt duo genera personarū que deo offerū-
tur scilicet boni ecclesiastici qui tenent ex voto/
vel tacito vel expresso:⁊ boni laici qui videntur
tantū volūtarie teneri:istud est verū:qꝛ illa ani-
malia id est iste persone que pro voto soluēdo et
cōplendo dño immolant:⁊ in eius seruitiū depu
tant:sicut sunt religiosi ⁊ clerici:debent esse per-
fectiores/et ab omni macula criminū mūdiores:
ꝙ illi qui voluntarie offeruntur,id est ꝙ secula-
res:qui supererogationis opera volūtarie exe-
quuntur. In istis enī multe macule et multi de-
fectus solent sustineri:que in religiosis et cleri-
cis esset necessariū reprobari. Et multa sunt vi- C
tia que apud deū religiosos ⁊ clericos indignos
facerēt que secularibus nō nocerent:qꝛ.s.illi te-
nentur esse perfecti ex voto ⁊ necessitate,isti au-
tem ex volūtate. Ideo clericis dicit. Nisi abūda Mat.5.c
uerit iustitia vestra plus ꝙ scribarū phariseorꝫ,
non intrabitis in regnū celorū. ¶Hic precipitur Eodē ca.d
ꝙ nullum animal sibi offerri debeat,quousqꝫ se-
ptem dierū in etate transeat spaciū ⁊c. Hic preci
pit dñs,ꝙ siue ille bos sit,siue illa ouis:nō immo
labitur vna cum fetibus suis. ¶Istud exponunt Moralitas.
aliqui sic:ꝙ mater est misericordia:fetus eius
sunt bona opera. Ista ergo mater ⁊ fetus sui nō
debent dño offerri:inquātum scꝫ statim ꝙ a pe-
nitentia incipitur,opera eius nō debent perfecta
putari:nec digna gratia diuina adhuc putari:
nec ante conspectū dñi offerenda tanꝙ perfecta
et digna iudicare debemus. ¶Uel istud expone Allegoria.
allegorice de christo,qui est mater misericordie,
de quo dicit ꝙ propter nimiā charitatē qua dili
git vniuersos,passus est ⁊c. Unde dicitur. Sicut 2.Reg.1.d
mater vnicum amat filiū,ita te diligebam. Prin-
cipales ergo fetus istius matris fuerūt apostoli.
Igitur istud fuit verū,ꝙ eadē die nō fuerūt im-
molati nec passi mater ⁊ filij:id est christꝰ ⁊ disci-
puli. Quinimo iudeis quando ⁊ discipulos cum D
christo apprehendere voluerūt,ipse dixisse legi-
tur. Si me queritis,sinite hos abire. Joan.18.b

¶Capi. xxiij. Textus.

Locutusqꝫ est dominus ad Moysen dicens. Loquere filijs israel et dices ad eos. Moralitatum Capl'm xv.

Hec ponuntur fe-
stiuitates legis:sed ad presens
omitto:quia forte Numerorꝫ li-
bro aliquid de his dicā. Mulier Ca.xxiiij.a
israelitica cōceperat filiū de vi-
ro egyptio:qui iurgatus cū vi-
ro israelitico,blasphemauit no-
men dñi,maledicēs ei,ergo ipse inclusus a moy-
se,fuit a ꝑplo lapidatꝰ. ¶Allega exēplariter cō- Allegoria.
tra spurios:q̄ nati de egyptio i.de adulterio vel
fornicatione:fiūt qnqꝫ blasphemi ⁊ rixosi,⁊ male
morigerati ⁊ iniuriati:quapropter aliqñ incar- Moralitas.
cerant ⁊ etiā supplicijs exponunt. ¶Uel dic mo-
raliter,ꝙ mulier hebrea est voluntas vel anima,
vir egyptius est corpus:a quo tūc ꝓ certo blas-
phemū cōcipit,qñ malū animū seu malū deside-
riū ꝑ corpis suggestionē ⁊ tētationē incurrit:ma
lus enī affectꝰ deū videt maledicere,inquātum
semꝑ nitit suis iussionibus cōtraire:⁊ ideo talis
blasphemꝰ.i.talis malus affectꝰ dꝫ in carcere ti-
moris includi:et lapidibꝰ,id est diuine scripture
sentētijs ⁊ reprehēsionibꝰ cōprehendi. Uñ supra. Leuit.20.d
Lapidibus obruetur et mechus et adultera. E

¶Capl'm xxv. Textus.

Locutusqꝫ est dñs ad moysen in monte sinai. Moralitatum Ca. xvi.

Annus iubileus
hebreos precipitur obseruari.
Erat autem iste annus quin-
quagesimus ab egressu filio-
rum israel ex egypto:⁊ exti ns
de quinquagesimo i quinqua-
gesimum obseruabatur:quia
scilicet iudei omnia septenaria obseruare vo-
luerunt:et sic septimū diem et septimum annum

seruauerunt: ⁊ tandem iubileum tanq̄ vltimuz annum in fine septem hebdomadarū annorum. Erat ergo ille annus valde priuilegiatus: quia scz tunc oīs seruꝰ liber efficiebatur: omne debitum tunc dimittebatur: ⁊ omnis hereditas vendita ad pristinum dominū reuertebatur: et ideo

Moralitas. iste annus iubileus a iubilando dicebatur: pro eo ꝙ ibi tubis canebatur, summisq̄ leticijs annꝰ huiusmodi colebatur. ¶ Per istum annū potest intelligi tempus glorie paradisi: quod scz ꝑ numerū quinquagesimuz intelligitur: ꝓ eo ꝙ in fi-

Ps. 99. F ne septem hebdomadarum annoꝝ. i. in fine huiꝰ vite, que finit per septenariū dieruz ⁊ etatū: annus iste iubileꝰ, id est eterna gloria cū suis eternis iubilis celebrat. Psal. Iubilate deo omnis terra: seruite dn̄o in leticia. In isto eñ anno ⁊ tēpore, scz in paradiso: oīa debita humane nature, scz timor, lāguor ⁊ mors ⁊ cetera similia erūt soluta: seruitius corruptiōis erit dimissa, ⁊ hereditas glorie q̄ dudū ꝑ adā vēdita ⁊ ꝑdita fuerat,

Psal. 5 d. erit plenarie humano generi restituta. Psal. Dominus pars hereditatis mee ⁊c. In isto ergo anno ⁊ in isto festo summa iubilatio, summa laudatio, et gratiarū actionis exultatio. Vñ cuilibet

Zach. 9. c. anime dicitur. Exulta satis filia hierusalē: iubi-

Aliter. la filia syon. ¶ Uel dic ꝙ iste annus significat festum penthecostes: quod scilicet a tempore q̄ nos exiuimus de egypto, scz a tpe pasche q̄ san-

Ez. 13. f. cti pr̄es sunt egressi de inferno, die quinquagesimo celebrat; qr reuera istud ē tp̄s ⁊ festū valde priuilegiatū: qr scz ibi est remissio debitoꝝ. i. peccatorū: ibi est hereditatis restitutio. i. reparatio gratiarū et meritoꝝ: ibi seruitutis abolitio: ibi libertas spiritualis charismatū et donoꝝ: ibi ē iubilatiōis decātatio. i. exultatio laudis vel predicatiōis ⁊ cōfessiōis, quorūcunq̄ sp̄ualiū cāticoꝝ. Sanctꝰ eñ sp̄us q̄ isto die fuit emissus, habet debita pctōꝝ dimittere, hereditatem virtutū restituere, libertatez donoꝝ distribuere: ⁊ iubilum laudis, predicatiōis ⁊ gratiarū actionis inspirare et influere. Iste est ergo iubileus, a iubilādo dictus: qr scz ista die debemꝰ iubilare, et

Ps. 80. laudes dn̄o decantare. Psal. Iubilate in neome-

H nia tuba, in insigni die solēnitatis vestre. ¶ Uel

Aliter. si vis dic oīa ð pn̄ia, vl' diuina mia vl' de xp̄i passione, seu etiā de gr̄a: qr scz q̄libet istaꝝ peccata soluit: libertatem anime cōcedit: ⁊ hereditatē gra-

Eod. c. a. tie ⁊ glorie restituit ⁊c. ¶ Quia dn̄s precepit ꝙ hebrei anno septimo requiescerēt, ⁊ ꝙ nō seminarent: nec etiā spōte nascētia colligerēt: ordinauit ꝙ anno sexto fructus duplices ꝑuenirent, de q̄bus anno septimo ⁊ octauo viuere possent. Uoluit etiā ꝙ veteres fruges comederent, vsq̄ quo āno nono fruges noue ꝓcederēt ⁊ prouenirēt. Donec inquam noua nascantur, edetis vetera.

Exo. 16. c. ¶ Ista expone sicut supra de manna: cuius du-

Aliter. plex portio sexta die descendebat. ¶ Uel si vis, dic ꝙ fruges veteres sunt precepta et cerimonie veteris legis: que edi, recipi et teneri debebant quousq̄ noue fruges, id est noua lex et noua p̄cepta venirent. Et quia iam nouum testamentū venisse videmus: ideo vetustatem legis abijcere et antiquas fruges non comedere seu recipere sed abdicare debemus. Unde dicitur. Nouis su-

Leui. 26. b. peruenientibus vetera proijcietis. Et apostolus

Ro. 7. b. dicit. Non ambulemus in vetustate litere, sed in

Eod. ca. b. nouitate spiritus. ¶ Hic precipitur ꝙ terra non

D vendatur ad perpetuitatem. Terra inquit non vendetur in perpetuum: quia mea est. Itez si aliquis vendebat possessionem suam: semper vel ipse, vel proximus eius poterat ipsam infra annum redimere. Alioquin si nequiret: oportebat ꝙ tandem in iubileo, et vna cum liberis suis liber exiret. Sic igitur erat ꝙ gētiles hereditatez suam et seipsos absolute et sine conditione vendebant: filij vero israel annexam cōditionem habebant: et nec se nec hereditatem suam ad perpetuitatem vendere poterant aut debebant. Uide supra. ¶ Uel dic ꝙ iste annus significat vitam presentem: in qua q̄diu durat, licituz est cuilibet si peccando se ante diabolo vendiderat, seipsum per penitentiam redimere, et hereditatem paradisi vel gratie quaz perdiderat vel obligauerat recuperare. Quod si ipse facere noluerit: proximus eius scilicet prelatus vel predicator, q̄libet homo iustus debet ipsum predicando vel orando redimere, et a peccati seruitio liberare: Exēplo Christi: qui quia proximus noster erat per incarnationem: ideo nos redemit, et hereditatē paradisi nobis restituit et emit. Psal. Tu es qui restitues hereditatem meā mihi. ¶ Et si vis, dic ꝙ hebrei significāt bonos: gētiles vero significāt malos, hereditas est gratia seu gloria: venditio est peccati commissio seu culpa. Igitur illud est verū ꝙ et hebrei ⁊ pagani, id ē boni ⁊ mali quādoq̄ hereditatem gratie ⁊ glorie, id est illud ius quod ad illam hereditatem habebant, diabolo peccando vendunt: ⁊ a se alienāt atq̄ ꝑdunt. Diuersi tamen diuersimode: quia scilicet hebrei id est boni, si eos quandoq̄ peccare, ⁊ huiusmodi venditionem celebrare contingat: illud non fit ad perpetuitatem: quia scilicet isti non desperant sed potius de restitutione ⁊ penitentia cogitare sperant. Terra enim cordis humani domini est: et ideo ipsam ad perpetuitatem non debemus desperando vendere, sed quicquid acciderit, semper debemus de iubileo, id est de diuina misericordia sperare, et de penitentia cogitare, dicētes illud. Absit a me vt vendā tibi hereditatem patrum meorum. Sed reuera contrariuz est de malis: quia scilicet illi quādo vendunt id est quando delinquunt sine conditione ad perpetuitatem solent vendere: quia scilicet per desperationem solent se ex toto diabolo exponere, et de restitutione penitentie nullatenus cogitare: et ideo hereditatem istam non possunt amplius rehabere. Unde dicitur. Unusquisq̄ ad illud quod vendidit, non reuertet amplꝰ. ¶ Uel si vis, dic ꝙ Christiani ⁊ fideles in hoc differūt: quia christiani si peccant, spem certaz ꝙ restitui poterunt per penitentiam semper gerunt: infideles autez non sic: qr isti hereditatez gratie ⁊ glorie continue delinquendo vendunt ⁊ perdunt: ⁊ cum ratione infidelitatis in qua sunt ipsaz recuperare non possunt. Isti enim sine conditione et absolute videntur paradisum perdere: mali vero christiani semper dum sunt in via, habent cōditionem annexam: inquantuz possunt per penitentiam ad statum gratie reuenire.

Exo. 21. b. Moralitas. — Ps. 15. b. Aliter. — 3. Re. 21. — Ezec. 7. Aliter.

¶ Capitulum vicesimū septimū Textus. Locutꝰ est dominꝰ ad Moysen: dicēs. Moralitatū, Ca. xvij.

De maledictionibus ⁊ bn̄dictionibꝰ q̄ ponūt hic ca. xxvij. omitto gratia breuitatis: quia forte Deute. xxvij. aliq̄d de his dicā. In isto vltimo ca. agit de decimis. Et dicit hic ꝙ decimū aīal eo ordie q̄ venit, ꝓ decia dz dari: ita q̄ illð siue eēt bonū, siue malū, nō poterat cū alio cōmutari. Idē āt fiebat de voto: qr scz si q̄s dn̄o aliqð aīal vl' rē aliā duouerat, sine mutatiōe illð cū alio siue deteriori, siue meliori ꝯmutari neq̄bat: sz illð idē qð vouerat.

numeri.

sine mutatione reddebat:quinimo sicut ibidem
dicit:quicquid vel de votis dn̄o consecrabatur:
si offerens id cum alio mutare vellet/vtrūqꝫ do-
mino dedicabatur:et illud scilicet quod muta-
tum est/et illud cum quo mutabat. Et ideo sub-
dit. Omne inquit quod consecratur/siue homo
Moralitas. siue animal siue ager fuerit: non vendetur/nec
redimi poterit:quicquid semel fuerit consecra-
C tum/sanctumsanctorum erit domino. ¶ Illud si
vis applica ad literam de illis animalibus:id est
de illis personis que per votū obedientie in re-
ligione deo deuouentur ⁊ consecrantur:quia sci
licet necesse est ꝙ ipsi in proprijs personis / non
autem per substitutos domino famulentur. Qui
enim domino ad religionem vel ad sacerdotium
est astrictus:non potest alium loco sui vt com-
muniter substituere:sed ipse in propria persona
tenet beneficio deseruire. Homo enim siue debi-
lis siue fortis fuerit/non debet mutari:sed vnus-
quisqꝫ scd̄m vires suas debet domino famulari:
Gala.6.b iuxta illud apostoli. Unusquisqꝫ onus suum por
tabit. Qui ergo consecratus est domino/et in or-
dine vel religione deuotus/non potest amplius
non consecratus fieri : nec ad mundum redire,
seu a clericali statu retrahi : sed ibi debet perpe-
tuo,ex quo semel deuouerit,vel tacite vel expres
se:et professionem fecerit / deo consecrari. ¶ Uel
Aliter. dic ꝙ quicquid est decimum, id est quicunqꝫ ser
uat decem mandata, domino consecratur: et si-
bi spiritualiter dedicat. Quando aliquis agrū
vel aliquid aliud deuouerat deo si illud volebat
redimere:quintam partem vltra commune pre-
cium adhibere debebat. Unde ad finem ꝙ offe-
rens rei oblate affectionem deponeret : et ne pe-
nitentia ductus a promissione quam spoponde-
rat resiliret:ordinauit dominus ꝙ extraneus in
emendo preferretur:et ꝙ amplius solueret ipse
qui obtulerat q̄ꝫ alius teneretur. Hoc potest al-
legari contra illos qui faciliter de illis que do-
mino facere promittunt,solent penitere : vtpote
quando penitentiam vel peregrinationem pro-
mittunt facere:si se redimere vel mutare opor-
D tuerit,debent aliquid amplius addere:⁊ votum
non in deterius,sed in melius commutare.

¶ Moralitatum super Leuiticum Finis.

Moralitatum liber quartus libri Numerorum.

¶ Capitulū ij. Textus.

Locutus quoqꝫ est dn̄s ad Moysen et aaron dicēs. Singuli per turmas. Moralitatum Capitulum j.

CIrca ordina-
tionem tabernaculi scien-
dum ꝙ tabernaculum in
deserto constitutum / pre-
cepit dominus ꝙ populus
in quatuor partibus cir-
cuniret:et ꝙ circa ipsum
excubaret. Unde precepit
ꝙ tribus Iuda/Isachar ⁊
Zabulon excubarent ad orientem. Ruben / Sy-
meon et Gad ad meridiem. Dan/Aser et Nepta-
lim ad aquilonem. Ephraim / Beniamin et Ma-
nasse ad occidentem. ¶ Sicut iam multotiens
Moralitas. dixi per tabernaculū moraliter intelligitur cor
E humanum. Quatuor vero mundi partes signi-
ficant quatuor cardinales virtutes : quia scili-
cet oriens lucens est prudentia:meridies feruēs
est iusticia:occidens humidus est temperantia:
aquilo gelidus seu solidus est fortitudo et con-
stantia. Igitur dico ꝙ circa tabernaculum cor-
dis debent excubare et vigilare per istas qua-
tuor partes duodecim tribus israel, id est duo-
decim speciales virtutes:quia scilicet pars oriē-
talis:id est prudētia/debet habere secum Iudā/
Isachar et Zabulon, id est veritatem in affectu/
memoriam in intellectu/firmitatem in opere vel
in actu. Iudas enim interpretatur confessio / et
significat verbi veritatem. Isachar interpreta-
tur memorans vel memoratio:et significat illo-
rum que ad salutem pertinent/noticiam ⁊ saga-
citatem. Zabulon interpretatur habitaculum
fortitudinis:et significat operum firmitatem/et
promissorum stabilitatem. Quia proculdubio
oriens, id est homo prudens debet habere veri-
tatem in ore/memoriam seu noticiam in mente/
stabilitatem et firmitatem in opere:et sic de ista
claritate orientali, id est de prudentia cum sua Mat.2.a
triplicitate/poterimus dicere illud. Et vidimus
stellam eius in oriente. Item dico ꝙ pars meri-
dionalis, id est feruēs iusticia:debet similiter ha
bere tres alios patriarchas seu trium patriar-
charum tribus scilicet Ruben/ Symeon et Gad:
et isti nihil aliud significant nisi tres speciales
virtutes/que debent iusticiam cōcomitare, id est F
scientia in examinādo/benignitas in audiendo/
seueritas in exequendo. Scientia enim intelli-
gitur per Ruben, qui interpretatur videns per
medium:quia scilicet iustus iudex debet se in fi-
ne intellectus sui per medium negociorū finge-
re:vt sic posset veritatē et merita causarum sen-
tire. Interpretatur etiam Ruben videns filium:
quia semper debet iudex filium dei pre oculis ha-
bere:⁊ ad ipsum sicut ad iusticie regulam respi-
cere et videre:et timor eius ab infantia debet in
eo semp esse. Unde Iob. Semper enim quasi tu- Iob.31.c.
mentes super me fluctus deum timui et pondus
eius ferre nō potui. Interpretatur etiam vidēs
in medio:quia scilicet iustus iudex debet in me-
dio per equitatem sedere:et non plus ad vnam
partē q̄ꝫ ad aliam pēdere:⁊ se etiam mediū ⁊ me-
diatorem inter deum et populum cognoscere:⁊
inter partes debet sicut mediator concordiam
generare/dicens illud. Ego autem in medio ve- Luc.22.c
strum sum. Benignitas per Symeonē intelligi-
tur/qui scilicet audiens merorem seu auditio in-
terpretatur:quia videlicet ad iusticiam pertinet
ꝙ et querimonie partiū audiant:et ꝙ iudex ad
audiendum causas ⁊ negocia benignus ⁊ affabi
lis habeatur. Psal. Audite omnes qui iudicatis Psalm̄.2.c
terram. Unde tam de sciētia q̄ꝫ de audiētia ipso- Sap.6.a
rum dicitur. Audite reges/et intelligite iudices
finium terre : prebete aures vos qui continetis
multitudines. Seueritas per Gad significatur:
quia scilicet Gad interpretatur accinctus:signi-
ficans iustum iudicem/qui se debet armare ⁊ ac-
cingere:vt malos possit punire/et innocentes li-
berare. Unde dicitur. Gad accinctus preliabit. Gen.49.c
Itē dico ꝙ pars occidētis est temperantia. Occi G
dens enim temperatus est in frigore et calore.
Et ista pars similiter debet habere tres patriar-
chas:scilicet Ephraim / Beniamin/et Manassen:
et isti sunt/pietas pauperes nutriendo, humili-
tas a fastu abstinendo:patientia que fit iniurias
remittēdo. Ephraim enim qui interpretatur fer
tilitas, significat clemētiam, cuius fertilitas pau
peres habet nutrire. Beniamin interpretatur fi-
lius asininus, significās humilitatem:que more
asini solet obedire. Manasses interpretatur obli
uiosus, ⁊ significat patientiā:que aliorum iniu-
rias solet obliuisci, et non seruare. Uirtus enim
temperantie solet nō solū a superfluitatib⁹ ab-

ſtinere vt pauperibus ꝓuideat:ſed etiā humilitatē ⁊ patientiā tenere, vt a ſupbia ⁊ ab ira tēperet, ⁊ ſe reſtringat. Unde de iſto occidente dicit.
Exec.48.b Ad plagā occidentalē partes tres. Item dico ꝙ pars aq̄lonaris q̄ dura eſt ⁊ ſolida, ſignificat ſolitudinē, q̄ etiā hꝫ tres patriarchas, ſcꝫ Dā ⁊ aſer, ⁊ neptalim, qui ſcꝫ ſignificāt tria q̄ fortitudinem noſtram iuuant. ſ. cauſe rectitudo, lucri magnitudo: ⁊ amoris amplitudo. In dan, qui interpretatur cā, lucrū denotat. In Aſer qui īterpretat
b beatitudo eius ſcꝫ ſpes, que facit hominē magis fortē, amor deſignat. In neptalim qui dilatatio interp̄tat: qꝛ ſcꝫ latitudo charitatis fortificat ꝓpugnantē. Iſti ergo duodecim pariarche ꝑ iſtas partes quatuor, debent tabernaculū cordis circūire: ⁊ circa ipſum fortiter excubare. Unde dꝛ. Per quatuor partes erant oſtiarij.

Capi. iiij. Textus

Locutus eſt dominus ad Moyſen et Aaron, dicens. Tolle ſummam filiorū. Moralitatum Capitulum ij.

PRecepit dominus ꝙ populus leuitarum portare onera tabernaculi deberet ⁊c. Uerūtā ſic erat, ꝙ preter ſacerdotes null⁹ audebat illa que erant infra velum in ſanctuario videre: ⁊ ideo ſacerdos oīa q̄ erant in ſanctuario, ſcꝫ arcam, propiciatoriū, cherubim ⁊ altare, velo et pallijs inuoluebat, ⁊ ſic leuite ꝓprijs humeris deferebant. Nullus ergo preter ſacerdotes iſta nuda videre debebat: quinimo ſi anteꝗ̄ inuoluerent, ab aliquo non ſacerdote videbant mortem ꝗ̄ citi⁹ incurrebat. Igit leuite oīa onera tabernaculi transferebant: alia in humeris, alia in ve-
Moralitas hiculis tranſigebāt. Iſta ſi vis applica ꝙ nos qui ſumus leuite. i. viri ecclīaſtici, ⁊ in eccleſie beneficijs ⁊ officijs cōſtituti, debemus onera tabernaculi, id eſt onera eccleſie officiorū ⁊ beneficio-
A rū in ꝓprijs humeris portare: ⁊ in proprijs per-
Gala.6.b. ſonis principaliter exercere: ⁊ nō ſubſtitutis aut
Aliter. vicarijs cōmēdare. Unde apls. Unuſquiſꝗ̄ onus ſuū portabit. Uel dic ꝙ illa q̄ in ſctūario erant abſcondita: ſignificāt xp̄iane fidei ſecreta: ⁊ ſcripture ſacre ſeu deitatis ſacramēta. Sacerdotes qui dicunt quaſi ſacri duces: vel quaſi ſacra docētes, ſignificāt viros ſcientificos. Alij vero leuite vel populares, ſignificant hoīes ſimplices ⁊ indoctos. Iſtud ergo verū eſt, ꝙ ſacerdotibus ſolis. i. ſolis viris ſciētificis et ſapientibus licitum eſt vaſa ſanctuarij interioris fidei noſtre ſecreta inueſtigare: tractare: tangere vel videre. Alijs autem non licet iſta nude conſiderare: nec perſcrutādo cernere: ne forte errores ⁊ hereſes incurrant: et ſic mori habeant neceſſe ſpiritualiter. Sacerdotes ergo. i. ſacri doctores ⁊ predicatores, ſemper debent iſta fidei miniſteria pallio et velo alicuius figure vel verbi diſſimulatim inuoluere: ⁊ nunꝗ̄ nuda ſimplicib⁹ portāda vel credēda tradere: alioquin imo ſepe fit ꝙ cōceptis erroribus: morte culpe ⁊ pene ſolent faciliter deperire: et ideo hic dicitur: ꝙ alij nulla curioſitate videant que ſunt in ſanctuario: prius ꝗ̄ inuoluan-
Aliter. tur alioquin morientur. Uel dic ꝙ iſta ſignificant eccleſie ſacramenta vel etiam beneficia: qꝛ ſcilicet horum tractatio et adminiſtratio ſolis ſacerdotibus, id eſt ſolis ſacris ducibus: dignis ſcilicet perſonis et ſufficientibus debet committi: alijs ꝟo indignis ⁊ ignorātib⁹ interdici: qꝛ ſcꝫ boni iſta adminiſtrando non ledunt: mali ꝟo ⁊ indigni iſta tractando, mortis eterne periculū cōſequent. Unde ſupra dicitur, ꝙ extraneus qui ad miniſtrandum acceſſerit, morietur.

Capitu. v. Textus.

Locutuſꝗ̄ eſt dominus ad Moyſen, dicens. Precipe filijs iſrael. Moralitatū Capitulum iij.

HIc ponitur ꝙ vxor hebrea ſi culpabilꝫ erat de adulterio ⁊ bibebat aq̄s maledictas et amaras, vbi puluis pauimēti miſcebat: et ſcriptura nois dn̄i delebat: vēter ei⁹ tumeſcebat, ⁊ femur ipſius putreſcebat: ⁊ ſic ipſi⁹ adulteriū clarū erat. Si autē adulterij rea non erat, tunc pot⁹ ipſius aque eiſdē penitus non nocebat. Aque iſte maledicte Moralit.
ſignificāt mundi ſciētias, delicias ⁊ ꝓſperitates: que dicunt maledicte: qꝛ maledictionē eterne dānatiōis procurāt. Dicunt amare: qꝛ plura amara ꝗ̄ dulcia continēt. Dicuntur puluerē pauimēti cōtinere: qꝛ tranſitoria bona ⁊ puluerē ſolum habent: ſcripturam vero nominis dn̄i, ⁊ ipſi⁹ dei memoriā de arca cordis deſtruunt atꝗ̄ delent. Apoc.
Et breuiter iſte ſunt aque de quib⁹ dꝛ. Homines C
mortui ſunt ex aquis: qꝛ amare facte ſunt. Igit dico, ꝙ mulier. i. aīa que erga virū ſuū, erga chriſtū fidelis eſt ⁊ caſta: nec cū adultero diabolo ꝑ mortale pctm̄ adulterata, ſi cōtingat ipſam aq̄s huius mūdi. i. diuitias, delicias ⁊ alias proſperitates guſtare ⁊ bibere: ipſa ꝓ certo cū ipſis bene vti ſciat: nocere ei non poterūt. Si ꝟo peccatrix ⁊ adultera eſt: tunc ſi tales aquas biberit: ⁊ mūdi ꝓſpera, ſcꝫ delicias corporales, diuitias tēporales, eminentias mundanas ⁊ ſcientias ſeculares habuerit ⁊ obtinuerit: tunc vere culpe ⁊ pene periculū mox ſubibit: qꝛ ſancte ꝑſone ex mundi ꝓſperis nō ledunt: pro eo ſcꝫ ꝙ ipſis diſcrete ⁊ tēperate vtunt: vt hꝛ in Canticis. Aque multe
nō potuerūt extinguere charitatē. Mali vero cū Can.
ipſis tēperāte vti neſciāt: ꝑ ea ſpūalr occidūtur, qꝛ ſcꝫ vētres ſuoꝝ cordiū ꝑ ſupbiā tumeſcūt: ⁊ femora eorū per luxuriā faciliter corrūpunt. Un̄
Proſperitas ſtultoꝝ perdet eos. Unde recte iſte Pro.
ſunt aq̄: quib⁹ boni ⁊ mali ꝓbant: qꝛ ſcꝫ mali ibidē pereunt: boni ꝟo immunes ⁊ liberi permittūtur. Un̄ dꝛ. Duc pplm ad aquas vt ꝓbem eos ⁊c. Iud.7.

Capitu. vj. Textus.

Locutuſꝗ̄ eſt dominus ad moyſen dicens. Loquere. Moralitatū Cap. iiij.

APud Iudeos antiquit⁹ erat quedam religio virorum ⁊ mulierū q̄ nazarei vocabantur: ⁊ erat quādo vir vel mulier ſe domino deuouebāt: ⁊ ꝑpetuo vel ad tp̄s ſe a cōmuni ritu ⁊ vita ppl̄i ſeparabāt, ⁊ dn̄o conſecrabant: erat em̄ ritus deuotionis ſeu cōſecratiōis: qꝛ ſcꝫ ꝗ̄diu ad tp̄s durabat ſtatutū, nō debebat nouacula ſup eius capita aſcēdere, nec barbā radere: vinū, acetum aut ſicerā, aut oē qđ inebriare pōt, non bibere: vuas recētes ſeu ēt ſiccas nō cōedere: nec aliqđ

qđ de vua nascit̄,degustare.Nō debebat tāgere
mortuum:nec ad patrē vel matrē,fratrē aut soro
rem si moriebātur accedere:⁊ sic vsq̄ ad tempus
finitum debebat sanctificationē suā seruare:⁊ se
dño consecrare:⁊ a cunctis q̄ supra diximus ab=
stinere:⁊ tandem finito tempore rasis capillis,
Moralitas. oblato sacrificio templum poterat introire. ¶Re
uera tales nazarei possunt mihi significare reli=
giosos ⁊ quoslibet viros pfectos:qui scilicet deo
sunt consecrati ⁊ deuoti,⁊ eidem specialiter dedi
cati:q2 pro certo isti nunq̄ debent de capite men
tis sue capillos bonarum cogitationum vel affe
ctionum radere:nc barbam virilitatis ⁊ virtutis
perdere:nec nouaculam fraudis ⁊ doli in capite
mētis admittere vel habere.Et hoc ne forte dica
Ps.51.a. tur nobis illđ Psal.Sicut nouacula acuta fecisti
dolū.Itē isti nō debent mortuos.i.peccatores ⁊
E hoies corruptos luxuriosos,hereticos ⁊ ifectos
sibi associare vel tāgere:q̄nimmo dato q̄ sint pa=
rētes,amici ⁊ p̄sanguinei nō debēt se sup eos inq̄
nare:nec eorū malam vitā diligere,nec eoꝝ cōsor
Leui.21.a. tium frequentare.Unde đr.Non cōtaminetur sa
cerdos in mortibus ciuium suoꝝ.Constat enim
q̄ multi nazarei.i.multi viri sancti ⁊ iusti,immū=
di ⁊ peccatores efficiunt̄,qñ mortuoꝝ ⁊ peccato
Eccl.13.a. rū tactus ⁊ societates sectantur.Unde.Qui teti=
gerit picem,inquinabitur ab ea.Item isti non de
bent comedere vel bibere.i.sibi per complacen=
centiam incorporare aliquid quod possit inebria
re,id est quod possit sensum,rationem ⁊ discretio
nem auferre.Et ideo isti non debēt diligere vinū
deliciarū corporaliū,sycerā scientiarum secula=
riū,vuas seu grana diuitiarū temporalium.Isti
enim sunt qui sensum ⁊ discretionem tollunt:⁊
ebrietatem obliuionis ⁊ insipiētie inducūt.Qua
propter viri spirituales debēt ista fugere:⁊ a cū=
ctis mundi bonis q̄ huiusmodi ebrietatē possunt
inducere,se abscindere.Iō đr.Uinum sycerā non
Lu.1.b. bibet:sed nazareus erit omnibus diebus vite
sue.Ista igitur si vsq̄ ad statutum tempus.i.vsq̄
ad mortem seruauerit,mox templum paradisi
sanctificatus intrare poterit et debet:dicēs illud
Ps.5.b. psal.Introibo in domum tuam:adorabo ad tem
Aliter. plum sanctum tuū. ¶Uel dic q̄ nouacula est adu
F lator:qui insensibiliter pilos diuitiarum secum
Ps.51.a rapit.Psal.Sicut nouacula acuta fecisti dolum.
A quo scilicet vir iustus debet abstinere,si verus
Jud.13.a nazareus.i.sanctus ⁊ floridus cupit esse.Unde di
Ca.vj.b. citur.Nouacula non ascendet super caput eius.
¶Quando nazareus erat in abstinentia,in voto
⁊ consecratione sua:si contingebat coram eo ali=
quem mori,vel ipsum aliquem mortuum tange=
re:tota sua sanctificatio polluebatur:⁊ ideo pi=
los suos radere et sanctificationem reincipere de
nouo tenebatur. ¶Sic vero cumquis est in sua ab
Moralitas stinentia,voto,religione vel penitentia,si mor=
tuū tangit.i.peccatum mortale faciat vel ipsum
per complacentiam videat:constat q̄ tota sua
sanctificatio precedens.i.omnis virtus ⁊ bona
operatio mortificatur ⁊ polluitur:⁊ apud deum
Eze.18.f inutilis reputatur.Unde dicit̄.Si ꝯuersus iust⁹
fecerit iniquitatē:omnium iusticiarum quas fecerat
non recordabor.Tales ergo tenetur de nouo re
incidere pilos veteres.s.superfluitates ⁊ peccata
per confessionē radere:⁊ alios pilos nouos.s.vir
tutes,nasci procurare ⁊ permittere.Et sic pote=
rit,si sine interruptione continuauerit templū
paradisi intrare,et sacrificium laudis domino
offerre,⁊ sanctus ⁊ consecratus domino semper
esse.Interruptio enim bonorum operum qñ per
peccatum fit,virtutes vitia mortificant.Perseue=
rantia vero sanctitatem augmentat.Unde di=
citur.Qui perseuerauerit vsq̄ in finē,hic saluus
Mat.24.b. erit ⁊c.

¶Capitu.viij.Textus.

Locutusq̄ est dñs ad Moysen,dicens.
Loquere.Moralitatum Ca. v

Leuitarū conse
cratio sic fiebat.Aspergebā=
tur enim aqua expiationis:
radebant corporis sui pilos
lauabāt vestimēta sua:offe=
rebant in cōspectu dñi aarō
sacerdoti.Ipsi vero offerebāt
bouem cum oleo in farina:⁊
sic fiebant domino consecra=
ti:⁊ in tabernaculo a vigintiquinq̄ annis vsq̄ ad
quinquagesimum annum seruiebant:⁊ tandem
completo quinquagenario quiescebant. ¶Reue
ra talis consecratio spiritualiter intellecta,debet
esse in omnibus leuitis.i.in viris omnibus eccle=
siasticis ⁊ perfectis quotidie fieri ⁊ compleri.Igi
tur dico q̄ ante omnia aqua expiationis,idest cō
punctionis,nos debemus aspergere per com
punctionem:⁊ post pilos nostros:id est superflui
tates ⁊ vitia debemus radere p contritionē seu di
scussionem,Tandem vestes nostras debemus la
uare ⁊ mundare per confessionem:⁊ coram deo,
idest in confessionis secreto sacerdoti nos presen
tare ⁊ ostendere,etiam per vitiorum nostrorum Lu.17.b
reuelationez.Unde dicitur.Ite ⁊ ostendite vos b
sacerdotibus.Et tandem debemus offerre deo
bouem,idest carnem nostram per penitentie ma
cerationē:⁊ adhibere oleum ⁊ farinam,idest elee
mosynam ⁊ compassionem:⁊ sic erimus domino
consecrati per sanctitatē ⁊ pfectionē:⁊ in taberna
lo ecclesie ministrare poterimus per prelationē. Leui.29.F
Unde Leui.Hoc ritu consecrabitur Aarō.Tales
igit̄ psone sic consecrate,⁊ sic sanctificate,cum vi
gintiquinq̄ annos,qui cōstant ex quinario quin
quies ducto,idest quinq̄ sensuum cohibitionem
⁊ custodiam habent,digni sunt domino ministra
re:⁊ per alios viginti quinq̄ annos,id est per li=
brorum legis spūalem adimpletionem dño deser
uire.Quod cū fecerint,digni sunt ad quinquage
nariū numerum,⁊ ad iubileū ppetue quietis at= Apoc.14.c
tingere:⁊ a cunctis huius mundi laborib⁹ in pa
radiso quiescere ⁊ cessare.Apoc.Amodo enim iā
dicit spiritus,vt requiescant a laboribus suis.

¶Capitu.ix.Textus.

Locutus est dominus moysi in deserto
synai.Moralitatum Ca. vi.

Hic dicitur q̄
cū pascha celebraret̄,inuen
ti sunt plures qui fuerant
immundi,nec ita cito pote=
rant mundari:q2 scz in eoꝝ
mundatiōe tēpus septē die=
rū aliquotiēs requirebatur
Igit̄ cū isti ꝓpter imūdiciā
pascha celebrare neq̄rent:⁊
istis tūc castra ingredi nō liceret:mādatū est eis B
ex pte dñi:q̄ tūc q̄dē a celebratiōe paschatis ab=
stinerēt:sz q̄ ipz sequēti mēse ritu suo celebrarēt.
Ista possunt applicari q̄ qñ q̄s se sentit imūdū.i.
in aliq̄ pctō pollutū:nō dz ad celebrationem pa= Moralitas
sche.s.ad sacrm̄ altaris accedere:sz nisi sit scāda=
lū,pōt dissimulare ⁊ differre:⁊ tādē recupata mū
dicia p cōfessionē ⁊ pniam dz istū agnū paschalē
digne māducare.Qđ ēt de imūdicia pollutionis
nocturne pōt itelligi:ꝓpter quā celebratio misse

Job.14.c pōt aliqn̄ differri. Unde Job. Expecto donec ve-
Pascha q̄- niat immutatio mea. ¶ Hic inueni notatū ꝑ quē-
druplex. dā doctorē: ꝙ filij israel legunt pascha quadru-
Exo.12.d plex celebrasse. Unū in egypto: aliud in deserto:
Exo.12.a aliud in galgalis in deserti exitu: aliud in hieru
Jos.5.c salē tempore Josie: qđ fuit solēnissimū pascha.
3.Esd.1.a ¶ Sic vere cum pascha seu phase interpretatur
Moralitas transitus, sciendum est: ꝙ iusti quadruplicem
transitum celebrare noscuntur. Est em̄ pascha
in egypto: ꝛ iste est transitus de vitijs ad penitē-
tiam. Est pascha in deserto, id est in penitentie
statu: qđ fit cum trāsitur de virtute in virtutem,
vel de bono in melius. Est pascha in galgalis: q̄
interpretat̄ releuatio: ꝛ est trāsitus de vita hac
ad stolā aīe: quod fit in morte. Est pascha in hie-
B rusalē: q̄ interp̄tat̄ visio pacis: ꝛ est trāsitꝰ q̄ fiet
ad stolā corporis, ꝛ de morte ad vitā i resurrectio-
ne. In egypto. i. in peccati statu peccati statū di
mittimꝰ. In secūdo ꝑ desertū. i. per ꝑfectionis ꝛ
penitentie statū proficiscimur ꝛ incedimꝰ. In ter
tio eterna beatitudo nobis reuelat̄: ꝛ deū facie
ad faciē cernimus. In quarto iam resumpto cor-
pore, in celesti hierusalē pacifice quiescimꝰ. Itaqꝫ
transeamus vsqꝫ in bethleē. Phase enim est trāsi
tus dn̄i. Hic ponit̄ qn̄o nube mota tabernaculū
Exo.14.b mouebatur: et populus proficiscebatur ꝛc. de
hoc vide suprā vbi posui.

¶ Capitulū. x. Textus.

Locutusqꝫ est dominus ad Moysen, di-
cens. Fac tibi duas tubas. Moralitatū
Capitulum vij.

P Receptū est moysi vt fa-
ceret duas tubas albas argē-
teas ꝛ ductiles quibus cōuo
caret multitudinē. Et erat vsus
tubarū (sicut hic dr) ad pplm cō
uocandum ad bella: ꝛ ad cōui
uia ꝛ ad festa dn̄i. Tubis enim
ppli cōuocabant̄: bellātes excitabant̄: festa dn̄i
denūciabant̄, ꝯuiue letificabant̄. ¶ Tube iste si-
Moralitas gnificant p̄dicatores: q̄ ideo duo dicunt̄, qꝛ duo
testamēta scire debere noscūt̄: vel qꝛ duplici cha
ritate inuicē cōbinantur. Isti ergo debēt esse ar-
gentei ꝑ eloquentiā. Ductiles, hoc est malleis fa
cti ꝑ patientiā vel ꝑ malleorū. i. tribulationū to-
lerantiā. Qui scꝫ ad quatuor dicunt̄ in ecclia va-
C lere: vcꝫ ad pplm ad fidē cōuocādū: ad festū pa-
radisi nunciandū: ad bella cōtra vitia p̄parādū,
seu ad bellatores cōtra vitia excitādū, ꝛ ad cōui
uas. i. fideles ecclesie ꝑ spē cōsolandū ꝛ letifican-
dū. Tube enim nostre. i. p̄dicatores pplm ad fi-
dē ꝛ ad iustitiā conuocāt. Unde dicit̄. Uocate po
Johe.1.e pulū, coadunate cetū: canite tuba i syon ꝛc. Itē
milites. i. fideles ad bellandū cōtra vitia ꝛ cōtra
Amos.2.a tribulationes excitāt. vn̄ Amos. Morietur in soni-
tu moab, in clāgore tube. Itē festū p̄parari pre
Ps.80.a nūciāt. Ps. Buccinate in neomenia tuba. Itē con
uiuas ecclesie ꝑ spem ꝛ consolationē letificant.
3.Esdr.5.g Esdre. Clamauerūt multi cū tubis ꝛ gaudio ma
gno. Uide supra lib. xiiij. vltio ca. primo, vbi mul
Eodē.c.a ta inuenies. ¶ Hic aduerte vnum notabile ꝙ qn̄
principes ꝛ capita multitudinis erant conuocā
di: tube vnico sonitu pulsabant̄. Qn̄ ppls cōuoca
bat vel ad ꝑficiscendū excitabat̄: tunc tubarū so
nitus in longū ꝑtendebat̄ qn̄qꝫ planꝰ, qn̄qꝫ iter-
cisus fieri iubebat̄. ¶ In quo pōt notari ꝙ p̄nci
Moralitas pes ꝛ capita multitudinū. s. p̄ncipes, iudices ꝛ p̄-
lati facilius debēt tubis. i. p̄dicatiōibꝰ obedire q̄̄
alij: qꝛ. s. vnica vox dꝫ sufficere ad tales vocādū:
vbi tn̄ vox ꝑlixior seu p̄dicatio vel monitio iter-
cessior ꝛ grauior ꝛ diuturnior ē necessaria ad po
pulū excitandū, vel ad virtutes vel ad bona opa D
ꝓuocādū. Quia reuera boni superiores cito ꝛ fa
ciliter obediunt, vbi ppls. i. duri ꝛ rustici ac rura
les difficiliꝰ ꝛ tardius ad bona opa ire velint. Et
de petro ꝛ andrea Apostolis ꝛ prelatis dicit̄: ꝙ Matt
cum a christo vocati essent, ꝙ statim relictis reti-
bus ꝛ patre secuti sunt eū. De difficultate cōuer
sionis populariū dicit̄. Uocaui et renuistis: extē- Prou
di manus meas, ꝛ non fuit qui aspiceret.

¶ Capitulū. xj. Textus.

Interea ortū est murmur populi. Mo-
ralitatum Capitulum viij.

O Rtū est mur-
mur populi quasi dolētium
ꝓ labore ꝯtra. Qđ cū audis
set dn̄s, iratus est: et accen-
sus est i eos ignis dn̄i: ꝛ de-
uorauit extremā partē ca-
strorū. Sed orante Moyse Mor
absorptꝰ est ignis. ¶ Illud
potest allegari ꝙ deꝰ sum-
me odit vitiū impatientie ꝛ murmuratiōis: ꝛ ma
xime qn̄ quis de labore quē ꝓ deo sustinet: mur-
murat ꝛ tristatur: nā ignē. i. maiorem tribulatio-
nē solet in talibꝰ accendere: ꝛ eos temporaliter ꝛ
eternaliter cōcremare: ꝛ sic de dolore murmura-
rationis ad ignē tribulatiōis necesse est eos per-
trāsire. Unde dr. De igne egredient̄: ꝛ ignis cōsu Ezech
met eos. ¶ Uel si vis allega qn̄o oratio iusti ꝑfi-
cit tribulatis. Unde dr. Multū valet deprecatio Aliter
iusti assidua. ¶ Uel dic ꝙ illi q̄ erant in castris vl Jac
timi vel extremi, fuerūt igne accensi. In quo pōt Aliter
notari ꝙ ignes. i. tribulatiōes nō inuadūt hodie
illos qui in exitu ecclesie sunt primi. i. principa-
les dn̄i ꝛ magistri: sed solū illos qui sunt extre-
mi. i. pauperes miserabiles ꝛ mendici: qꝛ hodie
mūdi tribulatiōes illos solent innoluere, quos
extremos in mundi gradibus vident esse. Primi
vero, id est superiores ꝛ diuites: tribulationum
ignibus non tanguntur: sed potius honoribus
ꝛ diuitijs extolluntur: ita ꝙ generaliter miserie
ꝛ tribulationes ad illos qui sunt tribulati ꝛ mi-
seri deuoluūtur. Unde dicitur. Pepercerunt pin
guioribus Amalech: quicquid vero vile et re-
probum fuit, demolliti sunt. ¶ Uel dic ꝙ extremi Aliter
sunt negligentes: qui scilicet in omnibus suis fa
ctis tardi et vltimi volunt esse. Istos ergo solet
ignis tribulationis inuadere. Primos vero, id est
diligentes et celeres solet non tangere. ¶ Uul- Eodē
gus promiscuum dicitur flagrare desiderio car
nium: cepitqꝫ manna cibum dulcissimum abhorre
re, egypti cibos appetere: et pre aliorum ciborū
desiderijs taliter proclamare. Quis dabit (in-
quiunt) nobis carnes? Recordamur piscium
quos comedebamus in egypto. In mentem no-
bis veniunt cucumeres ꝛ pepones ꝛ porri ꝛ cepe
et allia. Anima nostra arida est: oculi nostri non
vident nisi manna. ¶ Reuera charissimi, iste ppls Mora-
qui erat in deserto, et exierat de egypto ad terrā litas
promissionis, et in tabernaculis habitabat: ꝛ de
celo manna dulcissimum manducabat: significat
viros religiosos et perfectos: qui scilicet egy-
ptum: idest mundum vel peccatum exierunt: et
vt terram promissionis, idest paradisum habe-
rent, desertum penitentie vel religionis subin-
trarunt; vbi scilicet manna deuotionis et scriptu
re possunt comedere: ꝛ vbi sint peregrini et ho-
spites: cū hic manētē ciuitatē nō habeant, debēt
in isto saculo transitorie habitare. Sed quid est?
Pro certo multi sunt q̄ istā vitā contēnūt: ꝛ egy-

pti/id est mundi quẽ dimiserant recordãtes car-
nes/id est carnis delicias cõcupiscunt. In men-
tem em̃ eis veniunt carnes ⁊ pisces id est delicie
carnales/cucumeres ⁊ pepones: qui frigiditatẽ
indeuotionis inducunt/id est eminentie secula-
res: porri/cepe ⁊ allia que choleram: id est aua-
ricie ardorem generãt: ⁊ que lachrymari faciũt:
cure seculi seu negocia ⁊ diuitie temporales. Et
breuiter isti animas suas aridas/id est consum-
ptas representãt: mãna sacre scripture ⁊ deuo-
tionis/dulcedinem bonorum spiritualium abo-
minant ⁊ refutant: ⁊ illa que nihil valent. s. mũdi
bona desiderant ⁊ affectant. Unde Sap. Anima
H satiata calcabit fauum. Et Job. Et esse sub sen-
pro.27.a tib' delitias cõputabãt. ¶ Cũ filij israel in deser-
Job.30.a to mãna contẽnerent: iratus dñs dedit eis car-
Eod.c.g nes multas: ⁊ eorũ ingluuiẽ satiauit. Fecit enim
volare coturnices circa eorum castra ad duos
cubitos prope terrã in tanta abũdantia/ꝙ po-
pulus per mensem de ipsis q̃tum volebat acci-
piebat ⁊ in abundantia manducabat. Sed dum
adhuc carnes essent in dẽtib' eorũ/percussit eos
dominus plaga magna: ⁊ vocatus est locus ille/
Moralitas. sepultura cõcupiscentie. Ibi em̃ sepelierunt po-
pulũ qui desiderauerunt carnes. ¶ Ista possunt
applicari ꝙ interdum dominus in malum homi-
nis malã eius petitionẽ exaudit: ⁊ malis eius de
siderijs cõdescendit. Unde sepe fit ꝙ cum videt
hominẽ mãna. i. cibos spirituales contemnere: ⁊
carnes et egypti fructus. i. carnis delicias ⁊ mũ-
di diuitias appetere: solet ei omnia ad votũ cõce
dere: ⁊ eũ in mundi prosperis ampliare: omniaq̃
mala sua desideria solẽt pro libito ꝑuenire. Ps.
Ps.80.c dimisit eos s̃m desideria cordis eorum: ibunt in
adinuentionibus suis: ⁊ eisdẽ talia commodare.
Quia reuera dum isti adhuc carnibus vtuntur:
id est delitijs ⁊ prosperis sibi cõcessis a domino
delectantur: sepe accidit ꝙ subito a deo per mor
tem ⁊ infortunia percutiuntur, ⁊ plaga damna-
h tionis perpetue feriuntur: ⁊ sic mundus sepultu
ra concupiscentie dicitur, pro eo scilz ꝙ ibi car-
nes. i. delicie carnales concupiscuntur: propter
quas homines finaliter sepulture tradunt. Ps.
ps.105.a Concupierunt cõcupiscentias in deserto, ⁊ pluit
eis sicut puluerem carnes. Adhuc esce erant in
ore ipsorum, et ira dei descẽdit super eos. ¶ Ad
eodẽ.c.c finẽ ꝙ Moyses posset melius onera populi sup-
portare: elegit dominus septuaginta viros se-
niores de populo: quibus dedit de spiritu suo, vt
possent ad gubernandum populum moysen ad-
iuuare: qui scz statim ceperunt virtute suscepti
spiritus prophetare. Accidit autem q̃d ex istis
septuaginta descriptis duo, scilz heldad et Me-
dad deerant, qui ad tabernaculum non venerãt:
sed in castris resederant: qui etiam in ipsa datio
ne spiritus prophetare ceperunt: et sic absentes
Moralitas. sicut presentes spiritũ domini receperunt. ¶ Itẽ
posset allegari quod spiritus vbi vult spirat et
Joan.3.b non presentiã plus q̃ absentiam requirit: quin-
immo ita bene fluit super absentes qui in do-
mibus suis et in castris huius seculi remanse-
runt. quia scilicet fieri potest quod boni secula-
res qui in seculo remanent, aliquando tantam
portionem spiritus recipiunt: ⁊ ita bene de futu
ris prophetant ⁊ prenosticant: hoc est dictu, ita
bene ad bona vel mala futura, vel ad occulta dei
iudicia inuigilant ⁊ attendunt, sicut religiosi ⁊
clerici qui deo in ecclesia specialiter se dederũt.
A Apud deũ em̃ nõ est distinctio iudei ⁊ greci: vn'
Ro.3.d em̃ dñs est omnium. ¶ Uel dic ꝙ illi duo non re-
Aliter. manserũt ex contẽptu: sed q̃ indignos se ad po-
puli regimen iudicabãt. Et iõ dico ꝙ isti ita bene
inuenti sunt ꝓphetasse sicut alij: ad denotandũ
ꝙ illi qui se indignos reputant, non sunt repu-
diandi ex hoc: sed vna cum alijs: spũ. s. per ordi-
nationẽ ⁊ ꝓmotionẽ implendi. Quia scz s̃m Greg.
Ad eccl'iasticas ꝓmotiões sũt illi q̃ se retrahũt im
pellẽdi: ⁊ illi q̃ se ingerũt repellendi. ¶ Uel si vis Aliter.
potest istud dici ꝓ illis q̃ a tabernaculo. i. a pro-
prijs bñficijs se ex causa legitima absentãt: ⁊ in ca
stris. i. alijs mũdi negocijs seu etiã in studijs vel
in proprijs matrimonijs se occupãt: q̃ scz si cau-
sam iustam habeant, spm̃ sanctum ad diuinam
gr̃az recipe nũq̃ cessant. ¶ Hic ponit ꝙ cum Jo- Eodẽ.c.k.
sue videret heldad ⁊ Medad ꝓphetare ĩ castris:
visus fuit exinde dolere: ita ꝙ pre inuidia quam
habebat super supernã gr̃am, dicit, Moysi ꝑ hec
verba. Domine mi Moyses prohibe eos. Q̃d tñ
non fecit, sed ipsum potius de inuidia quam ha-
bebat super supernã gratiã reꝑhendit. ¶ Sic ve Moralitas
re multi sunt q̃ dolent si vident alios aliqua spe-
ciali gratia precpollere q̃ reuera sunt reprehendẽ
di: ⁊ ad considerationẽ diuine mie inducendi. Uñ B
moyses ait. Quis tribuat vt omnis ppl's prophe
tet: ⁊ tribuat ei dominus spiritum sanctũ? Quasi
diceret, omnibus placeret ꝙ sic fiat ⁊c.

¶ Capitu. xij. Textus.

Locutaq̃ est maria ad aaron cõtra moy
sen propter vxorem. Moralitatũ Ca. ix.

H Ic ponitur ꝙ
aaron ⁊ maria inuidebant
Moysi fratri suo: ⁊ locuti
sunt cõtra eum ꝑpter vxo-
rẽ ei' ethiopissaz: dixerũtq̃.
Per solum Moysen locutus
est dominus? Nonne ⁊ no-
bis similiter locut' est? Ac si
recte viderent sibi inuide-
re de hoc ꝙ sibi dñs loquebat: ⁊ ꝙ princeps ⁊ re-
ctor populi habebat. Quapropter maria lepra ꝑ
cussa fuit: ⁊ ꝑ septẽ dies inclusa: ⁊ tãdẽ ad preces
moysi q̃ erat mitissimus sup oẽs hoies, q̃ mora-
bant in terra: ⁊ in tota domo dñi fidelissimus re-
putat': post septẽ dies est sanata. ¶ Istõ applica Morali-
ꝙ inuidia nõ parcit fratribus aut ꝓpinquis: q̃ tas.
scz frater vel soror si viderit fratrẽ suũ in aliquo
ꝓsperari: vel in honore vel i gradu ipsos precelle
re vel eis anteferri solẽt inuidere eis ⁊ q̃nq̃ ꝯtra
deũ murmurare. ¶ Uel s̃m origenẽ, istud põt alle Aliter
gari: ꝙ detractor vñ nocere credit, aliq̃n ꝓficit: ⁊
vbi famã alteri' obnubilare intẽdit, ipsam poti'
augmentat ⁊ extendit: sicut hic patet: q̃ nunq̃
dominus inuenit laudasse moysen sicut hic, vbi
ꝯtra, eũ murmurabat: ac nunq̃ talis seruus fuit
sicut Moyses: q̃ in tota domo mea ita fidelissim' C
est. ¶ Uel põt allegari, quõ murmuratio est ma- Aliter
gnũ crimen, ⁊ maxime qñ detrahit moysi fratri,
amico fideli pariter atq̃ miti: ꝑpter q̃d scz tanta
punitio. s. lepre percussio est secuta. ¶ Uel allega Aliter
quõ mulieres sunt multotiens causa rixe: ꝑpter
vxorem em̃ eius locuti sunt contra eum. ¶ Uel si Aliter
vis dic ꝙ moyses est ꝑlatus: q̃ reuera non dz cu-
rare si fratres, locios suos ⁊ vicinos videt cõtra
se murmurare: sed oĩa debet benigniter suppor-
tare: ⁊ si ĩfortuniũ eis accidat debet ꝓ eis exora-
re: exẽplo Tyberij cesaris: cui cũ q̃dam adulator D
diceret, ꝙ multi de eo obloquebant. Nõ curo (in-
q̃t) q̃ in libera ciuitate libere dñt esse mẽtes ⁊ lin
gue. Bene ergo dicitur. Non queres vltionẽ: nec Levi.19.d.
memor eris iniurie ciuium tuorum.

¶ Capitu. xiij. Textus.

Profectusq̃ est populus de aseroth fi-
xis tentorijs. Moralitatum Ca. x.

Um Caleph et Iosue terram promissionis exploraſſent: ⁊ ad illã occupãdã filios iſrl̃ īducere decreuiſſent palmitem cũ vua ſua collegerũt/ ⁊ eũ in vecte pẽdentẽ per duos homines ın deſertũ por-
D tari fecerunt: et vt populum ſic allicerent/ ſibi
Nu.13.d fructum eius demonſtrauerunt. Ueruntamen ſicut ibi dicitur. Quidam de exploratoribus turbauerunt populum/ et acquiſitionem terre impoſſibilẽ eſſe dixerunt: propter quod ad retrocedendũ ppl̃m in egyptũ cõmouerunt/ dixerũtq̃. Conſtituamus nobis ducẽ/ ⁊ reuertamur in egyptũ. De quo indignatus dñs/ ipſos exploratores ꝑcuſſit: ppl̃m vero ad moriẽdum in soli
Moralitas. tudine condẽnauit. ¶Sic ꝟo duo beati exploratores terre ſancte paradiſi: ſcʒ pr̃ et ſpũſſanct⁹: volẽtes ꝙ popul⁹ fideliũ q̃ ın deſerto hui⁹ mũdi vacabat/ ad iſtã terrã ⁊ poſſeſſionẽ acquirendã inuitaret̃: ⁊ nõ obſtãtib⁹ gigantibus qui ımpediebãt. i. demonib⁹ ordinauerũt ꝙ duo homines ſeu ꝑſone ſcʒ Gabriel ⁊ maria palmitẽ cũ vua. i. dei filiũ cũ humanitate in hoc deſertũ deferrẽt: vt ꝑ hui⁹ bñdicti fruct⁹ ꝑſentiã corda populi ad concupiſcentiã iſti⁹ patrie cõmouerẽt: ⁊ maxime cum iſtum fructum in vecte. i. in cruce pro redẽptione ſua pendentem conſpicerẽt: ⁊ viderent illud quod hic dicit̃. Iſta reuera fluit lacte ⁊ mel-
Aliter. le/ ſicut ex his fructibus cognoſcit̃. ¶Uel dic ꝙ palmes abſciſſa cũ vua pendẽs in vecte eſt chriſtus ⁊ eius ſanguis/ abſciſus ⁊ mortuus pendẽs in cruce. Duo portãtes ſunt duo ppl̃i/ iudaicus ſcʒ et gentilis: ⁊ illi ſcʒ qui de duob⁹ populis crediderunt/ et maxime ſancti patres. Increduli ſignificant iudeos ⁊ gentiles qui credere nolue
E runt: qꝛ reuera ſic factum eſt ꝙ iſti baiuli id eſt apoſtoli ⁊ predicatores vtriuſq̃ ppl̃i/ ſeu profeſſores duplicis teſtamenti: palmitem ſeu botrũ. i. chriſtum pendentem ⁊ crucifixum: id eſt chriſti crucifixi fidẽ ꝑdicauerunt: portando vſq̃ ad deſertum huius mũdi: vt ſcilicet populum inducerent ad credẽdum: ⁊ ad terrã ꝓmiſſionis/ id eſt paradiſum appetendũ ⁊ cõcupiſcendũ. Sed reuera mediantibus aliquibus exploratoribus. i. contradicentibus aliquibus iudeorum phariſeis/ ⁊ aliquibus gentilium philoloſophis multi in incredulitatis vitio remanſerunt: ⁊ egyptũ. i.
Ps.105.c mundum potius elegerũt. Quapropter in deſerto inferni cum ſuis exploratoribus. i. cum ſuis malis ⁊ hereticis doctoribus perierunt. Ps. Pro
Aliter. nihilo habuerunt terram deſiderabilem. Non crediderunt verbo eius: ⁊ murmurauerũt in habitationib⁹ ſuis. ¶Uel dic ꝙ exploratores boni fuerunt apoſtoli. Mali fuerunt phariſei ⁊ heretici. Iſti ergo populum ad terram promiſſionis id eſt paradiſum inducũt: illi vero totis viribus ꝯtradicũt. Sed qꝛ magis malis q̃ bonis credit̃: igitur increduli peccatores morti perpetue in inferni ſolitudine condemnantur. Illi enim qui prelia filiorum enachim gigantum. i. demonum tentationes metuunt/ ⁊ pro terra ꝓmiſſionis et
F pro paradiſo laborare ⁊ militare renuunt in deſerto penitẽtie vel religionis: ſed potius ad egyptum/ id eſt ad mundum vel ad peccatum retro uerti contendunt: non ſunt digni dictam terrã promiſſionis ingredi vel videre: ſed potius temporaliter neceſſe habent ex diuino iudicio deperire. Unde hic dicitur. Non videbũt terram pro qua iuraui patribus eorum: nec quiſq̃ ex illis
mat.22.a qui detraxerunt mihi/ intuebitur eam. Et alibi. Nuptie quidem parate ſunt: ſed qui inuitati fuerant non fuerunt digni ⁊c. vt patet ibidẽ.

¶Capi. xiiij. Textus.

Igitur vociferans omnis turba fleuit nocte illa. Moralitatum Cap. xi. Alit

Idens dñs populum murmurantem voluit ipſum delere ⁊ ꝑcutere: moyſen vero diuitẽ ⁊ potentẽ facere, ⁊ alteri ppl̃o maiori ꝑficere. Moyſes ꝟo noluit: ſed fuſa oratiõe/ ꝓ populo interceſſit: ⁊ irã dei ne deleret populũ/ tẽperauit. ¶Sic vero Mo
ꝑlat⁹ nõ debet populũ ꝓpter quodcũq̃ delictũ dimittere: nec in eorũ ꝯdẽnatione conſentire: ſed potius pro ipſis dominum exorare: quinimmo quãcũq̃ vtilitatem temporalem debet contẽnere vt poſſit ſalutem populo procurare: populiq̃ ſa Mor
lutem ⁊ vtilitatem debet ꝓprie ⁊ priuate ſue vti tae.
litati preponere ⁊ preferre. Unde iſte debet dicere illud Apoſtoli. Omnibus per omnia placeo nõ querens quod mihi vtile eſt/ ſed quod multis
⁊c. ¶Filij iſrael contenebrati voluerunt contra Iu.c.
voluntatem Moyſi chananeum inuadere: dato eodē
ꝙ Moyſes diceret eis ꝙ dominus cum eis nũq̃ eſſet: et ideo qꝛ tunc proprijs viribus confidere videbant̃/ victi fuerũt: ⁊ multi ex eis ceciderũt. ¶Quod ad hoc allegari poteſt, ꝙ ille qui in pro
prijs viribus plus debito cõfidit: ⁊ ſe contra ho Alleg
ſtes ſuos diabolum ⁊ carnem preualere credit, faciliter a tentationib⁹ vincitur: et ab hoſtibus ſpiritualibus ſuperatur: maxime quando domi
nus non eſt cum eo. i. quando ipſum diuina gra Ioan
tia nullatenus comitatur. Unde dicit̃. Sine me 15.c.
nihil poteſtis facere. Et Apoſtolus. Non ſumus ſufficientes aliquid cogitare a nobis tanq̃ ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt.

¶Capl'm xv. Textus.

Locutus eſt dominus ad moyſen dicens. Loquere ad filios. Moralitatum Capitulum xij.

Ic ponit̃ ꝙ quidam inuent⁹ eſt q̃ ſabbato ligna cedebat et colligebat: qui incluſus eſt in carcere quouſq̃ ſcire
tur de eo quid dominus impe Mora
raret. Precepit ergo dominus tas.
quod lapidaretur: et quod propter violationem ſabbati lapidibus opprimeretur. ¶Iſtud applica contra illos qui ſabbata et feſta non cuſtodiunt, ſed in eis opera ſeruilia/ et maxime peccata faciunt et committunt/ et errant: tales enim in inferno lapidabuntur: et lapidi
bus duris, id eſt perpetuis tribulationibus Aliter
obruentur. ¶Uel dic quod ſabbatum ſignificat ſtatum religionis vbi debet eſſe quies/ id eſt tranquillitas affectionis et tribulationis. Qui igitur tale ſabbatum/ id eſt religionis ſtatum violauerit, et ibi ligna collegerit/ id eſt
mundana negocia tractare preſumpſerit/ la Exo.
pidibus dure dei ſententie finaliter ceſus erit.
Unde dicitur. Memento ergo vt diem ſab Aliter.
bati ſanctifices. ¶Uel ſi vis iſtud allega/ ad oſtendendum quod legis tranſgreſſores acriꝰ in principio puniuntur/ vt ſic ipſa lex obſeruari diſcatur: ſicut etiam plurimis antiquorum exemplis patet/ ſcilicet de Romulo: qui fratrem ſuum occidit/ pro eo quod contra edictum ipſe muros vrbis tranſil

lĳt:ꝛ de illo qui filium propriũ peremit/ꝓ eo q̄ꝺ
contra hostes pugnasset/licet victor extitisset.
Aliter. ¶Istud etiã põt allegari/ad probãdũ ꝙ deꝰ an-
tiquitus erat valde rigorosus ꝛ punitiuꝰ: q̃ tñ
modo in tẽpore legis noue est pius/patiẽs ꝛ be-
nignus:q2 lex antiqua dicit̃ lex rigoris ꝛ timo-
A ris. Lex aũt noui testamẽti ð2 lex gratie et amo-
Eodẽ ca.d ris. ¶Hic p̃cepit dñs ꝙ filĳ israel ex quatuor an-
gulis palliorũ suorũ faciant sibĳ fimbriã de vit-
tis hyacinthinis:vt cum eas viderint(inquit)re-
cordentur mandatorum dñi:ꝛ nõ sequant̃ cogi-
tationes suas/ꝛ oculos per res varias fornican
tes:sed recordentur preceptorum domini/et fa-
ciant ea: sintq̃ sancti deo. Quod ſm Comestorẽ
ita stricte seruauerũt pharisei/ꝙ in angulis pal
liorum spinas ponebant/vt eorũ punctionibꝰ le-
gem domini memorarẽt. Et adhuc in pallio quo
vtuntur in synagoga in quatuor angulis vitte
sunt hyacinthine qui quidem pannus coloris ce
lestis est/ad recordatione legis/q̃ de celo eis ex-
Moralitas. titit data. ¶Per palliũ intelligitur conuersatio:
per quadraturã intelligitur quatuor virtutum
cardinaliũ pfectio:p vittã hyacinthinã itelligit̃
celorũ vel celestiũ dei mãdatorũ adimpletio:per
extremitatẽ pallĳ intelligit̃ pseuerãtia sancte cõ
uersatiõis ꝛ cõtinuatio:p spinas intelligit̃ diui-
ni timoris punitio ꝛ stimulatio. Igit̃ dico ꝙ qui
libet debet in pallio conuersationis sue habere
quatuor angulos.i.quatuor virtutes cardina-
les:necnõ cũ extremitate perseuerãtie:cũ vittis
hyacinthinis id est cũ cõsideratiõe celestis vite
ꝛ mãsionis:ꝛ cũ spinis id est cũ timore ꝛ cõpun-
B ctione infernalis dãnationis. His em̃ mandatis
dei recordamur ꝛ ea pficimus:ꝛ cogitatiões ma
las ꝛ vagas nõ sequimur/ſꝫ reprimimꝰ:ꝛ oculos
cordis ne p res varias diuersis desiderĳs for-
nicentur,cohibemus ꝛ reprimimꝰ. Sic etiã deo
nostro sancti sumus atq̃ viuimus. Constat em̃
ꝙ per spinas diuini timoris,ꝛ per hyacinthum
celestis amoris,sensus nostros a malis appetiti
bus cohibemus:ꝛ mandata dei recordamur faci
mus et implemus.

¶Cap.xvi. Textus. Ecce autẽ Chore filius Isnar:filĳ Caath. Moralitatum Cap. xiĳ.

Chore quidã magnus leuitici generis adiũctis si
bi ducẽtis quinquaginta viris,
cũ dathã ꝛ abirõ q̃ erãt inter ru-
benitas maiores, murmurauerũt cõtra moysen ꝛ aarõ cõtribu
les ꝛ fratres suos:ꝛ inuidẽtes ꝙ aaron propter
sacerdotiũ,moyses propter ducatum, plus ce-
teris honorabantur:se ꝛ dictos complices suos
leuitas dignos sacerdotio aiebant. Dathan ve-
ro ꝛ Abiron quia erant de genere Ruben primo
geniti duces debere fieri pretendebant. Igitur
dathan ꝛ abiron ad moysen venire contempse-
runt vocati:sed potius ad resistẽdum sibi, se et
affines suos contribules parauerunt:quapro-
pter orante ꝛ flente moyse,et eorum inuidiã pu-
C niri postulante:factus est vehemens terremotꝰ.
Precepit itaq̃ moyses populo,ꝙ separarent se
a tabernaculis hominũ impiorũ: statimq̃ aper-
ta est terra,et ipsos cum vniuersa supellectili,et
familia ꝛ cõgregatione deuorauit et absorbuit:
et tandem iterum ipsa vorago patula se reclu-
sit. Tunc etiam Chore et illi ducenti qui sacer-
dotium ambiebant,a moyse vocati fuerũt:hau-
sto igne in thuribulo suo,aaron similiter in suo,
coram domino stabant: et quem eligeret domi-
nus in sacerdotem, expectabant. Reprehende-
rat enim eos moyses de huiusmodi ambitione,
dicens. Multum erigimini filĳ leui. Nunquid pa
rum vobis est,quod separauit vos dominus ab
omni populo:et iunxit sibi ꝛ ordinauerit, quod
quilibet cum thuribulo suo coram domino sta-
ret:et volũtatẽ dñi vtrũ illi vel ipsorum aliquis
vel aaron eligi deberet ad sacerdotiũ, expecta-
ret? Tunc ergo cũ terra dathan ꝛ abiron absor-
buisset:ꝛ isti q̃ cũ suis thuribulis stabãt,igne ab
ipsis thuribulis exeũte,sunt corã dño deuorati:
aaron vero inter ignes illesus permãsit. ¶Ista
põt allegari literaliter: q̃ꝺ in quo peccat q̃s,in
hoc etiam punitur:isti enim peccabant appeten Moralitas.
do rem spiritualem, scilicet sacerdotium: ideo
igne tanq̃ re magis spirituali consumpti sunt.
Dathan vero et abiron peccauerunt appetẽdo
rem terrenam et spiritualem,scilicet populi du-
catum:et ideo a terra puniti et absorpti fuerunt
¶Vel dic generaliter contra inuidiam,que non D
potest pati prosperitatem alterius etiam bono Aliter.
rum vel meliorum, vel a deo specialiter electorũ
q̃ꝝ in nullo eos ledentium vel nocentium:sicut
etiam d'ñ moyses legitur dixisse. Ne respicias(in
quit) sacrificiũ ipsorũ:tu dñe scis,ꝙ nec asellum
quidẽ acceperim ab eis:nec afflixerim quẽpiam
ipsorũ. Vñ Seneca dicit,ꝙ si nullos inimicos fa
cit iniuria multos tñ facit inuidia. Isti ergo igne
ꝓprĳ thuribuli.i.dolore ꝓprĳ cordis ꝛ corrosio
ne inuidie cõburunt̃ in hac vita:finaliter ꝟo ab-
sorbent̃ in infernali miseria. ¶Vel dic ꝙ iste due
secte significant duo genera ambitiosorum:qui- Aliter.
dam enim ambiunt ad sacerdotium.i.ad eccle-
siasticum statum:sicut sunt religiosi et clerici:et
isti figurantur in Chore et suis sequacibus/qui
erant leuite. Alĳ ambiunt ad ducatum.i.ad iu-
dicaturas prepositūras ꝛ singularem principa-
tum:ꝛ isti figurantur in dathan et suis compli-
cibus. Omnes enim tales de suis sufficientĳs
presumunt:et se dignos talibus officĳs et stati-
bus esse credunt. Illos vero qui talia officia ex
dei voluntate tenent/despiciunt et contemnunt:
et se eis preficere/ipsosq̃ de suis statibus abĳce-
re conantur/satagunt et contendunt: et eos ha-
bere dominos vilipendunt. Tales ergo presum
ptuosi et rebelles et inuiti ac ambitiosi: qui etiã
vocati a moyse.i.a superioribus/venire nolunt:
sed potius murmurant/rebellant et cõtradicũt
solet dominus terribiliter punire. Ignisq̃ rixe ꝛ E
discordie de suis proprĳs thuribulis.i.de suis
cordibus ꝛ domibus: inter se solet aliquotiens
exire:et ipsos et eorum statum solet consumere
ledere et vorare. Terra finaliter eos deuorat:et
infernus eos deglutit/destruit atq̃ damnat. Et
non solum ipsos sed et eorum sequaces et com-
plices sic castigat. Ps̃. Aperta est terra ꝛ deglu- Ps̃.105.c
tiuit dathã: et operuit super congregationem
abiron. Quia igitur sequaces talium cum tali-
bus pereunt:precepit dominus vt talium cõsor
tia fugiamus:ꝛ q̃ꝺ ab eorum tabernaculis et fa
miliaritatibus recedamus/ne forte cũ eis perea
mus:quia reuera quando videmus conspirato-
res vel detractores contra moysen ꝛ aaron.i.cõ
tra bonos prelatos et principes congregatos
et ad detrahendum et machinandum composi-
tos:non est tutum talibus se adiungere: quia
scilicet prelatis vel principibus preualentibus
contra tales/solent eorum sequaces et compli-
ces penas similes luere vel deflere. Bene ergo
dicit. Recedite a tabernaculis impiorum homi- Nu.16.d
num/et nolite tangere que ad eos pertinent: ne
inuoluamini cum eis. ¶Vel dic ꝙ terra que Da- Aliter.
than et suos suscipiebat:significat ambitiosorũ
terrenam prosperitatem et statum, vel etiam ib-

lam terram vel patriam quam occupāt: que pro
F certo ipsos quandoqꝫ deuorat / inq̄ꝫtum scilicet damnationis et tribulationis eorum materiam administrat. Quod quidem videmus spiritualiter in multis: qui essent boni ⁊ virtuosi: nisi terra id est terre prosperitas et fluctus negociorū ipsos per vitia deuoraret: ⁊ sensum eorum ⁊ ingeniū absorberet. Unde Seneca in epistola. xix. Ingeniosus fuit Methenas magnum exemplū eloquētie daturus / nisi eum felicitas inuoluisset. Quod etiam temporaliter videmus in aliꝭs. Cōstat enim quod de tyrannis et malis dicimus qꝺ propria terra in qua stant / propria ciuitas vel patria quam occupant / ipsos finaliter occidit et deuorat: et eos quandoqꝫ cum suis sequacibus ita tollit de medio / quod nullum vestigium
Aliter. restat. Supra. xiij. Terra quam vidimus / deuorat habitatores suos. ¶ Uel istud allega si vis / cōtra aliquas abbatias vel etiam ciuitates / que scilicet prelatum vel iudicem sustinere nequeūt: sed omnes qui ibi stant / etiam cum afflictionibꝰ
mat. 21. d deuorate contendunt: sicut patet de cultoribus
Aliter. vinee: qui seruos patrisfamilias vnum post aliū occiderunt ⁊c. ¶ Uel dic quod Chore et sui sequaces sacerdotium ambientes / ignem et thuribula habuisse leguntur ad denotādum / quod ambitiosi pro habendis dignitatibus / thuribulis et suffragiꝭs: id est adulationibus et igne, id est muneribus / alios per auariciam inflammantibus vtuntur: et in eis confidere dinoscuntur Cum Chore suiqꝫ sequaces sacerdotium am
G bientes / et añ deum thurificare volentes: iusto ⁊ mirabili dei iudicio igne de suis propriꝭs thuribulis exeūte fuissent combusti / ⁊ propter ambi
Eodē ca. f tionem puniri. ¶ Precepit dñs ꝙ illa thuribula in laminas fabricarentur: ⁊ altari holocaustorū affigerentur: vt sic quicūqꝫ sacrificantes ⁊ vidētes laminas terrerentur ex punitiōe dicti criminis: ⁊ a simili ambitione metu similis suppliciꝭ retraherentur. ¶ Ista autem possunt applicari qꝺ
Moralitas. pena vnius debet esse terror multorū. ¶ Potest etiā allegari ꝓ ꝯsuetudine illoꝝ q̄ sceleratos in locis publicis suspēdūt, vel in locis eorū aliqꝺ signū sue punitiōis ⁊ nequitie cōstituūt: vt oēs q̄ talia signa vidēt / timeant: ⁊ a simili delicto caueāt. Et inde etiā est qꝺ historie antique maloꝝ hominum depingūtur: pro eo ꝙ ex eorum aspectu homines a criminibus coerceantur. Unde etiam de Xerxe rege legimus / qꝺ quendam malum iudicem fecit excoriari: et pelle eius sedem iudicialem cooperiri: filiūqꝫ eius loco eiꝰ iudicē constituit: ⁊ vt in dicta sede super corium patris sedendo / iusta iudicia redderet / imperauit. Hoc ergo fecit: vt quotiens aliquam sententiam daret / punitionis patris sui memoriam haberet: et sic ab iniusticia deuiaret. Igitur dico quod in altari ecclesie debent malorum et ambitiosorum pene scribi et depingi: vt scilicet terrore suppliciorum possint aliꝭ a similibus nequi
H tiꝭs retardari. Quod etiam de altari sacre scripture dici potest in quo pro certo multorum malorum hoim / et suarum punitionum signa et historie recitantᵗ: vt omnes q̄ in tali altari sacrificant. i. qui in sacra scriptura studēt: dū hec aspiciant / terreantur. i. a similibus arceantᵗ. Apoca.
Apo. 18. e Qui in mari operantur longe steterunt ⁊ clamauerūt / vidētes locū incendiꝭ eiꝰ. Aaron qui erat iuste promotꝰ ⁊ a deo electꝰ q̄uis esset in medio eorum qui propter suā ambitionem incēdio periclitabantur, tñ nō legitᵗ esse lesus. Sic vero iusti q̄uis sint in medio malorum igne sue cupiditatis et auaricie, tñ nullatenus leduntur: sed seipsos bonos et synceros seruantes / innocenter viuere comprobantur. ¶ Hic dicitur qꝺ cum

pplᵗs ꝓpter mortē Chore, Dathan ⁊ Abirō ⁊ suorū, vellent Moysen ⁊ Aaron lapidare statim apparuit glia dñi: q̄ ipos fugientes ad tabernaculū cooperuit ⁊ ꝓtexit: populū ꝟo murmurantem ⁊ ad seditionē mouentē, ira dei puniuit ipsosqꝫ incendium mox inuasit. Simile ponitᵗ supra: vbi cū pplᵗs vellet lapidare moysen, apparuit glia dñi: q̄ ⁊ populum terruit, ⁊ moysen de manibus populi liberauit. ¶ Istud etiam allega, ꝙ tunc summa apparet dei benignitas, quando magis instat periculū ⁊ necessitas: tuncqꝫ magis solet auxiliari quando videt bonos ab impiꝭs molestari. Solet enim quandoqꝫ in ipso actu persecutiōis bonos ꝓtegere, ⁊ malos incendio, tribulatiōe ⁊ infortunio molestare. Uñ Apostolus. Facit cū tētatione ꝓuentū. Quod scꝫ in passionibus martyrū cōprobatᵗ pluries accidisse. Uñ dicitᵗ. Justus de angustia liberabitᵗ: ⁊ tradetᵗ impius pro eo. ¶ Cū pplᵗs cōbureretᵗ, ⁊ incendiū pateretᵗ, ꝓ eo ꝙ cōtra Moysen murmurauerunt: Aaron ex precepto Moysi ad locū incēdiꝭ cucurrit, ⁊ stās inter mortuos et viuentes: thymiama deo obtulit, ⁊ orans ꝓ pplᵒ incendiū diminuit ⁊ extinxit. ¶ Sic ꝟo qñ incendiū vitioꝝ vel tribulationū vastat pplm subditorū, statim debet adesse aaron. i. prelatus vel ecclesiasticoꝝ populus, qui ꝓ certo debet contra huiusmodi incendiū concurrere: ⁊ se inter mortuos ⁊ viuentes. i. inter peccatores ⁊ iustos medium ponere: vt scꝫ mortuos possit ad gratiam resuscitare: viuos. i. iustos ne tali incendio pereant liberare. Debet ergo thimiama oratiōis ꝓ populo dño offerre: ⁊ sic poterit vitiorū vel infortuniorū incendium superare. Et sic de bonis prelatis potest dici illud Apostoli. Obturauerūt ora leonum: extinxerunt impetum ignis: effugauerunt gladiꝭ aciem.

¶ Capi. xvij. Textus.

Et locutus est dñs ad moysen, dicens: Loquere ad filios. Mora. Ca. xiiij.

Volēs dominꝰ sacerdotiū Aarō confirmare, ⁊ murmur populi sedare et volens ostendere ipsum Aaron specialissimū electū suū esse. Precepit ꝙ singulas virgas aridas singule tribꝰ cū supscriptiōe singulorū noim tribuū i tabernaculū ponerēt. Aaron autē suā virgā siccā cū inscriptiōe ꝓpriꝭ nominis sue tribus poneret cū eisdē. Cūqꝫ oēs ille virge corā dño per nocte fuissent dimisse: ⁊ in crastinum producte: inuenta est virga aarō germinasse: necnō frōdes ⁊ flores ⁊ fructꝰ: scꝫ amigdala protulisse. Quo signo sacerdotium aaron fuit a domino confirmatum. Uirga quoqꝫ sicca q̄ floruit est in tabernaculo ⁊ in arca ad ppetuū monimētū reposita. ¶ Sic vero si tu vis scire qui sacerdotes, idest superiores ⁊ prelati debent esse a deo preelecti: respice virgas eoꝝ idest iusticiā vel iurisditiōes quibus regunt populum: et ille cuius virga. i. iusticia erit arida sine humore carnalis affectionis: recta sine curuitate vel declinatione personalis acceptionis: germinans per bonam cogitationem, frondens per latam dilectionem, florens per bonam conuersationem, fructificans per bonam operationē. Talis pro certo erit aaron dei electus, idest prelatus ⁊ bonus, dignus, sufficiens ⁊ acceptus. Aliꝭ vero quorum virga seu iuridica iustitia remanet sicca: ⁊ a germine, fronde, flore, fructu predictis sterilis et vacua, digni sunt repudiari a sacerdo-

C dotio ꝑlatiõe ⁊ ꝓmotione vel officio retropelli:
⁊ sic poterit illis dici illud: Uirga eq̃tatis virga
Heb.i.b regni tui ⁊c. Et dic ꝙ aaron interpretatur mons
fortis: ad denotandũ ꝙ prelatus q̃ tali virga iu
dicat, est vt cõiter mons. i. altus ⁊ honoratus: et
fortis. i. solidus ⁊ cõfirmatus: q̃ scʒ tales quoꝝ
iustitia talis est, vt premissi sunt apud hoĩes alti
⁊ honorati ⁊ in statu suo timere debet, qui scit et
vult iustitiã exercere, ⁊ virgã floridã ⁊ fructife=
Eze.19.e rã dño p̃sentare. Unde dicit. Facte sunt ex eo vir
Aliter. ge solide sceptrũ dominãtũ. ¶Uel dic ꝙ Aaron
significat populũ iudaicũ. Uirga sicca significat
virginem benedictã Mariã, ab omni humore car
nalis voluptatis penitus alienã. Ista ergo sicca
germinauit, floruit, fronduit, fructificauit. i. vir=
go concepit peperit ⁊ generauit illũ q̃ est germẽ
gratie, fons letitie, flos mũdicie, fruct⁹ iustitie,
id est dei filiũ benedictũ Christũ. Christus amig=
dalũ põt dici: qui est fructus medicinalis: pro eo
ꝙ iste mundũ sanat ⁊ redimit a morbo peccati ⁊
nequitie. Et breuiter aliĩs virgis. i. aliĩs virgini=
bus siccis ⁊ sterilib⁹ manentib⁹: ista sola floruit
⁊ sine semine viri deũ ⁊ hominẽ, parturiuit. Unde
vult accipere/nō dz peccatori violētiā facere:sed
potius ꝙ volūtarie pign⁹ offerat expectare:do=
mū cōsciētie sue nō dz intrare/de peccatis nimis
ꝓfunde inquirēdo : nec circūstātias ignotas in=
uestigare:ne scz ipsum ad similia moueat pecca=
ta que non nouerat perscrutando. Melius ergo
est quod illud quod quis nobis offert expecte=
mus/q̄ꝙ nimis profunde indagemus. Unde di=
A citur. Nō queras iniquitatē in domo iusti. Mul
pro.24.b ta alia ponuntur hic:sed vide ea Leui.xix.ꝛ ali=
bi supra tacta ꝛc.

¶Capitulum xxv. Textus. Si fuerit causa inter aliquos/et interpellauerit iudices. Moralitatum Capitulum xij.

Um aliq̇s sine li=
beris decedebat:frater ipsi⁹ debe
Eodē.c.b bat vxorē ei⁹ accipere:ꝛ semē fra
tris sui mortui suscitare. Uxor
em̄ ipsa:qḋ generabat:nō sibi/sed
mortuo fratri suo attribuebat:
ipsiusq₃ adoptiuus fili⁹ dicebat/q̇ in hereditate
ipsius succedebat. Si vero ipse frater nolebat
vxorē fratris sui accipere/vel semen ipsius su=
scitare:tunc ipsa mulier calciamēta ipsius debe=
bat soluere/ꝛ in faciem eius spuere:ꝛ sic licebat
Allegoria. ipsi ad viri alterius copulā euolare. ¶Dic si vis
allegorice:ꝙ iste vir prim⁹ est p̄latus. Uxor ei⁹ est
prelatio:semē ei⁹ sunt subditi:frēs ei⁹ sunt boni
frēs ꝛ socij. Ista ergo est v̄itas:ꝙ q̄n aliq̇s vir.i.
aliq̇s p̄lat⁹ vel bn̄ficiat⁹ morit:tūc necesse est ꝙ
vxor ei⁹ viduata ecclesia vel p̄latio fratri vel ꝓ=
pinquo ipsi⁹/id est alicui q̇ sit de gremio ꝛ cōfra=
ternitate ipsi⁹ ipsi adiūgat:ꝛ ꝙ nō extrane⁹ sed
B magis cōpatriota/cōfrater:cōcanonic⁹ vel vici=
nus ad istius vxoris regimē ꝛ cōnubiū assumat:
a quo scz semē fratris.i.subditi ꝛ defuncti : q̇ cū
pro.18.a mortuo cōmortui erāt/in fide ꝛ morib⁹ suscitent:
Quia scz sicut dr in Prouerb. Frater q̇ adiuuat
a fratre/quasi ciuitas firma. Nūq₃ em̄ dz extra=
neus ad aliquā ecclesiā ꝓmoueri:dū tn̄ i gremio
ꝛ cōfraternitate collegij possit aliq̇s idone⁹ repe
riri. Si v̄o frater hmōi/vcz bon⁹ subdit⁹ nolue=
rit vxorē ducere/nec ad p̄laturā ꝓmoueri:si for=
te nō possit tunc ibidē aliquis idoneus reperiri:
tūc alius remotior poterit eligi ꝛ assumi. Uerū=
tamen ipsa mulier/id est ecclesia:talē se refutan=
tem merito dz contēnere ꝛ conspuere:ꝛ eum cal=
ciamento priuilegiorū nudare/qui scz semē fra=
Aliter. tris:id est subditos defuncti p̄lati noluerit susci
tare. ¶Uel dic ꝙ vir mortuus est mal⁹ prelat⁹:
frater eius viuus est bon⁹ ꝛ gnarus/qui vidēs
fratrē suū.i.p̄latū eē mortuū i.insciū ꝛ ignarū:ꝛ
ꝓpter defectū gn̄atiōis.i.p̄dicatiōis semine de=
nudatū:dz vxorē eius/id est ecclesiā,parochiā
vel diocesim ipsius ibidē p̄dicādo accipere,ꝛ ne
gociū ꝓ suo fratre sumere:ꝛ semen filiorum no=
uorū ipsi fratri suo mortuo spūaliter generare.
Quod si facere noluerit:calciamēta bonorū tē=
poraliū,ꝛ subuentionē eleemosynarū iuste pote
rit ipsa vxor tali fratri vel primo.i.tali doctori
vl p̄dicatori subtrahere:ꝛ in ipsius faciē cōspue
C re.i.ipm publice poterit increpare. ¶Uel dic ꝙ
Aliter. primus vir est Moyses : qui de vxore seu syna=
goga,seu lege antiqua:liberos idest homines in
gratia constitutos generare non potuit:immo si
ne tali semine discessit:qꝛ sicut dicit Apls. Nihil Heb.7.
ad ꝑfectuz adduxit lex. Quapropter frater eius
xp̄s vxorez eius scz synagogam seu antiquam le
gem duxit,tenuit,tradidit:exposuit ꝛ accepit:di
cens illud euāge. Nō veni soluere legem:sz adim Math.5
plere. Et istam vxorem antiquam in nouam nu=
ptam suam:idest in ecclesiam commutauit ꝛ sic
fratri suo moysi semen.i.filios suscitauit,inquan
tum multos filios israel filijs gratie conforma= Math.3
uit:ꝛ fideles ꝛ catholicos esse fecit. Unde dicitur. Aliter
Potens est enim deus de lapidib⁹ suscitare filios
abrae ꝛc. ¶Uel dic ꝙ christus fuit primus,vir q̇
sine liberis,idest fidelib⁹ dr discessisse,eo ꝙ pau=
cos fideles legitur dum viueret conuertisse. Sed
reuera fratres eius apostoli ꝛ predicatores,vxo
rē,eius,idest ecclesiā ꝛ eius regimē acceperunt:ꝛ
ipsi fratri suo mortuo,idest christo,plurimos ge
nuerūt:illos scilicet quos ad fidem ꝛ ad iusticiā Eodē.
conuerterunt. ¶In isto capitulo precepit dñs ꝙ
os bouis triturantis in area messis alicuius nō Mora.
debebat alligari. Non alligabis inquit os bouis
triturantis in area. Unde videt ex scriptura,sup=
ponere:ꝙ in illis partibus non cum flagellis,sed
cum animalibus segetes triturabant. Ista vide=
tur apostolus de predicatoribus exponere:qui
scilicet est quasi bos in area domini pro segete fi=
delium trituranda,ꝛ verbis ꝛ increpationibus
corrigenda:ꝛ a paleis:idest a vitijs segreganda:
quia reuera talis non debet os alligatum habe=
re,ne aliquid comedat. Sed potius licitū est ꝛ iu
stum vt os liberum habeat,idest vt ab illis qui= 1.tim.
bus predicat,victum ꝛ stipendia vite(teste pau= 1.Cor.
lo apostolo)sumat:qui dicit. Dignus est opera= Ibidē
rius mercede sua. Nullus tenetur proprijs stipē Ibidē
dijs militare. Et. Qui seruit altari,debet viuere Aliter.
de altari. Et. Non magnū est si is qui spiritualia
seminat temporalia ꝛ necessaria sibi metat. ¶Uel
istud,potest generaliter allegari de quolibet ser=
uitore vel operario:cui scilicet est in necessarijs
prouidendum,ꝛ in rationabilibus stipendijs cō Eodē.
pensandū. ¶Hic etiā ponitur:ꝙ cū q̇s per iudicē
ad verbera condemnandus erat:numerus plaga
rum ad quadragenarium numerum attingere 2.Co.
nō debebat. De quo etiā dicit apostolus:ꝙ quin
quies quadragenas plagas,vna tamen minus
acceperat:quia scilicet ꝙ vna de quadraginta so
la deficeret,sufficiebat. Quod allegari pōt,ꝙ nū=
q̄ est crudeliter cōtra hominem procedendum:
sed ꝙ semper consideranda est natura,et ei com
patiendum.

¶Capi. xxviij. Textus. Si autem audieris vocem domini dei tui. Moralitatum Ca. xiij.

Ic cōsequēter
ponitur de altari de lapidib⁹
informibus edificādo:de hoc Josue
vide in lib. Josue. Itē de bene
dictionibus ꝛ maledictioni=
bus imprecandis. Circa hoc
aduerte,ꝙ hic imprecantur
alique benedictiōes legem ser
uantibus,ꝛ alique maledictio
nes legē nō seruantibus. Item sciendū,ꝙ alique
trib⁹ israel reputabant ignobiles:qꝛ descēderāt
de ancillis ꝛc. Ueruntamē(vt ponit Comestor)et
ruben ꝛ zabulon,licet q₃ erāt de liberis vxoribus,
etiam tamen qn̄q₃ inter ignobiles habebant. Ru
bē autem qꝛ cubile patris fedauerat:ꝛ zabulon
qꝛ vltimus lye fuerat. Ista igitur fuit veritas,ꝙ

tribus nobiliores cõstitute sunt super montẽ ga
rizim, qđ interpretat̃ diuisio: vt factiones legis
benedicerẽt. Ignobiles steterũt sup̱ montẽ ebal,
Moralitas vt legis trãsgressores maledicerẽt. ¶ In quibus
moraliter notari põt, ꝙ nobilius officiũ est bñdi
cere ꝗ̃ maledicere: ⁊ ꝙ viri spũales ⁊ nobiles et
predicatores, ⁊ qui sunt spũales iudices: magis
student subditos suos ad obseruantiã diuine le-
gis inducere promittendo ⁊ alliciendo amore et
spe premij, ꝗ̃ cõminãdo timore supplicij. Ecõtra
ꝓ ignobiles trib⁹ idest iudices tẽporales ma-
gis ad hoc nitunt̃ subditos compellere ⁊ a malo
coercere maledictiõe ꝗ̃ benedictiõe, pena ꝗ̃ gra
tia, timore ꝗ̃ amore. Boni ergo stant in mõte ga
rizim, q̃ interpretat̃ diuisio: q̄ scȝ isti a mundi tu-
multibus, vitijs ⁊ cõcupiscentijs se diuidũt. Ma
li ꝓ stant in mõte ebal, q̃ interpretat̃ vorago: q̄
ꝑ auariciã oĩa vorãt ⁊ cõsumũt: q̄ isti scȝ ballivi
⁊ iudices seculares, q̃ alios cõpellũt ad bonum:
hoc solũ faciũt ad deuorandũ, ⁊ ad emendas et
Deut. 32. d ad lucra tp̄alia emungendũ, Vñ. Deuorabũt eũ
morsu amarissimo.

¶ Ex ca. xxviij. Textus.

Percutiat te dominus egestate: febri et
frigore. Moralitatum Cap. xiiij.

INter malas im-
precationes seu maledictiones
q̃ filijs israel nisi legẽ seruaue-
rint ꝓmittuntur, dicit̃ sic. Per-
cutiat te dñs egestate, frigore,
febri ⁊ ardore, corrupto aere ⁊
rubigine. Sit celũ qđ supra te
est eneũ, ⁊ terra quã calcas ferrea. Det dñs ter-
re tue imbrẽ puluerẽ de celo: descendat super te
cinis: tradat te dñs corruentẽ ante hostos tuos.
Per viã vnã ingrediaris ad eos, ⁊ per septẽ fu-
gias: omni tp̄e calumniã sustineas: nec habeas q̃
liberet te. Vxorẽ accipias, ⁊ ali⁹ dormiat cũ ea.
Domũ edifices, ⁊ alius habitet in ea. Vineã plã-
tes, ⁊ non vindemies eã: sementẽ multũ iacies in
terrã, ⁊ modicũ congregabis. Oliuas habebis, ⁊
nõ vngeris oleo. Aduena q̃ tecũ versat̃ in terra,
B ascendet super te, ⁊ erit sublimior: tu aũt descen-
des, ⁊ eris inferior. Iste ⁊ multe alie maledictio-
nes imprecantur hic male seruantibus legẽ dei.
Moralitas ¶ Sic reuera hodie partim spũaliter, partim li-
teraliter intellecte, iste maledictiones imprecant̃
illis qui mandata domini vilipẽdunt: q̄ pro cer
to sicut videmus, isti percutiuntur egestate ⁊ fa
me auaricie, febre male concupiscentie, frigore
indeuotionis ⁊ desidie, ardore immũdicie ⁊ ira-
cũdie, rubigine inuidie: ⁊ ideo ipsum celum ereũ,
et terram ferream ⁊ pluuiam puluerеam habẽt:
q̄ celũ efficit̃ eis ereũ. i. durũ, ⁊ nullius influẽtie
emissiuum: et terra etiam ipsis efficitur ferrea ⁊
inutilis sterilis atq̃ sicca. Aer etiã efficit̃ pulue-
re⁹. i. sicc⁹, turbine⁹ et ventosus: et sic habẽt pul
uerẽ ꝓ pluuia, siccitatẽ ꝓ humiditate, pauperta
tẽ ꝓ opulentia. Q̄ pro certo dũ peccatores ab
obseruantia legis ⁊ mãdatorum se retrahũt, oĩa
bona tp̄alia eis deficiũt. Nec a celo influẽtia, nec
ab aere pluuia, nec a terra fructuũ copia sicut ef
Hier. 3. a fet necesse proueniunt. Vñ Hier. Polluisti terram
in fornicationib⁹ tuis. Ideo ꝓhibite sunt stelle
pluuiarum, ⁊ serotinus imber non fuit: et sic sequit̃
ꝙ illi q̃ habẽt oliuas, non vngunt̃ oleo: illi q̃ mul
tũ frumentũ in terra iaciunt, parũ recolligunt.
Illi q̃ habẽt vxores, vituperia icurrũt. Sic etiã
D fit ꝙ tales a suis hostibus ad literã suppeditan
tur: et ipsis depauperatis, aduene q̃ sunt cũ eis,
scȝ vsurarij et extranei de bonis eorũ ditantur.

Quia breuiter concludendo, peccata nostra cau
sa sunt quare paupertates, lites, guerras et vi-
tuperia incurrim⁹: ⁊ totũ fit pro eo: ꝙ diuine le-
gis mandata non custodimus. Hiere. Iniq̃tates Hiere. 5. f
vestre declinauerũt hec: ⁊ peccata vestra ꝓhibue
runt bonũ a vobis: q̄ inuẽti sunt i pp̄lo meo im
pij. ¶ Ista possunt moraliter ⁊ allegorice allega- Allegoria.
ri ꝯtra illos malos ecclesiasticos: q̃ cũ sint filij is-
rael. i. deũ ꝑ fidẽ et scientiã clare videntes, ⁊ he-
reditatẽ ecclesie tanꝗ̃ filij legitimi possidentes:
ipsi tñ legẽ ⁊ mãdata dei nõ custodiũt: quapro-
pter multa mala tp̄alia ⁊ spũalia incurrunt. Et
inde est ꝙ isti hodie patiuntur esuriẽ auaritie, fe
brẽ concupiscentie ⁊c. sicut supra. Et ideo fit ꝙ
celum qđ super ipsos est, est ereũ: idest superiores
sui, scȝ principes ⁊ prelati, sunt eis duri ⁊ crude-
les, ⁊ clamorosi pariter ⁊ brigosi. Terra etiã quã
calcant est ferrea: q̄ scȝ inferior populus qui ꝑ
terrã intelligitur, est eis durus, indeuotus, fer-
reus, et austerus: et quod plus est: isti recipiunt
puluerem pro pluuia. i. temporalia que sunt hic
puluis ante faciem venti recipiũt pro celesti gra
tia: terrena expectant vel acceptant pro spũali
influẽtia ⁊ ꝓ eterna gl'ia. Finaliter de celo descẽ
det sup̱ eos cinis. i. inferni ardor ⁊ incẽdiũ. Ista
eñ prohdolor se habent ꝑ ordinẽ: q̄ scȝ legẽ dei A
non custodimus, ideo multa vitia incurrimus:
crudeles ⁊ malos superiores, ⁊ rebelles inferio-
res inuenimus: et qđ deterius est, spũalia cũ ter
renis: eternalia cũ temporalibus cõmutamus.
Ecce igitur ꝙ iam ante hostes nostros. s. diabo-
lũ, carnẽ ⁊ mundum spiritualiter corruimus: et
ꝗ̃ꝗ̃ per vnã viã scȝ ꝑ grãm, vel baptismum, vel
per penitentiã cõtra eos veniamus, ipsos tamẽ
non vincimus, imo eos per septem vias. i. per se-
ptem mortalia vitia fugientes, coram eis succũ-
bimus ⁊ perimus. Ita ꝙ iam de nobis potest dia
bolo dici illud qđ ponitur in capitulo preceden-
ti. Per viam vnam venient cõtra te, et per septẽ
fugiẽt a facie tua. Et breuiter omni die patimur
calũniam, et a spiritualibus ⁊ tp̄alibus inimicis,
nullus est qui liberet nos. Quia ad literam, do-
mos nostras, vineas et armẽta, et boues et asi-
nos seculares rapiunt: vxores nostras. i. ecclesiã
et beneficia alieni, id est ambitiosi ⁊ simoniaci au
ferunt a nobis: ⁊ cum eis dormiunt: et aduene q̃
nobiscũ cõuersant̃. i. laici minoris status hoies
super caput nostrũ ascẽdũt: et nos sibi subijciũt
et submittunt, q̃. s. oĩa peccata nostra faciunt. Vñ
Ezechi. Scelus tuũ et fornicationes tue fecerũt Ezech. 23. c
tibi hoc. ¶ Vel dic alio modo ꝙ iam in ecclesia ce Aliter.
lũ i. deus noster est ereus. i. durus et siccus per
sue gracie subtractionem. Terra. i. populi sub-
diti, videntur ferrei, per obstinationẽ et indeuo B
tionem. Pluuia. i. doctrina videtur puluerea et
cinerea, ꝑ auaricie finalẽ intentionem. Scientie
enim et doctrine ecclesie q̃ per pluuiã designant̃,
pulueree sunt: in quãtũ. s. ad aggregandũ pulue
rẽ diuitiarũ ordinant̃: vt ptȝ de scientijs ciuilib⁹
⁊ mundanis. Ita ꝙ ecclesia iam põt dicere illud
Iob. Ecce nunc in puluere dormio. ¶ Vel etiã ꝑ Iob. 7. q
puluerem accipere possumus bona tp̄alia: q̄ scȝ Aliter.
ita est ꝙ tota pluuia. i. tota consolatio nostra est
est in puluere acquirendo, et terrenorum cinere
colligendo. Esa. Serpenti puluis panis eius. Esa. 65. d
Quid plura? Iam videm⁹ ꝙ in ecclesia p̄dicato-
res multũ semẽ bone doctrine seminãt: parũ ta-
mẽ de fructu salutis animarum reportant. Mul-
tas habet ecclesia oliuas et vineas. i. multos di-
uites pingues: q̃ tñ oleũ eleemosynarũ, et vinũ
ꝯsolationũ alijs nõ distillãt. Vñ Abacuk. Non Abac. 3. d
erit germẽ in vineis. Mentietur op⁹ oliue, et ar-
ua non afferent cibum.

¶ Moralitatum libri Deuteronomij Finis.

Liber sextus moralitatum super Josue.

Capitulũ. ij. Textus.

Misit igitur Josue fili⁹ Nun de sethim duos viros explora. Moralitatum Capitulum j.

C
Um mortuo Moyse, Josue fact⁹ pnceps
populi israelitici populum
per iordanem vellet tradu
cere in terram promissiõis,
⁊ ante oĩa ꝓponeret ciuita
tẽ hiericho destruere: misit
illuc certos exploratores.
Qui cum a rege ciuitatis
quererentur ad mortem: raab meretrix ipsos in
domo recepit, ⁊ sub stipula ligni ipsos in solario
abscondit: ⁊ sic inuestigãtes illusit: ⁊ ipsos fugis
se dissimulans: ipsos ꝑsequi ꝑsuasit. Quibus fa
ctis exploratores mõtana ascẽderũt: ⁊ ibi triduo
steterunt: ⁊ tandẽ redeuntibus aliĳs ꝑsecutori-
bus ⁊ nõ inueniẽtibus eos: ipsi ad Josue sine pe
riculo redierũt. Unde qꝛ raab istos saluauerat,
signum sibi dederunt: ꝙ qñ caperet̃ ciuitas, fu-
niculũ coccineũ in fenestra domus sue poneret: ⁊
⁊ secum familiã ⁊ amicos aggregaret, ⁊ sic se et
Josue. 6. d suos a periculo liberaret. Quod vtiqꝫ factũ est.
Quia sicut dr̃. Cũ caperet̃ ciuitas, viso fune ad fe
nestram eius pendente, non fuit cõbusta: sꝫ ipsa
Allegoria. cũ amicis fuit liberata, ⁊ ad dei populũ in perpe
D tuũ aggregata. ¶ Allegorice moyses significat
legem. Josue Jesum. Hiericho qui iterpretat̃ lu-
na, significat defectibilẽ mũdũ: exploratores p̄di
catores. Jordanis baptismum. Terra promissio
nis paradisum. Raab ꝟo meretrix est aĩa vel gẽ-
tilitas peccatrix. Funis ꝟo coccineus significat
passionẽ xp̄i vel eius sanguinẽ rubicundũ. Dico
ergo ꝙ moyse mortuo. i. lege cessante, Josue fili⁹
Nun. i. Jesus filius dei patris regimen populi
israelitici. i. populi fideliũ assumpsit, Quem scꝫ ꝑ
fluuiũ iordanis. i. ꝑ baptismum in terram ꝓmis-
sionis. i. in paradisum traducere destinauit. Ue-
rũtamẽ qꝛ ꝓphana ciuitas Hiericho. i. mundus
⁊ malorũ hominũ congeries: isti fideli populo da
bat impedimentũ, voluit ante oĩa ciuitatẽ istam
tollere: cõgeriem malorũ destruere: ⁊ sic eos q̃stũ
Pro. 12. a ad esse infidelitatis ⁊ peccati penitus extirpare.
Uñ in Prouer. Uerte impios ⁊ nõ erunt. Et ideo
exploratores istius ciuitatis. i. apl̃os ⁊ predica-
tores misit: quos raab meretrix. i. gentilitas per
credulitatem ⁊ fidem suscepit: ⁊ eos. i. ipsorũ do-
ctrinam sub stipula ligni. i. sub cordis humilita-
te celauit: ⁊ tandẽ qꝛ istos ceperat, ⁊ eis dederat
funẽ rubeum. i. memoriã sanguinis ⁊ passionis
Exod. 12. d christi in fenestra cordis sui suspẽdens, se ⁊ suos
ab eterne damnationis interitu liberauit. Exo.
Nõ sinet percussorẽ ingredi viso sanguine in su-
perliminari domos ledere. Isti tres explorato-
res. i. sancti predicatores: a spiculatorib⁹. i. a de-
monibus ⁊ tyrannis liberati ⁊ saluati fuerunt:
E montana. i. vite contemplatiue eminentiam ascẽ
derunt: ⁊ dum ibi ꝑ tres dies. i. per tria religiõis
vota contra triplicẽ mundi concupiscentiã ꝑmã-
serunt: qꝛ reuera p̄dicator vel religiosus ab ho-
stibus spũalibus eripitur, cũ ꝑ tria vota religio-
nis ad montẽ ꝑfectionis eleuat̃. Ideo bene dicit̃
Gen. 19. d Geñ. Non maneas in omni circa regione: sed in
Moralitas mõte saluũ te fac. ¶ Uel dic moralr̃, ꝙ dũ Jesus
saluator noster ciuitatem diaboli ⁊ congeriẽ vi-
tiorũ vult i nobis destruere: ⁊ per iordanẽ. i. per
fluuiũ lachrymarũ nos ad terrã ꝓmissionis. i.
ad contemplationem paradisi traducere, solet
prius exploratores suos. i. bonas inspirationes
ad ciuitatem cordis mittere. Hos ergo qñ Raab
meretrix. i. volũtas peccatrix recipit: ⁊ sub stipu
la lini. i. sub humilitate ⁊ puritate custodit: ⁊ ad
montana cõtẽplationis transmittit: ⁊ ibi per tres
dies. i. in fide: spe ⁊ charitate ipsos manere p̄ci-
pit: satellites regis hiericho. i. motus malos ⁊ tẽ
tationes q̃ istos bonos exploratores. i. bonas af
fectiones ⁊ inspirationes occidere q̃runt, caute
la salubri deludit. Quapropter ista tandẽ osten-
so fune coccineo seu rubeo. i. recordato diuine
passionis mysterio: seipsam a morte pene ⁊ culpe
defendit: ⁊ ciuitas hiericho in qua ipsa mãserat
i. vitiorum congeries, dei virtute destruit̃ atqꝫ Heb. 11. f
perit. Uñ Apostolus. Fide Raab meretrix non
periĳt suscipiens exploratores cum pace ⁊c.

Capi. iij. Textus

Igitur Josue de nocte consurgens mouit castra. Moralitatum Capi. ij.

A
D hoc ꝙ filij israel terrã promissionis intra-
rẽt, iordanẽ fluuiũ necessario
transire habuerũt, sed sic vir-
tute diuina factũ est ꝙ dũ sa-
cerdotes q̃ portabãt arcã fe-
deris, pedes suos merserunt
in alueo: ipsa aqua siccata est ꝑ transuersum: re-
trocesseruntqꝫ aque supiores, ⁊ a fluxu steterũt.
Aque vero inferiores in mare mortuũ descẽde- Moralitas
runt. ¶ Fluui⁹ iordanis q̃ interpretat̃ riuus iu-
dicĳ, significat religionis vel ecclesie statũ: i quo
quilibet tenet̃ seip̄m tanqꝫ in riuo purificare: et
tanqꝫ in iudicio examinare, ⁊ ad pniam cõdẽna-
re. Apl̃s. Si nosmetipsos dĳudicarem⁹ nõ vtiqꝫ 1. Cor. 11.
iudicaremur. Sic ergo fit ꝙ filĳ israel religiosi ⁊
clerici: qui dei patris spũales sunt filĳ: q̃ in terrã
ꝓmissiõis. i. in paradisum transire volũt: ⁊ ideo ꝑ
iordanẽ religiõis transeũt: ⁊ ꝑ siccitatẽ pnie, ve-
stigia sacerdotum. i. sanctorum patrum, qui ar-
cam fidei catholice detulerunt sequentes, diuine
prouidentie se cõmittũt. Sed ꝓ certo ista est ve-
ritas, ꝙ cũ in isto flumine. i. ecclesia vel religione
sint multe aque. i. multe persone: qꝛ sicut dicit̃ in
Apocal̃. xviĳ. Aque multe sunt populi multi,
quidam scꝫ superiores. i. boni ⁊ iusti: quidam in- b
feriores. i. mali: sic fit ꝙ superiores ⁊ iusti dum in
isto flumine: in fluxu. i. mortalis vite stant in se-
ipsis retrocedunt ⁊ manent: ⁊ fluxum malorum
suorũ appetituũ cohibent ⁊ refrenãt ⁊ sic in dul-
cedine deuotionis ⁊ gratie semper manẽt. Psal. Ps. 113. a
Jordanis cõuersus est retrorsum. Inferiores ve
ro aque. i. mali ⁊ carnales, religiosi ⁊ clerici non
solent stare sed fluere: ⁊ fluxui suoꝝ desiderioꝝ
non resistere, sꝫ obedire: ⁊ ideo ad mare mortuũ
id est ad amaritudinẽ peccati ⁊ inferni solẽt de-
scendere, ⁊ ibidem corde ⁊ corpore declinare. Uñ
Ezech. Aque iste que egrediuntur ad riuulos za Ezec. 47.
buli orientalis: ⁊ ascendunt ad plana deserti in- Aliter.
trabũt mare. ¶ Uel dic ꝙ iordanis significat flu-
xibilitatem huius mortalis vite: vel etiã istũ mũ
dũ in quo sunt duo genera aquarũ, scꝫ secularium
populoꝝ: quidam vcꝫ superiores boni. Aliĳ infe
riores carnales ⁊ mali. Primi igitur sunt boni
actiui: qui stant et in bono perseuerant, ⁊ gratie
dulcedinem in se seruant. Secũdi sunt carnales
⁊ mali, qui ad mare peccati, ⁊ tandem inferni de-
fluunt ⁊ declinãt. Sed pro certo sacerdotes vir-
tute arce federis quam portant. i. sancti patres
virtute

virtute sancte fidei et regule quam obseruāt: nec non filij israel.i.boni religiosi et clerici: qui post eos sub eadem professiōe pambulant: inter istas

V duas aquas.i.inter bonos et malos seculares mirabili distinctione p siccitatē religionis vel pnie seu etiam paupertatis siccitatē transeunt: et pedes suos affectionū in isto mūdi flumine paquā.i.malā cōplacentiā non immergūt: sz ad terrā pmissionis.i.ad vitam spūalem et eternā, sicco vestigio vltra ptendūt. Uñ dr. Diuisa est aqua: et ingressi sunt filij israel p mediū sicci maris: eratqz aqua quasi murus a dextris et a sinistris.

Exo.14.c Aliter. ¶Uel dic qz iordanis riuus diē iudicij significat: vbi p certo arca testamenti .i. xps mirabilem diuisionē faciet et distictionē inter aquas superiores et inferiores.i.inter bonos et malos: quia scz alios faciet sursum cum angelis in gloria stare: alios vero faciet in amaritudinē inferni descēdere. Et bonos seruabit ne defluant: malos vero compellet vt corruant. Unde tūc poterit dñs dicere pplo

Deu.28.e. iusto et populo peccatori illud Deute. Ipse ascendet super te, et erit superior: tu aūt descendes et

Aliter. eris inferior. ¶Uel dic qz iordanis significat baptismū: p quē scz necesse habent transire qui terrā paradisi cupiūt possidere. Sed vere de aquis fluminis.i.de istis qui baptizantur in baptismi flumine: boni et electi: dulcedinem gratie custodiūt: reprobi vo in amaritudinē peccati trāseūt, ita qz illi tanqz superiores stant in gratia: mali vero sicut inferiores descēdunt ad maris naufragia: hoc est ad mūdi delectabilia, et ad vitiorum

A flagitia: et finaliter ad inferni amaritudinē et supplicia. Allega vt supra.

Aliter. ¶Uel si vis dic qz dum sacerdotes.i.viri ecclesiastici et plati sub arca testamenti xpo p deuotionem et oratiōe assistunt: populi subditorū aquarū fluxus et seculi piculū nō incurrunt. Sed dū isti de fluuio exeunt: tūc aque iste ad cursum cōmunē et solitū reuertunt: que p eorū pnīā arcebant. Multum enim pficit presentia bonorum instatu periculi. Ipsorū enim meritis qñqz phibent aque tentationum et tribulationum: q si presentes nō fuerint, statim fluent.

¶Capitu. iiij. Textus.

Quibus transgressis, dixit domin9 ad Josue. Elige duodecim viros. Moralitatum Capitulum iij.

Filij israel trāsacto iordane, ad terrā pmissiōis pcedētes: ruben, gad, et manasses sicut pmiserant pcesserūt: ipsi vero filij israel duodecim lapides de medio aluei p duodecim viros singulorū tribuū sustulerunt: et in loco castrorū deposuerūt: et ibi in signū siccati iordanis et facti miraculi cōstituerūt: et alios duodecim lapides loco istorū in loco vbi sacerdotes cū arca steterant: trāseunte pplo ad ppetuā rei memoriā posuerunt. Tandē vero sicut, hic dicit capi. sequēti: lapideis cultris circūcisi fuerūt et pascha celebrauerunt. Oēs em

B Allegoria. qui in deserto nati fuerāt, incircūcisi erant: et ppter hoc ante terre promissionis obtentū, et post iordanis trāsitū a iosue circūcisi fuerūt. ¶Ista ponunt a sanctis doctoribus allegorice sic. Ruben interptatur videns filiū. Gad q interpretat accinctus. Manasses qui interpretatur obliuio significant patres sanctos noui testamenti et veris: qui scz viderūt filium dei per fidem et cōtemplationem, accincti fuerūt per obedientiam et bo-

ni operis executionem: obliti scilicet mundi per tpaliū cōtēptū et abdicationē. Ps. Obliuiscere populū tuū et domū patris tui. Isti sunt igit qui ar- Ps.44.c

mati virtutibus filios israel.i.fideles xpianos ad terram pmissionis.i.ad celi gloriā pcesserunt: et viam salutis alijs ostenderunt. Uñ isti sunt q dixerūt. Nos etiā armati et accincti pergemus ad Nu.32.c.

bellū ante filios israel: donec introducamus eos in loca sua. Duodecim viri significāt duodecim apostolos: duodecim vero lapides significāt duodecim fidei articulos de alueo sacre scripture assumptos: qui p tāto lapides dicunt: qz ex ipsis tota fidei machina fabricat: et sup ipsis structura virtutū oīm tanqz sup fundamenta solida situat. Uñ ista est ciuitas q habebat duodecim portas: q constāt ex duodecim lapidibus preciosis: et nomina duodecim apostolorū in eis scripta erant: vt dicitur in Apoca. Lapides alij duodecim loco istorum in fluuio repositi, significant doctorū fideliū Apo.21.d. C

expositiones: et libros sacre scripture fluuio fidei additos et adiūctos. Dico igitur qz trāsacto iordane.i.recepto baptismo: si terram pmissionis.i. paradisum acquirere volumus: necesse est qz ruben, gad et manasses.i.patres sanctos et bonos platos predecessores habeamus: et qz eorū exēpla, vitam et vestigia retineamus: necnō qz duodecim lapides.i.duodecim fidei articulos: quos scz duodecim viri.i.duodecim apostoli de scripturarum alueo extraxerunt: fide et opere assumamus: et qz nosipsos cultris lapideis.i.duris penitentie operibus a vitijs circūcidamus: et oportet qz pascha eucharistie, idest corporis xpi assumptionem loco et tpe celebremus. Sic em terram istā obtinere poterimus, et a iosue.i.a iesu salvatore possessionem celestis glorie capere. Deu. Jordanem vos Deu.4.c

transibitis: et possidebitis terram egregiā. ¶Uel Aliter

dic moraliter, qz ad hoc qz homo ad terram pmissionis.i.ad vitam spūalem transacto iordane.i. contēpto seculo pueniat, necesse est qz duodecim articulos fidei credat: et qz p continentiam carnē supercircūcidat, et pascha.i.sacramenta altaris celebret et assumat.

¶Capitulū v. Textus.

Postqz ergo audierunt omnes reges amorreorum. Moralitatum Ca. iiij.

De populo quōD vbi de fructibus terre comederūt, māna eisdem defecit &c. Uide supra Exod. xvj. vbi exposui. Et quod hic agit d celebratiōe pasche vide supra Nu. ix. vbi de quadruplici pascha inuenies. Hic habes qz cū iosue vidisset angelū euaginato gladio, ipm esse āgelū nō recognouit statim imo an nr, an aduersariorū esset, pmit9 inqsiuit. Qui statī se esse principē exercit9 dñi asseruit: et calciamēta de pedib9 solui iussit, dicēs. Solue (inquit) calciamēta de pedibus tuis: locus in quo stas sctūs est. ¶Sic vere qñ aliquis Moralitas.

angelus.i.aliqua affectio, cogitatio vel inspiratio nobis de nouo apparet: non statim debemus sibi credere, nec ipsam recipere: sed potius ipsam debemus examinare et discutere: ne forte angelus sathā in angelū lucis.i.ne fort mala imaginatio in bonā se induerit trāsformare. Sibi igit dicēdū est an noster es an aduersariorū &c. Et si nobis innotuerit qz angelus dñi fuerit, et sancta cogitatio vel sanctū ppositū: sic statim debemus eis obedire: et calciamenta vitiorū et carnalium affectionum a pedibus abdicare: vnde dicitur. No- 1.30.4.a

lite credere omni spiritui:sed probate spiritus
Aliter. an ex deo sint. ¶Uel dic q angel⁹ est noster ami=
cus: qui pro certo statim non est ad amicitiã re=
E cipiendus, sed ante oia examinãdus ꝛ ꝓband⁹:
ꝛ ne forte aduersarius sub amici specie recipiat,
Eccli.6.c. ante oia est perscrutãd⁹: vnde dr. Si habes ami
cũ in tẽtatione posside eũ:ꝛ nõ facile credas ei=
eodẽ.c.c. psuz sibi. ¶Hic vbi dicit, q cũ gustassent filij isrl
de fructib⁹ terre, mãna defecit: inueni notatum
per magistrũ stephanũ de lõgotono, q filij israel
triplici cibo vsi sunt, scz farina cõspersa in exitu
Exo.12.c. de egypto. Item mãna de celo descendẽte. Itẽ de
Exo.16.a fructibus terre promissiõis in deserti termino:
Moralitas. de quo hic. ¶Sic vero boni gñaliter vtunt tri=
plici cibo scie:ꝛ primo farina sublata de egypto
hoc est scia philosophica, q̃ ab ipsis egyptijs .i.
ab ipsis paganis philosophis est iuẽta:ꝛ de egy
pto.i.de mũdo ad nos trãslata. Mãna in deser=
to:hoc est scia theologica, q̃ de celo fuit deriua=
ta et ispirata. Itẽ fructus terre promissiõis, hoc
est scia beatifica q̃ scz habet in terra ꝓmissionis
i.in pꝫadiso. Isti ergo sunt tres panes, de quib⁹
dicerere possum⁹ amico nostro xp̃o illud Luce.
Amice, accõmoda mihi tres panes. Mãna em̃
Luc.11.a. ꝓut ait, ꝓprie sacrã scripturã significat: qꝛ sicut
ille cibus omnẽ saporẽ habebat vt dicit in libro
sap̃.16.c. Sap̃ sic scriptura oẽm virtutẽ cõtra pctm̃ cõti=
net atq3 seruat. Uñ si auar⁹ es, lege ibi. De sub=
ꝓuer.3.b. stãtia tua da pauperib⁹. Si luxuriosus, lege ibi
F Sint lũbi vestri ꝑcincti. Si iracũdus es:lege ibi
Luc.12.e. Desine ab ira, ꝛ dimitte furorẽ. Si mendax, lege
ps̃.36.b. ibi. Noli mẽtiri omne mẽdaciũ. Si superb⁹, lege
eccli.7.b. ibi. Quãto maior es: humilia te in oibus. Et sic
Eccli.3.c. de alijs: qꝛ breuiter illud mãna in omnẽ saporez
vertit: inquantũ in ipsa cõtra omnia pctã reme=
Sap̃.7.d. dium inuenit. Uñ dicit. habẽs omnẽ ꝟtutẽ ꝛ oia
Aliter. ꝓspiciẽs. ¶Uel dic q isti tres cibi significãt peni
tẽtiã grãm et gloriã. Penitẽtia em̃ est sicut fari=
ps̃.41.a. na q̃ aqua lachrymarũ aspergitur: qñ primũ de
sap̃.16.c. egypto.i. de pctõ exitur. Psal. Fuerũt mihi la=
chryme mee panes die ac nocte. Grã vero est mã
Luc.14.a na q̃ de celo mittit, dũ i hoc deserto viuim⁹. Uñ.
Panẽ de celo prestitisti eis ꝛc. Gloria vero est fru
ctus terre, q̃ in terra promissiõis .i. in paradiso
gustatur et comeditur: de quo dicit. Beatus qui
manducat panem in regno celorum.

¶ Capl'm. vj. Textus.

Hiericho autẽ clausa erat timore filiorũ Israel. Moralitatum Cap. V.

G Dominus volẽs ciuitatem hiericho destruere:
ꝑcepit Josue quod archa do=
mini tolleret: sacerdotibusq3
eam portãtibus ciuitas septẽ
diebus et voce submissa et ta=
cite a populo circumiretur. In
die vero septimo ciuitatem septem vicibus cir=
cumirent, et septem tubis fortiter clangerent: ꝛ
alta voce omnes pariter vlularent: et promisit
quod sic muri hiericho funditus corruerent: et
ciuitatem delerent: et ipsam igne comburerent,
et in cinerem commutarent. Precepit etiam do=
minus, q nullus aliquid de bonis ciuitatis sibi
acciperet: sed potius omnia anathematizaret et
respueret, sed aurum et argentum et es illius ci
uitatis in thesauros domini consecraret: que ta
men prius igne detergeret et purgaret. Manda
uit etiam quod illa ciuitas amplius non reedi=
ficaret: atq3 maledictionẽ subiũgẽs, nũciauit q
si q̃s reedificare ꝑsumeret, i ꝓmogenito suo fũda
mẽta ei⁹ iaceret, ꝛ i nouissimo liberoꝝ porte ipsi⁹
cõplerentur. Quod ad literã factum est: qꝛ dum
abiel ciuitatẽ istam reedificauit, fundamentum
eius ponendo primogenitũ suũ perdidit: ꝛ dum 3.Reg. 16.g.
valuã in portis poneret, nouissimũ liberorũ ami
sit. ¶Moraliter hiericho q̃ iterpretat luna, signi Moralitas.
ficat illã diaboli ciuitatẽ, ꝛ ipsius habitaculum
spirituale: qd̃ sibi construit in cõsciẽtia peccatoꝝ
hoc est dictu, congeriẽ vitioꝝ: in qua scz diabol⁹
ponit vitia sicut ciues: ponit malas excusatiões
sicut muros. Ponit malos appetit⁹ sensuũ sicut
portas, q̃ scz proprie hiericho dicit: eo qd̃ ad mo
dum lune eclipsim ꝛ defectũ luminis gratie se=
pe patitur, ꝛ eo qd̃ ꝑ ignorantiã multotiẽs ob=
scuratur. Unde dicitur. Ue ciuitati sanguinum
olle: cui⁹ rubigo in ea ẽ. Ista est igitur nefanda eze.24.
ciuitas, quam dominus mandat omnino destrui
et quam non vult perpetuo reedificari. Et ideo
ante omnia necesse est: si ipsaz volum⁹ destruere:
q eam per septem dies circumeamus, id est q ꝑ
Jordanem septem mortalium peccatorũ, ipsam
conscientie vel anime ciuitatez considerando se=
crete videamus: et q in isto circumitu nostro ar Esa.
cam domini id est charitatem vel gratiam vel
etiam spez venie deferamus. Unde Esaias. Sur
ge, circumi ciuitatem meretrix obliuioni tradi=
ta. Quod cum factum fuerit, necesse est vt septẽ=
plici tuba id est septemplici gemitu pro ipsis se=
ptem mortalibus peccatis personemus, ꝛ q tã=
dem per confessionem vocaliter vlulem⁹: ꝛ q tã=
dem muris id est omnibus excusationib⁹ vitioꝝ
corruentibus et cessantibus: ipsam ciuitatez im=
pie voluntatis per satisfactionem penitus de= iob.42.
struamus: et igne penitentie comburamus, et in
cineribus redigamus id est q nos conuerten=
dos in cinerem cogitemus. Unde Job. Ipse me
reprehendo: et ago penitentiam in fauilla et ci=
nere. Et q etiam per recidiuum peccati ipsam
nunq̃ amplius reparemus. Qui enim istam ci=
uitatem id est ipsam vitiorum congeriem in se=
ipso recidiuando reparat: graue salarium inde
reportat: qd̃ videlicet primogenitũ suũ id ẽ cor esa.
pus: et vltimogenitũ scz spm̃ dãnat. Uñ Esa. Nõ Aliter
sit vltra ciuitas: ꝛ in eternũ nõ reedificet. ¶Uel
dic q primogenit⁹ est gratia baptismalis: vlti= Aliter
mogenit⁹ est vltimũ remediũ .i. penitẽtia: vtrũq3
igitur hõ perdit, dũ ciuitatẽ hiericho .i. vitiorũ
congeriem reedificare intendit. ¶Uel dic q il=
lius ciuitatis diabolice scilicet congeries vitioꝝ
vel conuersationis mundane fundamentum est
mala intentio, vel mali operis inceptio. Edifica=
tio vero portarũ est operis consummatio. Cum
igitur hõ habeat duos liberos .s. gratiaz primo=
genitum et penitentiã vltimũ: constat q gratia
tunc amittitur, quãdo ciuitas diaboli id est cõ=
geries vitiorum concipitur: vltimogenitus ꝟo
id est pnĩa tũc moritur, qñ cũ obstinatiõe vitia
cõsumunt. ¶Uel dic allegorice, q hiericho ẽ mũ
dus q̃ fluit ꝛ refluit sicut luna. Istũ igit voluit
dñs quãtũ ad malas suas ꝯditiões destruere: et Allegoria.
idõ pplz cũ arca .i. subditos ꝛ ꝑlatos ꝑcepit ꝑ cõ=
sideratione circa ciuitatẽ istã ꝛ malas ꝯsidera Cant.3.
tiões ipsi⁹ circuire. Uñ i Cã. Surgã ꝛ circuibo ci
uitatẽ. Et tubicines ẽt .i. ꝑdicatores ꝛ sctõs ordi B
nauit cõtra eã proclamare, quorũ clamor, oro
ꝛ ꝑdicatio muros .i. philosophos ꝛ mũdi defen= ps̃.17.
sores facit q̃q3 corruere, ꝛ eos cõuertẽdo cade=
re: ꝛ sic facim⁹ pplos subditoꝝ ꝯtra ciuitatẽ istã
i. ꝯtra mũdũ ꝛ mũdi vitia ꝑualere. Ista igit ẽ ci
uitas cui⁹ bona nõ sunt ꝯcupiscẽda, nec a filijs
Isrl .i. a viris ecclesiasticis ꝛ xp̃ianis affectãda, sz
poti⁹ anathematizãda ꝛ detestãda: nec ẽt ipsa ci=
uitas .i. ipsa mũdana vita: cũ destructa est ãpli⁹
reparanda. Psalm̃. Destrues illos et non edifica
bis eos. Qui enim ciuitatem hiericho .i. secula=

rem cultū in ecclesia reedificat: primogenitū scilz
naturā, et nouissimū liberorū suorū. i. grām per-
Eodē ca. c dit spūaliter ⁊ necat. ¶ Aduerte tñ ꝙ aurū et ar-
gentū / ferrū ⁊ es q̄ inuēta sunt in ciuitate nō sunt
repudiata / sed in thesauris dñi cōsecrata: qr scꝫ
aurū philosophice sapiētie / argentū eloquentie,
ferrū et es ciuilis seu terrene sciētie / non ex toto
repudiant. Uerū tamē in thesauris dñi cōsecrari
iubentur: qđ fit quādo iste sciētie ad dei laudē et
gloriā ordinant: ⁊ ad regimē ecclesie vel ad ani-
marū salutē spiritualiter reducunt: et qñ a vani-
tate et inani gloria / que talibus annexa est / igne
Eccli. 28. d spiritussancti expiant. Unde Eccli. Argentū tuū
⁊ aurū tuū confla. De raab aūt liberata vide su-
Aliter. pra. ca. ij. ¶ Uel dic ꝙ ciuitas huius mūdi totali-
ter corruet / qñ in septimo die. i. in septima etate
Aliter. tubarū angelicarū sonitus inualescit. ¶ Uel dic
ꝙ dum tuba p̄dicationis septemplicis. i. contra
septē vitia audit: tunc hiericho. i. peccator cōcu-
titur: ⁊ muri excusationis suorū vitiorū soluun-
tur: ⁊ sic filij israel, id est bone affectiones ⁊ virtu
C tes ingrediunt: ⁊ aurū ⁊ argentū. i. ipsius pecca
toris sapiētia et eloquētia a dño cōsecrant: et ad
laudem fidei ordinant: sicut apparuit de Diony
sio et alijs philosophis conuersis: quorū sapiē-
tia et eloquentia proficit christianis: ideo de tali
i. Cor. 15. g tuba et talium cōuersione dicit Apostolus. Ca-
net enim tuba / et mortui resurgent incorrupti.

¶ Capl'm vij. Textus.

Filij autem israel preuaricati sunt mā-
datum. Moralitatum Capl. vj.

Cum dominus
precepisset ꝙ nullus de bonis
hiericho aliquid caperet: sed
potius oia tāꝗ anathematiza
ta ⁊ execrata refutaret: achan
quidā de filijs israel cupidita-
te ductus / regulā aureā ⁊ pal
lium coccineū retinuit ⁊ abscondit: ꝑpter qđ pec
catū populus israel cōtra hay pugnaturus / suc-
cubuit: et fugiens retrocessit: quapropter idem
achan cū sortibꝰ deprehēsus fuisset: ex dei man-
dato lapidatꝰ fuit: bona vero eiꝰ oia vorax flāma
Moralitas. cōsumpsit. ¶ Sic cū dñs filijs israel. i. religiosis
et ecclesiasticis ꝓhibuerit ne bona hierico. i. mū-
di diuitias et vitia cōcupiscāt: sed potius ꝙ ipsa
tanꝗ interdicta repudient ⁊ contēnant: semp est
D ibi achan q̄ interpretat cōuersio. i. semp sunt ibi
aliqui impij et peruersi: qui scꝫ aureā regulā, id
est mundi diuitias ⁊ possessionē per auariciā fu-
rant: ⁊ palliū mūdane cōuersationis per luxuriā
assequunt: sicut ad literā patet de proprietarijs
religiosis ⁊ luxuriosis: q̄ scꝫ auariciā et luxuriā
suā abscondere conant: cum tñ dicat scriptura.
Prouer. 28. d Qui abscōdit scelera sua nō dirigeт in terra. Se-
pe igitur fit ꝙ ꝓpter pctm̄ taliū qui hodie cōtra
mandatū dñi mūdi bona ⁊ vitia retinēt / ⁊ auari-
cie et luxurie studēt: oēs filij israel. i. oēs ecclesia
stici multa dāna sustinēt. Et viri hay / id est secu-
lares cōtra eos p̄ualēt: quapropter ꝓcerto isti in
valle inferni lapidari merent: et oia bona eorū. i.
Eccli. 7. e corpus ⁊ aīa igne ꝑpetuo cōdemnant. Un̄ Eccli.
Aliter. Uindicta carnis impij ignis et vermis. ¶ Uel dic
ꝙ achan q̄ interpretat tētatio est simoniacꝰ cleri
Prouer. 15. d cus vel religiosus: sicut dr in Prouer. Cōturbat
domū suā q̄ sectat auariciā. Iste eñi qñ furat / et
simoniace ⁊ occulte acquirit regulā aureā. i. ali-
quā diuitē abbatiā regularē: et palliū coccineū,
id est aliquā dignitatē episcopalē, archiepiscopa
lem vel ecclesiam: pro qua tñ post mortē in valle
Aliter. inferni merito lapidet. ¶ Uel si vis allega illud:
ꝙ pctm̄ vniꝰ est qñqꝫ ruina multorꝫ: qr scꝫ ꝑpter
peccatū Achan multi de filijs israel ceciderunt.

¶ Capl'm viij. Textus.

Dixit autem dominus ad Josue. Mo-
ralitatum Capitulum vij. E

Josue volens
superare regem ciuitatis
hay / et capere ciuitatē po-
suit certos milites in insi-
dijs / et aggressus est ciui-
tatem. Cum autē rex cum
exercitu suo sibi obuiā oc-
currisset / dissimulauit se fu
gere: et sic ipsum regē cum
populo suo longe ab vrbe distraxit. Tandē vero
clypeum erigens / signū insidijs fecit: quibus ci-
uitatem intrantibus / et se inter regem et ciuita-
tem ponētibus ipsum cum suo populo trucida-
uerunt. ¶ Hoc inueni allegorice sic expositum. Allegoria.
Josue qui interpretat saluator / id est christus:
a principio regem hay, id est principem mundi
diabolum debellare proposuit: et a principio cō-
tra eū milites .i. insidijs latētes posuit, id pro-
phetas cum suis occultis enigmatibus ordina-
uit. Tandem vero carnem assumēdo / se infirmū
et fugitiuum dissimulauit: et se ab isto rege dia-
bolo et membris eius inuadi et crucifigi permi-
sit: sed tandem per resurrectionē reuertens / ⁊ fi-
dei scutum erigens suis fidelibus signū fecit: et
sic de isto rege diabolo triumphauit: et ciuitatē
suam / scilicet gentilitatē igne charitatis succen-
dit: et ipsam per fidem spiritualiter occupauit.
¶ Uel dic ꝙ iste rex significat mūdi tyrānos qui Aliter.
nunc cōtra iosue. i. cōtra christū et bonorū exer-
citum audacter progrediunt: quos christus nūc
fugere / et peccata eorum dissimulare videtur: et F
ipse etiam fideliū et bonorū exercitus tūc ab eis
superatur. Sed pro certo isti non aduertunt de
cauda. i. non cogitāt de insidijs que latitāt post
se, scꝫ de morte / iudicio vel inferno: qr scilꝫ finali-
ter iosue. i. christus scutum penitentie sue cōtra
eos erigit: ⁊ dictas insidias que prius latuerūt /
in publicum venire facit: ⁊ ipse magno impetu cō
tra eos prosiliēs temporaliter et eternaliter eos
punit: et eorum ciuitatē / statum et magnificentiā
destruit et cōfundit. Unde dominus cōtra tales
videtur dicere illud Esa. Silui, patiēs fui: quasi Esa. 42
parturiens loquar dissipabo ⁊ absorbebo simul.
¶ Josue edificauit altare dño de lapidibus im- Eodē ca. f
politis: quos ferrum nō tetigit: etiā super illud
deuteronomiū legis scripsit, ⁊ super illud holo-
causta et pacifica immolauit: et ad benedicen-
dum legisfactoribus, et maledicendū legis trās-
gressoribus: tribus nobiles et ignobiles super
montes ebal et garizim altrinsecus ordinauit,
sed omnia ista iam superius sunt moralizata: sci-
licet de altari faciendo de lapidibus impolitis: ⁊
de benedictionibus et maledictionibus ⁊c. Hoc
solum adde hic ꝙ altare istud cōtinebat duo, sci- Deut. 28. a
licet scripturā interius sculptam, et sacrificia ex-
terius oblata: significans ꝙ prelatus vel eccle-
siasticus qui per altare intelligitur: debet habe-
re interius scripturam, id est diuine legis scien-
tiam et noticiam: exterius vero debet habere sa-
crificia, id est bonorꝫ operum opulentiā. Unde G
Ezechi. Erat liber scriptus intus et foris ⁊c. Ezechi. 2. d

¶ Capitulū ix. Textus.

Quibus auditis cuncti reges. Mora-
litatum Capitulum viij.

Gabaonite au-
dientes quomodo Josue
duas ciuitates destruxe-
rat: ⁊ ꝙ ex dei mãdato nul-
li ꝑsone vel sexui parcebat:
et qđ ipsi erant de populo
quē dñs occidi mandaue-
rat: cogitauerũt quomodo
callide cõfederarēt se sibi.
Acceperũt igiꝰ vtres veteres: ⁊ pãnis veteribus
et antiquis calciamētis se induerũt: panē cõmi-
nutum ⁊ siccũ in suis cistarcijs habuerũt: ⁊ sic de
terra longinqua se venisse/ pacēq; cũ ipsis quere
re ex his ꝑsumptionibꝰ cõfinxerũt. Quapropter
pactũ cum eis de ipsis non occidendis Josue et
filij israel fecerũt/ ⁊ iurauerũt. Uerũtamē caute-
la cognita de pacto et iuramento/ penituerunt:
quapropter nõ ipsos socios/ sed seruos habere
voluerũt: ⁊ ad cedenda ligna ꝓ sacrificijs/ necnõ
et ad aquã portandum ipsos ꝑpetue ordinaue-
runt: ⁊ eos nathinneos appellauerunt: et sic sub
Moralitas. ingo suo viuere permiserunt. ¶ Isti gabaonite
significant hipocritas: q̃ reuera sunt de illis qui
a dño exterminari mandanꝰ: ⁊ q̃ cũ filijs israel. i.
h cum bonis in ecclesia vel paradiso pacē habere ⁊
hereditatē vetanꝰ: ⁊ quia Josue. i. a bono prela-
Job. 17. b to recipi vel diligi prohibenꝰ. Unde Job. Inno-
cens cõtra hypocritã suscitabiꝰ. Sed quid? Pro
certo isti inueniunt modũ mirabilē se cũ iosue. i.
cum prelatis et filijs israel. i. cum viris iustis cõ-
federandi. Uadunt enim ad eos adulãdo / dicē-
tes. De terra longinqua venimus serui tui: pacē
vobiscũ faciētes ⁊ facere cupiētes. Assumunt eñ
vestes veteres. i. pretendũt humilitatē in cõuer-
satione. Calciamēta antiqua. i. pretendunt ma-
turitatē in pedibus. i. in interiori affectione. Pa-
nes siccos, id est pretendunt abstinentiã in cibo
et in refectione. Utres veteres. i. pretēdunt pru-
dentiã. i. scientiarũ exuberationē. Quibꝰ factis/
ita fit ꝙ in Josue et aliorũ, id est prelati et maio-
rum amicitiã recipiunꝰ: et ꝙ a punitione liberi
efficiunꝰ/ dum boni ab oibus existimenꝰ. Per ta-
les eñ fictitias, id est dissimulationes/ acquirũt
sibi amicitias principũ et populorũ: et ideo be-
ne dicunꝰ Gabaonite: qui interpretantur valles
mesticie: pro eo scʒ/ quia isti mestos ⁊ cõtritos se
fingunt: ⁊ quia valles. i. humiles se pretendunt.
Uerũtamē iosue. i. bonus prelatus: quãdo ipsos
id est fictiones eorũ deprehendit: debet ipsos ad
seruiendũ alijs cõdemnare: ⁊ ne sint aliorũ socij/
A seu ne hereditatē bonorũ ecclesiasticorũ cũ filijs
percipiant/ ꝑseruare: vt et sic qui dominari alijs
Job. 8. c mediãte hypocrisi querũt/ coganꝰ alijs subiace-
re. Unde Job. Spes hypocrite peribit ⁊c.

¶ Capitulũ x. Textus.

**Que cum audisset adonisedech rex hie-
rusalem. Moralitatum Cap. ix.**

Gabaonite filijs
israel cõfederati/ ⁊ tabernacu-
li vsibꝰ deputati/ ⁊ a morte ꝑser
uati fuerũt: ꝓpter qđ quinq; re
ges gētiles cõtra eos surrexe
runt ⁊ eos destruere ⁊ debella
re cũ suis exercitibꝰ tētauerũt.
Quod timētes gabaonite/ auxiliũ a iosue et a fi-
lijs israel inuocãt. Qui statim accurrētes/ aduer
sarios exterminãt: et ipsos quinq; reges in spe-
lunca occultari cõpellũt: vbi cũ saxis ingētibus
ad os spelũce deuolutis: ipsos vt nõ exeant in-
cludētes: mane in patibulis suspēdunꝰ: ⁊ sic Ga-
baonitas liberãt ⁊ defendũt: verũtamē hic acci-
dit valde mirabile: qꝛ scʒ dum filij israel in prelio
contra reges essent: ⁊ sol ad occasum appropin-
quaret: ꝓpter qđ ne nocte superueniente hostes
euaderēt iosue dubitaret: rogauit dñm ne sol ad
occasum transiret: sol inquit contra Gabaon ne
mouearis: ⁊ luna contra vallē haylon: qđ ⁊ factũ
est: qꝛ scʒ sol ⁊ luna in locis suis in celi medio per
vnius diei spaciũ steterũt: ⁊ sic obediēte deo vo- B
ci hominis vindicãdi in hostes spaciũ habuerũt:
quapropter diei lumine prolongato/ hostes to-
taliter destruxerũt. Dñs etiã lapidibꝰ grãdinis
multos hostiũ interfecit: ⁊ sic non solũ lumē suis
fidelibꝰ prebuit: sed etiã ipsos iuuit mirabiliter,
⁊ etiã ꝓtexit. ¶ Dic ꝙ isti gabaonite/ qui inter- Moral.
pretanꝰ valles mesticie/ significãt penitētes: qui
scʒ debēt esse valles. i. humiles atq; depressi necnõ
cõtriti flebiles atq; mesti: qꝛ reuera vbi isti de no
no cõfederanꝰ cũ iosue ⁊ cũ filijs israel. i. cũ chri-
sto ⁊ angelis statim assunt quinq; reges gētiles/
id est quinq; corporis sensus: qui cũ exercitibus
diuersorũ malorũ appetituũ ipsos debellare ni-
tuntur. Quod vidētes isti/ statim debēt ad iosue
⁊ ad filios israel. i. christũ ⁊ ad sanctos ꝑ oratio-
nem recurrere/ et eorũ auxiliũ implorare. Qui re
uera statim aderũt ⁊ veniēt: ⁊ istos q̃nq; reges. i.
quinq; corporũ appetitꝰ in spelunca humilitatis
et proprie cõsideratiõis recludēt, ⁊ os spelũce. i.
cor cũ saxis. i. cũ cõsideratione dure dei sentētie
⁊ iusticie obstruēt ⁊ tandē eos per cõtemplatio-
nem suspēdent: ⁊ solē diuine gratie/ ⁊ lunã diuine
misericordie cõtinue astare faciēt: et sic exerciti-
bus vitiorꝫ ⁊ tentationũ deuictis: gabaonitis. i.
ipsis penitētibus pacē reddent. Bonũ est igiꝰ a
Josue/ qui interpretaꝰ saluator. i. a christo salua
tore nostro: et a filijs israel, id est a sanctis auxi-
lium petere: qꝛ reuera alꝰs non possumus ab ho-
stibus spiritualibus salui esse. Unde dicit. Tur- C
ris fortissima nomē dñi: et ad ipsam currit iustꝰ, Puer. 18.
et exaltabitur. ¶ Uel dic ꝙ Josue qui pugnat cõ Aliter.
tra chananeos/ est vir iustus qui pugnat contra
vitia/ ⁊ cõtra malignos spiritꝰ: qui reuera sum-
me debet curare ꝙ sol et luna. i. christus ⁊ beata
virgo sibi velint astare et sue gratie lumē sibi mi
nistrare: vt sic possit quinq; reges. i. q̃nq; sensuũ
cõcupiscentiã cũ exercitu vitiorũ et demonũ su-
perare: ne forte si nox peccati superuenerit, ⁊ lux
gratie defecerit: nõ possit cõtra eos ꝑualere. Isti
igiꝰ inuocati et deuote exorati: statim voci hoīs
obediũt: et ad occasum precedere renuētes/ sibi
astant benigniter ⁊ intendunt: ⁊ lumē sue grē sibi
nõ denegãt/ sed impendũt: ⁊ sic istis stantibus et
astãtibꝰ: isti hostes scʒ tētatiões/ vitia et mũdus,
caro ⁊ demonia: necessario pereunt ⁊ succũbunt:
et maxime qñ lapides de celo mittunꝰ. i. qñ spe-
cialia adiutoria a deo veniũt ⁊ descendũt. Unde
Abach. Sol ⁊ luna steterũt in habitaculo suo: in Abacuc.
luce sagittarũ tuarũ ibunt: in splendore fulgu-
rantis haste tue. ¶ Uel dic ꝙ Josue est ꝑdicator: Aliter.
qui tunc cõtra hostes pugnat, quãdo cõtra eos
predicat: sed quia noctē ignorãtie et culpe sum-
me debet timere et ideo solē et lunã. i. christum ⁊
beatã virginē mariã debet ante oia exorare, vt
sibi velit astare et vt illa duo que ꝑdicatori sunt D
necessaria, scilicet lucem scientie et solem gratie:
velint ipse sol intelligentie Christus, ⁊ ipsa luna
roriflue misericordie beata virgo sibi benigni-
ter ministrare. Unde in Gen. Uidebã solem et lu- Gen. 37. a.
nam et stellas vndecim adorare me ⁊c.

¶ Capitulũ xi. Textus.

**Que cum audisset Jabin rex asor: misit
ad Jobab regē madon. Morali. Ca. x.**

Iosue simili fortuna vigintiquatuor reges cõtra ipsum congregatos in prelium/cum eorũ exercitibus interfecit:⁊ terras eorũ obtinuit et possedit. Et dicitur ibidẽ/ꝙ dñi sentẽtia fuerat/vt indurarentur corda eorũ,⁊ pugnarent ⁊ caderẽt:⁊ non mererent vllam clementiã accipere. ¶Illud potest allegari quomodo occulta dei ꝓuidẽtia operatur in rebus:⁊ quomodo corda hoim interi⁹ ab ipso mouent:⁊ ꝭm sua demerita et infortunia deducunt:vt sic ꝭm sua demerita puniant. Meruerant enĩ isti cũ essent pessimi/interfici:et ideo cum iustũ sit veniã petẽtib⁹ indulgere:iusto dei iudicio ⁊ occulto factũ est:ꝙ dũ isti de viribus et multitudine ꝑsumerẽt:ꝙ cõtra israel dimicãtes ipsorũ gladijs interirẽt:vt sic misericordiã quã nõ quesierãt:nullatenus inuenirẽt. Forte enĩ timore ducti veniã petiuissent/nisi iusto dei iudicio indurati fuissent. Ista enĩ cõtinue perpendimus/qñ hoiem obstinatũ et induratũ ad damnũ suũ currere cernimus:qđ proculdubio ab occulta dei iustitia fieri nullatenus dubitamus. Unde legitur. Indurauit autẽ dominus cor Pharaonis/et non dimisit populum ⁊c.

Moralitas.

E

Exo.10.g

¶Capl'm xij. Textus.

Hi sunt reges quos percusserunt filij israel et possederunt terram eorũ. Moralitatum Capitulum xj.

Iosue terrã acquisitã filijs israel distribuit ⁊ in oib⁹ tribubus israel vrbes leuitis assignauit:sicut infra dr. Postꝗ̃ vero oia dispẽsasset, vltimo possessionem sibi elegit. ¶Sic vere bonus ꝑlatus vel dispẽsator/debet bona sibi cõmissa bonis ꝑsonis singulis ꝭm statuũ suorũ exigẽtiam diuidere:et nõ in primis/sed vltimis partẽ suã ⁊ suorũ accipere:ne forte videat infideliter dispensare/et sibi maius vel min⁹ ꝗ̃ deceat retinere. In omni autẽ tribu.i.in oi laicorũ patria vel cetu debet leuitis et ecclesiasticis habitationẽ assignare:vt q̃ spũalia tribuũt possint de laicorũ tẽporalibus vtcũꝗ nutriri:⁊ vt etiã ipsi laici vbicũꝗ spirituales viros inueniũt/ab eis possint instrui et doceri. Uñ Apl's. Si nos spiritualia vobis seminauimus/non magnum est si vestra temporalia metamus. ¶Uel dic ꝙ terra cordis nostri filijs israel, id est virtutibus habitanda traditur/quãdo chananei.i.vitia exinde penitus expelluntur.

Josue.21.a

Moralitas.

1.Cor.9.b

Aliter.

F

¶Capl'm xvj. Textus.

Igitur sors filiorũ iude per cognationes suas. Moralitatum Capi. xij.

Caleph vero volens accipere ciuitatẽ hebron, quã tres gigantes:scz filij enachim inhabitabãt edictũ et iuramentũ ꝓposuit/ꝙ qui prius vrbẽ percuteret ⁊ caperet/filiã eius Axam in vxorẽ haberet. Cepit ergo vrbẽ othoniel frater caleph:⁊ sic filiã ei⁹ in vxorẽ accepit. In quo ptz ꝙ caleph magis iuramentũ ꝗ̃ legẽ seruari voluit. Cũ igit caleph ciuitatẽ percussis tribus gigantibus filijs enachim possedisset/⁊ filiã suam Axam ꝓprio fratri suo maritasset:suggesta a viro suo/et sedens in asino suspirauit:⁊ terrã irriguã a caleph postulauit/dicẽs. Terrã arentẽ dedisti mihi:iunge et irriguã. Pater autẽ eius suspirijs annuens/sibi dedit irriguum superius et inferius. ¶Caleph qui interpretat quasi omne/deũ patrẽ significat: cui omne cor patet ⁊ ois lingua loquitur. Othoniel frater eius/qui interpretat signũ dei significat dei filiũ:qui etiã in scriptura dicit dei signũ. Esa. Dabit dñs vobis signũ. Ecce virgo cõcipiet filiũ/qui vocabit emanuel. Axa que interpretat furibũda/significat aiam rationalẽ:cui naturaliter inest furor iracũdie ⁊ cõcupiscẽtie:nihilominus ista est rõne imaginis filia dei pris. Hebron qui interpretat incantatio significat mundũ:qui scz incãtat ⁊ decipit cor humanũ. Enachim q̃ interpretat terribilis significat diabolũ/cui⁹ tres gigãtes filij enachim significãt triplicẽ concupiscentie appetitũ. Asinus vero laborib⁹ dedit⁹, significat corpus humanũ. Dico igit ꝙ Caleph de⁹ pater a principio statuit ⁊ ꝓposuit:ꝙ q̃ ciuitatem mũdi caperet:et qui eã sue fidei subiugaret:⁊ tres filios enachim diaboli/id est tria peccata principalia/scz luxurie/supbie ⁊ auaricie exinde tolleret ⁊ deleret. Uerũtamẽ quia nõ inueniebat aliquis cõueniens ad illud opus tam arduũ faciendũ,nec ad salutẽ humani generis ꝓcurãdam:oportuit ꝙ proprius filius suus,scz Jesus christus fili⁹ dei illud faceret ciuitatẽꝗ mũdi per fidem caperet:et destructis tribus ꝑdictis gigãtibus/ipsam patris dominio subiugaret. Qui qr carnẽ assumẽdo ⁊ crucẽ subeundo cõpleuit:ideo Axam filiã dei patris,id est aiam humanã in vxorem accepit:⁊ eam bellando cõtra gigantes hebron.i.cõtra mundũ ⁊ demones acquisiuit. Unde dicit. Sponsabo te mihi in fide. Et alibi. Michol despondi mihi centũ preputijs philistijm. Michol aũt filia regis erat. Quid ergo? Pro certo ista axa.i.anima:sedẽs modo in asino corporis dum hic viuit:ad instinctũ viri sui christi dibet a patre suo deo spirituale irriguũ postulare, dicẽs. Terrã arentẽ.i.cor indeuotũ ⁊ siccum dedisti mihi:iunge et irriguũ,id est da mihi mentẽ humilẽ et deuotã:et sic ipse pater suus deus dabit sibi irriguũ superius ⁊ inferius.i.deuotas lachrimas pro dilatione patrie superioris,⁊ ꝓ incolatu miserie inferioris:vel pro bonis omissis/⁊ pro malis cõmissis vel ꝓ amissione glorie/et acquisitiõe infernalis pene. ¶Uel illud duplex irriguum,significat dulcedinẽ cogitationis in intellectu/dulcedinẽ dilectiõis in affectu. Uel duplex irriguũ,id est duplex gratia:scilz superior que fuit bona:et inferior q̃ inclinat ad mala. Uel ista sunt duplex mandatũ dilectionis scilz superius, qđ est amor dei:⁊ inferius,qđ est amor proximi. Uel ista sunt visio deitatis et visio humanitatis. Ista enĩ sunt quedã irrigua:pro quibus habendis deuota dei filia gemebũda suspirat:⁊ ipsa toto corde desiderat et affectat. Unde Job. Anteꝗ̃ comedã suspiro:et quasi inundantis aque rugitus meus:⁊c. Et sic de ista filia scilicet de anima et de suis irriguis/poterit dici illud Hiere. Erit anima eorũ quasi hortus irriguus:et vltra non esuriet. ¶Uel possunt ista allegari ꝙ iuramentũ qñꝗ prefertur legi:⁊ ꝙ tolerabilius est quãdoꝗ frangere legis ordinationẽ ꝗ̃ proprij iuramẽti fidem/vt patet:quia lex prohibuit ne frater filiã fratris acciperet in vxorẽ. Deus etiã mandauerat ꝙ tot⁹ ppl's chananeoꝝ deleret. Et tñ hic habes ꝙ ꝓpter reuerentiã iuramenti caleph filiam suam fratri suo desponsauit. Et sicut supra dictũ est/populus israel gabaonitis pepercit:⁊ Jepte etiã sicut dicit/propriã filiã immolauit propter

Moralitas.

Esa.7.c

G

Osee.2.d

2.Reg.30.c

D

Aliter.

Job.3.d

Hiere.31.b

Aliter.

A

Josue.9.c

Iudic.11.g

ipsius iuramenti reuerentiam. ¶Uel dic q̄ quili
bet auditor verbi dei debet esse sicut ista filia ca-
leph: quia ad vocem et exhortationem viri sui.
i. predicatoris: debet per confessionem gemere:
et a patre suo duplex irriguū postulare: supe-
rius scilicet gratiam pro predicatore vt bene lo
quatur: et irriguum inferius. i. gratiā pro quo-
libet auditore, vt bene recipiat bonum quod ei
predicatur: et ideo pro isto duplo irriguo habē-
do rogabimus ꝛc.

Judic. i. c. ## ¶Capl'm xvj. Textus.

Cecidit quoqȝ sors filiorū ioseph ab ior
dane contra hiericho. Moralitatū Ca-
pitulum xiij.

Moralitas. HIc in isto capitu-
lo et Judicum fit mentio, q̄ filij
israel ex toto chananeos non
B interfecerunt: sed eos secum vi-
uere permiserunt: ipsos tamen
sibi subiecerunt, et tributarios
fecerūt: et sibi seruire coegerunt. ¶Sic vere
cum filij israel. i. viri iusti de terra mentis sue eli-
minare habeant oēs populos gentiles. i. omnes
actus vitiosos ꝛ mortales: sepe fit q̄ omnes nō
possunt penitus extinguere: immo principaliori
bꝰ vitijs īterfectis, necesse ē aliquos chananeos
id est aliqua vitia in homine remanere. Constat
autem q̄ motus corporū. i. iracūdiam cordis,
leuitatem operis, que quasi sunt connaturalia
homini, non potest homo penitus abijcere ipsa:
debet tñ ratiōis ferule subiugare: et ipsa sibi ser
uire, cōpellere, et tributum vtilitatis impēdere
seu dare. Uitia em̄ que in nobis sentimus, nobis
tributum et vtilitatem impendūt: qñ humilitatē
et nr̄e ꝓprie fragilitatis cōsiderationē in nobis
generant et inducunt: et qñ de proprio casu nos
esse timidos faciunt: et sic ab elatione ꝛ superbia
nos compescunt: vt sic iuxta doctrinam Grego.
homo de virtutibus nō superbiat, qui adhuc vi
uere in se hostes conspicit, a quibus vinci formi
Ps. 58. c. dat. Et sic concludi potest q̄ deus istos hostes
nobiscum permittit viuere: vt discamus de pro-
prijs viribus nō presumere, sed potius in humi
litate ꝛ timore manere. Ps. Ne occidas illos: ne
quando obliuiscantur populi mei ꝛc.
¶Moralitatum libri Josue finis.

Liber septimus moralitatum libri Judicum.

¶Capl'z primū Textus

Post mortem Josue: consuluerūt filij
israel dn̄m dicētes. Moralita. Capl. j.

C
Moralitas. Alij Juda cō
phēderūt Adonibesech re-
gē: absciderūt summitatē pe
Sap. xi. c. dū ꝛ manuū eiꝰ: ꝛ captū i is-
Hie. 50. c. rael ꝺduxerūt: q̄ stati dixit,
Aliter. q̄ illū merito sustinebat, qr
hoc ipm fecerat septuagin
ta regibꝰ: q̄ colligebāt sub
mēsa eius ciboꝝ reliquias.
¶Jstud allega exēplariter: q̄ i q̄ peccat q̄s, i hoc
punit: qr. s. sepe diuino iudicio fit, q̄ hō idē ma-
lū suscipiat ab aliq̄ qd̄ iniuste alijs ipetrauit: iux-
ta illud. Sicut fecit, facite ei. ¶Ul' illud pōt allega-
ri: qñ q̄libet aliq̄d patit, dȝ sua ꝓpria delicta re-
cognoscere: ꝛ se iuste pati aduertere: ꝛ dicere il-
lud. Merito hec patimur, qr peccauimꝰ i fratrē gen. 42.
nr̄m. Est em̄ ꝯsolatio patiēti qñ cogitat se digne Aliter.
pati. ¶Ul' dic q̄ multi tales reges vident eē ho-
die i mūdo: q̄ scȝ de mēsa diaboli reliq̄as. i. diui-
tias recolligūt, ꝛ iō summitatē pedū ꝛ manuū. i.
rectitudinē affectionū ꝛ operū ꝑdūt. Et etiā dic
q̄ iudas est ꝑdicator vel ꝑlatꝰ: q̄ qñ vult adoni-
besech regē. i. pctōrē ꝯprehēdere, punire ꝛ cor-
rigere: dȝ ipm in extremitate manuū ꝛ pedū lede
re ꝛ ꝑscindere: in q̄tū finē ꝛ extremitatē maloru,
suoꝝ affectuū ꝛ opeꝝ dȝ ei ostēdere, nec vitare: ꝛ
extremitatē etiā pene eterne q̄ ipm expectat, ver D
balr declarare: dicēs illd̄. Extrema gaudij luctꝰ
occupat. ꝛ poterit ipȝ i hierl'm. i. i statu grē capti pro. 14.
uare. ¶Ul' dic q̄ extremitas ē vana spes: quā de
pedibꝰ ꝛ manibꝰ. i. affectiōibꝰ ꝛ opibꝰ speramꝰ re Aliter
portare: quā q̄dē vanā extremitatē dȝ ꝑdicator
hoi ꝑscindere: ꝛ vanitatē ꝑsumptiōis ab affecti-
bus ꝛ actibꝰ suis resecare: vt ipm possit i hierl'm.
i. in ꝑadisum humilē ꝛ obedientem habere.

¶Capitulūȝ ij. Textus.

Ascenditqȝ angelus dn̄i de galgalis ad
locū flentiū. Moralitatū Capitu. ij. iosue. 17.

DE iebuzeis ꝛ alijs Moralitas.
infidelibꝰ nō interfectis, sȝ sub tri-
buto redactis: vide Josue. de hoc
q̄ arguēte āgelo ppl'm ꝑ eo q̄ cha
naneos nō extirpauerūt, inceperūt
flere: vt ponit hic. ¶Nō vtiq̄ ad hoc pōt appli-
cari: q̄ cum angelus. i. predicator loquitur: ꝛ pec
cata nostra nobis improperat: peccator flere et
penitere tenetur: transeo illud q̄ dominus etiā
multos chananeos delēdos reliquit: vt in ipsis
filij israel exercitarentur: vt factum armorum E
experirentur: cum secundum Senecam, miserri
ma sit fortuna que inimico caret. ¶Uel ad hoc
potest applicari, q̄ vtile est quādoq̄ homini ini-
micos habere: vt dum habeat quid timere de-
beat, discat se cautius custodire: et vt virtu-
tem suam possit contra eos exercere. Similiter
pretermitto: sed vide in Exod. vbi de hoc, et Jo
sue. ¶Eglon rex moab pinguissimus opprime- exo. 14.
bat populum Jsrael violenter. Nam quia do- iosue.
mino peccauerant, tradiderat eos dominus isti Can.
regi: quia per Aioth filium gera qui vtraqȝ ma-
nu vtebatur pro dextera: volens liberare popu
lum, fecit gladium ancipitem, et captis muneri
bus ad regem accessit: vt sic sub amicitie specie
facilius ipsum regem occideret. Offert igitur
regi munera et ab eo gratiose recedit: sed cito
post, dimissis socijs solus reuertens, regem in
estiuo cubiculo reperit. Cui cum verbum se- Moralitas.
cretum se velle ei dicere assereret: rex vniuersos
emisit. Quem Aioth solum intuens, ipsum gla-
dio ancipiti transfixit: et occidit: et clausis forti-
ter ostijs, per posteriorem partem domus fugit,
et tandem clangens bucina, Moabitas pluri-
mos interfecit. ¶Jstud potest allegari exem-
plariter: q̄ valde fatuū est cū inimico solū rema-
nere: ꝛ illū amicū credere quē violēter afflixerit. F
Qñ em̄ potuerit ꝛ voluerit dāna tibi dare:
dato q̄ ipȝ videas munera tibi offerre ꝛ amicitiā eccle. 12.
simulare: ꝯstatim q̄ si locū ꝛ tp̄s opportunū in-
uenerit: ꝯtra te stati surget, ꝛ inimicitiā tibi ostēdet.
Jō bñ dicit ille. Uerūtñ cui malefecerȝ nō credas.
Unde Seneca in prouerbijs. Cum inimico nemo
tutus in gratiam redit. Et Ecclesia. Non credas
inimico tuo ineternuȝ. Jn oculis tuis lachrymā-
bit inimicꝰ: et si inuenerit tp̄s nō satiabit sangui
ne tuo. Jllud male audiuerat ille rex ꝑsaꝝ: qui

dato ꝙ cuidā principi propriū filiū comedendū
dedisset:ip̄m tñ ducē exercitꝰ sui fecit/q̄ ꝑsuadēs
Aliter. militibꝰ tyrū in regē constitui:destitui regē aliū
ꝓcurauit. ¶Uel dic spūalr̄:ꝙ eglon q̄ interpre=
tak festinitas inutilis/est caro eius:cuiꝰ scꝫ festū
⁊ delectatio nō valet:q̄ tamē filios israel.i.chri=
stianos ⁊ fideles sibi subiugat:⁊ eos suis immū=
dis suggestionibꝰ opprimit iugiter atq̄ʒ grauat.
Aioth qui interpretak laudabilis/significat virū
iustū ⁊ maxime bonū ecclesiasticū vel prelatum.
Gera q̄ incola interpretak/filiꝰ dicik:pro eo ꝙ iste
peregrinū ⁊ incolā se reputās in hoc mūdo:non
tanq̄ʒ possessor,sed tanq̄ʒ incola cōuersak:ꝓpter=
Eccli.44.a ea a dño laudabilis iudicak.Unde dicik.Laude=
mus viros gloriosos parētes nostros. Ille enim
vtraq̄ʒ manu debet vti ꝓ dextera:q2 scꝫ nulla de=
bet in eo inueniri sinistra vel vitiosa operatio/sꝫ
cūcta dextera et virtuosa.Dato eñ ꝙ vir ꝑfectꝰ
vtrāq̄ʒ manū habeat/tam dexterā q̄ʒ sinistram.i.
dato ꝙ vtrāq̄ʒ discretionē habeat/scilꝫ ad mini=
strandum spūalia ⁊ terrena:vel dato etiā ꝙ duo
G opera exerceat/scꝫ contēplatiōis ⁊ actionis. Uel
dato ꝙ duplici sciētia polleat,scꝫ speculatiua et
practica:nihilominꝰ tñ vtraq̄ʒ dꝫ vti ꝓ dextera:
inquātū etiā opera sua q̄ sinistra.i.minꝰ idonea
videbank,ad dei laudē ⁊ aīe salutē ordinat:⁊ sic
Rom.2.d ipsa facit esse dextera atq̄ʒ sancta.Apl's.Si p̄pu=
ciū iusticias legis custodiat:nōne preputiū illiꝰ
in circūcisione reputabik?et sic fit de illis de qui=
Iudi.20.b bus dicik:ꝙ in Gabaa erāt septingēti viri ita si=
nistra vt dextera preliātes.Gladius anceps quē
iste habet,significat penitentiā:que est anceps ꝑ
quos interius ꝑ cōtritionē scindit:et exteriꝰ per
satisfactionē ledit. Et etiā iste gladiꝰ est oratio,
que ꝓ eo dicik biceps:q2 deū reconciliat : hostes
vero spirituales impugnat. ¶Dico igitur ꝙ qñ
aioth.i.vir ꝑfectus q̄ pōt dici laudabilis ⁊ pere=
grinus:et q̄ vtraq̄ʒ manu.i.in omni suo opere in=
uenik dexter ⁊ virtuosus:vult superare eglon.i.
inutilē festiuitatē et gloriā carnis sue:et de eius
potestate filios israel.i.affectiones ⁊ motus ani=
mi liberare:dꝫ ipsum secrete percutere ⁊ afficere
gladio ancipiti orationis vel penitētie:ita ꝙ pin
guedinē delitiarū suarū debet restringere:⁊ ster
cora diuitiarū extra proijcere ⁊ horrere:et tan=
dem ostia sensuū a mundi delectabilibꝰ claudere
H et ip̄m mortuū.i.ipsam carnē mortificatā dimit=
tere et abire.Tali enim gladio caro mortificak ⁊
spiritualiter occidik:⁊ israel.i.mēs a peccati ser=
Rom.6.d uitutibꝰ liberak.Unde apl's.Liberati a pctō/ser=
Aliter. ui aūt facti deo. ¶Uel dic ꝙ rex iste est prelatus:
aioth eñ est ambitiosus qui regē suū.i.prelatū
occidere ⁊ capere cupiens/gladiū ancipitē.i.lin=
guā adulatricē sibi acuit:ipsamq̄ʒ ad vtrāq̄ʒ par=
tem nunc ꝓ primo/nūc cōtra secūdum:qđ magis
credit placere scindere:et loqui instruit vtrāq̄ʒ
manū ad diligendū:obsequendū in dexterā con=
uertit ⁊ etiā se esse totū dextrū ⁊ ꝟtuosuꝫ/⁊ nihil
habere sin strū vel vitiosum dissimulat ⁊ preten=
dit:munera etiā p̄parat/q̄ ante oīa p̄mittere nō
postponit:tandē vero oblatis muneribꝰ iste solet
secretū colloquiū petere:et tūc solet regē.i.p̄la=
tum gladio lingue ancipitis ⁊ adulatricis ꝑcute
re:⁊ ip̄m gladiū in cor ipsius infigere:et ita solet
eum decipere/et spūaliter occidere:⁊ se libertati
(obtēto bñficio vel dignitate) restituere vel am=
Tob.1.d bire.Uñ Tob.Occiderūt regē filij eiꝰ. Uidemus
enim hodie multos reges.i.multos magnates ⁊
p̄latos mortuos effeminatos iacētes:et per gla=
dios ancipites linguā adulatorū ⁊ maloꝝ ꝯsilia
torū suoꝝ/miseros et languētes et nulla virtute
pollētes:sed in vitijs mortuos et fetētes.Cōstat
eñ hodie ꝙ tales gladij sunt causa mortis ⁊ ꝑdi
psal.149.b tionis oīm superioꝝ. ¶Uñ in psal.Gladij ancipi=
tes in manibꝰ eorū/scꝫ adulatorū.Ad alligādos
reges eorū in cōpedibꝰ:et nobiles eorū in mani=
cis ferreis. ¶Uel dic ꝙ aioth est laudabilis p̄di= Aliter.
cator:qui cū gladio ancipiti verbi dei preliak cō
tra eglon.i.cōtra peccatorē/vt eū occidat spūali A
ter et cōuertat:primo tñ debet vti muneribꝰ/vt
ipsum ad gloriā alliciendo:tandē gladio aspere
correctionis ip̄m per tormēta inferni deterrēdo.
Uñ apl's.Uiuus est sermo dei et efficax:et pene= Hebre.4.c
trabilior omni gladio ancipiti. ¶Uel dic ꝙ iste Aliter.
rex est diabolꝰ:q̄ dicik rex sup oēs filios supbie. Iob.41.d.
Contra quē pugnat p̄dicator gladio verbi dei:⁊
etiā iustus cū gladio penitentie et orationis ⁊c.
¶Sicut hic patet sangar q̄ iudicabat israel : nō Ca.iij.d
legik cū gladio aliquē hoiem occidisse:et tñ cum
vno vomere qđ est instrumentū hebes/rude ⁊ nō
acutū:dicik sexcētos hoies ꝑemisse. ¶Et hoc ad Moralitas.
hoc pōt applicari/ꝙ qñq̄ʒ in correctione vel pre=
dicatione plus ꝓficit ad alios occidendū.i.corri
gendum vel cōuertendum hebes verborū rudi=
tas/q̄ʒ acuta scientiarū subtilitas:et plus iuuat
benignitas resecata/q̄ʒ seueritas exacuata. Ita
ꝙ plerūq̄ʒ vtile imo necessariū est excōicationis
vel aspere correctionis gladiū recondere:et cū
vomere dulcis et blandientis exhortationis ho=
stes,id est vitia et demones/ac etiā ipsos pecca=
tores et impios impugnare.Ideo petro pastori
ecclesie dictum est,Pone gladium tuum ⁊c. Mat.26.e

¶Capl'm iiij. Textus.

Addideruntq̄ʒ filij israel facere malū in cōspectu do. Moralitatum Ca. iiij.

DEbora prophe B
tissa vxor lapidoth iudicabat
ppl'm israel sedens sub palma.
Cū igik iabin rex chanaan mi=
sisset zizarā principē exercitus
sui ꝯtra ppl'm dñi vocauit del=
bora barach filium abinoem:⁊
cōstituit eum principē populi vt cōtra zizarā di=
micaret. Adiecit tñ ⁊ dixit sibi ꝙ victoria sibi nō
abscriberek sꝫ ꝙ mulier de zizara triūpharet.Qđ
scilꝫ factū est:q2 tandē cōmisso p̄lio zizara pedes
fugiebat.Iahel aūt vxor aber cinei ip̄m recepit:
aquā petēti lac dedit et dormientē occidit:et ca=
put eius clauo tabernaculi cū malleo ꝑforauit.
¶Illud quidā exponūt allegorice. Dicūt eñ ꝙ Allegoria.
delbora q̄ interpretak loquēs seu apex:significat
legē diuinā/que de fidei et virtutū apice loquik.
Que ꝓphetissa dr̄ pro eo ꝙ de futuris ꝓphetare
dinoscik:et sub palma sedet eo ꝙ palmā celestis
glorie repromittere cōprobak. Uxor etiā dicitur
lapidoth/q̄ interpretak fulguratio:ꝓ eo ꝙ in ea
fulgor ⁊ splendor fidei reuelak.Per barach q̄ in=
terpretak coruscatio/accipik ppl's iudeorū:q̄ re=
uera ad modicū virtutibꝰ coruscauit : q2 subito
euanuit ⁊ defecit.Per zizarā q̄ interpretak exclu
sio gaudij intelligik diabolꝰ:q̄ scꝫ a gaudio pa=
radisi fuit exclusus:⁊ hic in tristicia positꝰ et in=
clusus.Iste eñ cū exercitu suo.i.vitioꝝ nō cessat
cōtra filios isrl'.i.iustos cōtinue debellare:vt sic
eos possit a ꝑadisi gaudio excludere.Per Iahel C
ꝓo mulierē gētilē israeliticis cōfederatā ⁊ adiū=
ctā,intelligik eccl'ia de gētilitate assumpta.Quia
ꝓ certo ista est ꝟitas:ꝙ a p̄ncipio delbora ꝓphe
tissa.i.lex diuina:vel etiā ipse deus legis factor:
vel ēt ipse moyses legislator/misit cōtra zizarā ⁊
exercitū suū.i.ꝯtra diabolū ⁊ vitia q̄ filios israel
i.p̄triarchas grauabat:barach.i. ppl'm iudaicū:
vt scꝫ cōtra ip̄m pugnaret:et vt eiꝰ potētiā ener=
uaret.Sed quid? Pro certo isti nō fuit victoria
data:nec victi diaboli gloria attributa:q2 reuera

nō ppl's iudaicus, nec ipsius synagoga diabolū
superauit: sꝫ Jahel gētilis mulier. i. ecclesia chri-
stiana ex gentilitate ꝓ maiori parte sumpta, con
tra ipsum preualuit: et cū malleo ligneo ⁊ clauo
tabernaculi. i. mediante ligno crucis ⁊ clauis q̄-
bus fuit dñs cōclauatus: necnon lacte quo fuit
sꝫm carnem nutritus: hoc est dictu: mediāte fide,
quā de christi incarnatione ⁊ passione credit ⁊ te
net, ipsum turpiter ꝓstrauit: ⁊ virtutē ipsi⁹ ener-
Jud. 9. g nauit: ⁊ filios israel. i. fideles de ipsius manibus
liberauit. Judic. Ecce vna mulier fragmentum
Aliter. mole desuper iaciens: illisit capiti abimelech: et
cōfregit cerebrum eius. ¶ Uel dic ꝙ talis mulier
A est beata virgo: q̄ reuera iahel. i. dei ascēsio dicit̄:
Esa. 19. a ꝓ eo ꝙ in ipsa deus carnē assumendo ascendisse
ꝓbat̄. Esa. Ascēdet dñs sup nubem leuē, ⁊ ingre
diet̄ egyptum. Jsta em̄ lacte suo mediante, quo
scꝫ nutriuit christum, in ligno crucis cū clauis et
lancea suffragante, quib⁹ ipse christus mortē su
stinuit: ipsum zizaram. i. diabolum superauit, et
ideo victoriā contra ipsum sibi soli sancta mater
Judith eccl'ia attribuit. Judith. Una mulier hebrea fecit
14. d confusionem in domo Nabuchodonosor regis.
Aliter. ¶ Uel illud allega: ꝙ qñqꝫ melius vincit zizaram
coruscātē. i. diabolū, carnē vel mundū, in fatuoꝝ
cordibus rutilantē ⁊ preliū diuersarū tentatio-
nū ꝯtra nos suscitantē: iahel, q̄̃ zizara: femina, q̄̃
vir: simplex, q̄̃ literat⁹: laicus, q̄̃ clericus: secula
ris, q̄̃ religiosus: qꝛ reuera sepe fit ꝙ isti simpli-
ces cū lacte eleemosynarū quas faciunt: ⁊ cum
malleo crucis cuius memoriā. i. deuotionem de-
ferunt: ⁊ cum clauo dñi timoris, q̄ ad literā to-
tū mētis tabernaculum retinet ne labat̄: quo cor
suū pforant atqꝫ pungūt: ipsum zizaram. i. diabo
lum, carnem vel mundum taliter percutiunt: ꝙ
ipsum superāt atqꝫ ꝓsternunt. Barach vero dux
Johe. 3. b exercitus. i. suꝑiores ⁊ clerici ipsum ita nō verbe
Eodē. c. c rāt aut deuincunt. Ideo bñ dꝛ Johe. Infirm⁹, di
cat ꝙ ego fortis sum. ¶ Jahel vxor aber cinei vi
dens zizaram principem sitibundum ⁊ prelio fa-
tigatum, vocauit eum in tabernaculo dicēs. In-
tra ad me domie, ne timeas. Que statim aperuit
vtrē lactis ⁊ dato ꝙ aquā petijsset, sibi tamē lac
dedit vt dormiret. Isto igitur fortiter dormien-
E tem, cepit ista mulier clauum tabernaculi sui et
cum malleo tempora eius transfixit: ipsumqꝫ in
terra posuit ⁊ interfecit: ⁊ sic soporem morti so
Moralitas ciās, miserabiliter obijt ⁊ defecit. ¶ Ista etiā ali
ter possunt exponi q̄̃ in precedēti capitulo: scꝫ
ꝙ per istū zizarā intelligo aliquē in tribulationi
bus fatigatum: ⁊ per diuitiaꝝ inopiā sitibundū:
vel aliquē nobilem ⁊ clericū pauperē beneficiatū
vel patrimoniatū. Per iahel vero vsurariū, intel
ligo aliquem q̄ lacte tꝑalis substantie abundat
multipliciter in hoc mūdo: qꝛ reuera quādo ista
deceptrix mulier, scꝫ vsurarius videt istum ziza-
ram. i. pauperē sitire. i. bonis tꝑalibus indigere:
solet eū in tabernaculū domus sue secrete intro-
ducere: ⁊ vtrē lactis. i. archā sue auaricie aperi-
re. Et dato ꝙ nō petat nisi aquam. i. aliquid mo
dicū pro tꝑe transeundo: ipse tñ largiflue lac bo
norū suorum. s. bladum vel pecuniā: solet sibi ad
vsuram ꝯcedere: ⁊ eū ad tempus satiare: ⁊ som-
nium delectatiōis ⁊ cōplacētie in ipso generare.
Quia pro certo isti vsurarij etiam plus q̄̃ homo
Exo. 36. a indigent: liberaliter tribuunt, qñ sibi bonā here
ditatem sentiunt. Uñ Exo. Plus offert populus
q̄̃ necessariū sit. Sed quid est? Pro certo dū dor
mit. i. dū nō aduertit, cōtra eum solet insurgere:
⁊ malleum sue crudelitatis in ipsum inuehere: ⁊
clauo crudelis punitionis et vsurarie capacita
tis ipsum transfigere: et per exheredationem
ipsum mortuum et depauperatum: ⁊ ad terrā. i.
F ad miseriā cōfossum ⁊ infixum dimittere ⁊ abire.

Prouer. Uir iniquus lactat amicū suū: ⁊ ducit eū Pro. 16
per viā nō bonā. ¶ Uel dic ꝙ talis mulier est blā Aliter.
dus adulator, vel malus cōsiliarius seu fautor:
qui reuera zizare principi militie regis Jabin. i.
mundi principibus ⁊ superioribus: lac pro aqua
i. dulcedinem adulationis ꝓ veritate offerūt. Et
sic dum eos in malis dormire ⁊ delectari faciunt,
ipsos spiritualiter interficiūt: ⁊ clauis diuerso- Aliter.
rum vitiorum transfigunt. Judic. Aquā peten-
ti lac dedit atqꝫ in phiala principū obtulit buty- Jud. 5. d
rum. ¶ Uel dic ꝙ talis mulier est diabolus, vel
caro, vel mala mulier, sed de hoc vide supra lib.
xij. ca. de aspide.

¶ Capitu. v. Textus.

Cecineruntqꝫ delbora ⁊ barach filius
abinoē. Moralitatum Cap. iiij.

DElbora ꝓphe-
tissa cū barach ad prelium
misisset cōtra zizarā ꝓcedē
tē, multi de filijs israel cū
eo nō fuerūt: quapropter
istos hic in suo carmine re
prehēdit: ⁊ isti fuerūt rubē
qui inter duos terminos
habitās, gregū sibilos au
diebat. Galaad qui trans iordanē quiescebat: et
dā qui in nauibus vacabat: ⁊ aser qui in portub⁹
morabatur ⁊ in littore maris habitabat. Ecōtra
ꝟo aliqui cū eo ad preliū accesserūt. Et ideo com b
mendat̄ isachar: cui⁹ principes fuerūt cū delbora
⁊ zabulon ⁊ neptalim: q̄ aīas suas dederūt discri
mini. Et sicut hic dꝛ: de celo dimicatū est ꝓ istis: ⁊
stelle manētes in ordine ⁊ cursu suo, aduersus zi
zarā pugnauerūt. ¶ Sic ꝟo multi sunt hodie q̄ Moralitas
cū ꝓphetissa. i. cū sanctis ꝑsonis nō curant cōtra
zizarā. i. cōtra hostes spūales pugnare: et potissi
me tales sunt quatuor genera personarū. Prim⁹
istorū est ruben vidēs per mediū: qui significat
subtiles clericos ⁊ aduocatos. Qui cū astute q̄d
sit faciendū videant: ipsi tñ ad bella cōtra vitia
nō ꝓperāt: sꝫ inter duos terminos, scꝫ delitiarū ⁊
bonorū habitant: vbi sibilos gregū. i. verba adu
latoꝝ ⁊ voces blandas: eorūqꝫ fauores domino-
rū maiorū libenter audiūt ⁊ auscultāt. Unde ipsi
possunt dicere de adulatorib⁹ illud Job. Stetit Job. 4
quidā cuius nō cognoscebā vultū: imago coram
oculis meis ⁊ vocē quasi aure lenis audiui. Adu
lator em̄ imago dicit̄: qꝛ habet amici similitudinē,
nō veritatē: cuius licet audiam⁹ vocē lenē: ⁊ blā
dam loquacitatē: nō ꝓpter hoc cognoscim⁹ vul-
tū eius. i. interiorem voluntatē. Secundus istoꝝ
est galaad, qui interpretat̄ cumulus testis: qui
significat superbos: qui directe cumulus testis
dicunt̄: ꝓ eo ꝙ cumulus ⁊ tumor presumptionis
⁊ inflate elationis sue interiorē suꝑbiā attestā- d
tur. Et ibi trans iordanē q̄ interꝑtat̄ riuus iudi
cij, dicunt̄ quiescere: qꝛ seipsos nesciūt iudicare.
Sꝫ vltra suijpsius verā cognitionē solēt quiesce
re ⁊ manere: cū tñ dicat apl's. Si nosmetipsos di- 1. Corin. 11
iudicarem⁹, nō vtiqꝫ iudicaremur. Terti⁹ illoꝝ ē
dā, q̄ interpretat̄ cā: ⁊ q̄ in nauib⁹ dꝛ vacare: ⁊ si-
gnificat illos q̄ in causis ⁊ litigijs necnō in naui-
bus. i. i fluctuosis mūdi negocijs se solēt plus q̄̃
deceat occupare. Uñ dꝛ. Nauicula i medio mari Mat. 14
iactabat̄ fluctib⁹. Quart⁹ istoꝝ est aser, q̄ interꝑ-
tat̄ diuitie seu beat⁹, ⁊ significat mūdi diuites et
in litore maris hui⁹ mūdi ꝑ affectū manētes: et
tꝑali beatitudine pre ceterꝭ gaudētes. Uñ Abac. Abac. 3. d
Uiam fecisti in mari equis tuis. Ista igitur qua-
tuor genera ꝑsonarū. s. illi q̄ in diuitijs amplian
tur: illi qui i litigijs ⁊ negocijs occupant̄: illi q̄ ꝑ

superbiā instant:ꝛ isti q̄ ꝑ vanā sapientiam illu-
strant:nō curāt hodie spiritualiter pugnare:nec
cōtra diabolū aut vitia bellare:nec de delboraꝫ seu
barach.i.sctōs viros ꝛ mulieres ꝓperantes ad
Eccle.7.d. illō ꝯsiliū comitari.Unde de pplo moderne eccle-
sie dicit scriptura.Nō est q̄ vadat ad preliū.Ira
eē in eo ꝛ sup pplm eius.Sed reuera ad illud ꝯ
siliū vadūt tria genera ꝑsonarum bonarum:scili-
cet isachar q̄ interpretatur dn̄m memorās.Neptа-
lim q̄ interptatur cōuersatio vel dilatatio:zabulon
qui interpretatur habitaculū fortitudinis:quia
pro certo illi qui habent dei memoriā ꝛ cognitio-
A nem:isti qui habent charitatiuā dilatationē ꝛ ho
nestam ꝯuersatione,illi qui habent fortitudinem
ꝛ mentis roborationem :quales scilicet fuerunt
sancti doctores,confessores,ꝛ martyres:tales di
co contra diabolum ꝓliant ꝛ vitas suas discrimi
ni ꝛ laboribus exponētes,de celo ꝛ per stellas.i.
a deo ꝛ ab angelis adiuuari merent.Unde isti
Baruch. sunt illi de quibus dicit Baruch.Ibi fuerunt gi-
3.c. gantes,viri nominati a principio statura ma-
gna,scientes bellum ꝛc.

Capitulum.vj.Textus.

Fecerūt aūt filij israel malū in conspectu
domini.Moralitatum Ca. v.

Peccātibus fi-
lijs israel,tradidit eos dn̄s
in manū madiā septē annis
q̄ quolibet anno cū suis gre
gibus in terrā israel venien
tes,sata more locustarum
vastabant.Cū igit gedeon
triticum in torculari virga
excuteret,apparuit sibi an-
gelus dn̄i,ꝓmittens ꝙ in fortitudine sua popu-
lū dn̄i liberaret.Cuicū gedeō sacrificiū.i.azymos
panes,ꝛ agni carnes,ꝛ ius carniū offerret:ange-
B lus supra petram oīa fundi iussit.Quo facto an-
gelus carnes cum virga tetigit:ꝛ statim de pe-
tra flāma ꝓrupit,q̄ sacrificium ꝯsumpsit.Angelus
Moralitas vo in flāma ascēdit celū.❡Ista sequendo beatū
Gregoriū expone moralit sic:ꝙ cū q̄s i torculari
cordis cū virga recte discussiōis triticū a paleis.
i.virtutes a vitijs segregat:ꝛ ꝓ timore madian i
tāꝫ idest demonū:q̄ cū gregibus tentationū suaꝝ
cuncta viridia.i.cūcta honesta ꝛ virtuosa consu-
mūt i hole:in cordis sui latebris se occultat:vt si
bi triticū interiorū affectionū discutiat atꝗ terat
statim solet adesse angelus.i.diuina reuelatio ꝛ
inspiratio:que reuera ꝓmittit madian.i.diabo
li exercitusꝗ sui supatione:ꝛ ppli dei.i.bonorum
ale motuū liberationē.Et iō q̄d dꝫ facere talis ge
deō:q̄ interpretatur circūiens in vtero.i.hō talis se
discutiens ꝛ circuniens in vtero:quādo videt ta
lē āgelū sibi astare ꝛ ispirare:Reuera admonitio
nē eius ipe dꝫ agnū suū.i.ꝓpriāꝫ carnē ꝑ pniam et
ꝯtritionē coquere :panes azymos.i.bōa opa sine
fermēto inanꝫ glie facere:ꝛ ius carniū.i.ipsas car
nales cogitationes fundere:ꝛ hec oīa supra pe-
trā idest xp̄m ꝑ bonā intētionē ꝛ deuotionē ꝛ ꝑ
ipsius imitationē ponere:ꝛ oīa ad ip̄ꝫ mentaliter
ordinare.Nā si oīa fecerimus:ꝛ ius ꝛ carnes ꝛ pa-
nes.i.cogitationē,delectationē ꝛ donū opus deo
obtulerimus ꝛ decoxerimus:statim flamma spūs
scꝫ charitatis ꝛ dilectiōis de petra.i.de xp̄o ꝓrum
pet:q̄ huiusmodi sacrificiū acceptabit,ꝛ assumet,:
ꝛ oīa carnalia in nobis exiccabit ꝛ vret.Et sic ma
dian diabolus a facie nostra succumbet:ꝛ ange-
lus nostre deuotionis in celū ꝑ contemplationeꝫ
Eccli.28. ascēdet.Eccli.Uapor ignis vret carnes eius ꝛc.
Aliter. ❡Uel dic ꝙ cū angelus.i.ꝓlatus vel predicator:

virga correctiōis vel monitionis petrā cum car-
nibus.i.cor pctōꝝ durū,petrinū ꝛ carnale tangit:
in ipso flāma contritiōis ꝛ dilectionis incēdit:q̄
carnes ꝛ ius.i.carnales cogitationes ꝛ actus atte
nuat ꝛ cōsumit.Et sic ip̄m gedeonē.i.peccatorē:
madian.i.diabolū superare facit:ipse angelus ꝑ
dicator vel ꝓlatus:ꝛ hic ascēdit inq̄tū celeste me
ritū hic acquirit.❡Uel dic ꝙ cū angelus ad lite- Aliter.
rā vel etiā xp̄s:petrā.i.cor durū ꝑ inspirationeꝫ
tāgit ꝛc.sicut supra ꝓxime:vt vide supra.li.xiiij. Eodē.c.e.
c.xlix.de miraculis igniū.c.v.❡Dn̄s gedeoni ꝓ
misit ꝙ ꝑ manū eius filios israel de madiā libera
ret.Quod vt facilius crederet ꝛ speraret,vnum si
gnū mirabile dedit:q: scꝫ vellus de nocte in area
dimisit:rosꝗ de celo descēdens vellus infudit,ꝛ
area sicca mansit,ita ꝙ expresso vellere cōchā ro
re impleuit.Ecōtra vo gedeō aliud signū petijt:
q: vellus siccū esse voluit cadēte celitus rore totā
aream que primo sicca fuerat,irrorari poposcit.
Quod cū ꝑ ordinē factum fuisset,madianitas for
titer expugnauit.❡Tale signū nostre salutis et Moralitas.
liberatiōis a demonibus,ꝛ vitijs:qui madianite
inquit ꝛ contradicētes dicunt:factū fuit ꝛ nobis D
datū in christi incarnatiōe.Uellus enim quod de
carne nascens nescit passiones carnis,beatā vir-
ginem significat:q̄ ꝗuis a carne nata fuerit,car-
nis tn̄ passiones ꝛ vitia ignorauit:ꝛ in carne pre-
ter carnem virginaliter semp vixit.Ista est igit q̄
in area sicca huius mūdi posita,rorē celestem.i.
christū cōcepit:ꝛ eo expresso ꝛ parturito ꝛ in con
cha.i.in corde fideliū ꝑ fideꝫ recepto:ista sicca.i.
virgo sicut an̄ fuit,ꝑmāsit sicut vellus prius siccū
factū ē roridū:ꝛ scđo signo illud vellus roridū in-
uētū ē siccū.Sic vo maria q̄ prius erat virgo,ꝛ a
carnalitate sicca:facta fuit ꝑgnās ꝛ rorida:q: scꝫ
xp̄s descēdit in ea sicut pluuia i vellus:ꝛ sicut stilli Ps.71.a
cidia stillātia sup terrā.Tn̄ secūdario iterū appa
ruit virgo integra atꝗ sicca.Et sicut etiā factuꝫ
est,ꝙ area mūdi q̄ prius sicca fuerat ꝛ gratia nu-
da virtute siccitatis istius vellerie.i.vtute virgi
nitatis istius matris fuit ꝑ gratiā rorida ꝛ hume-
ctata:aiq ꝓ certo ros iste xp̄s de isto vellere.i.de
vtero matris expressus ꝛ i cōcha ecclesie receptus
ꝑ areā mūdi.i.ꝑ fidē ꝛ gratiā est dispersus:ꝛ sicto
tus mūdus est spūaliter madefactus.Uñ ipse dicit
Ozee.Ero q̄si ros.Et israel idest btā virgo ger- Ozee.14.c.
minabit q̄si liliū:vt etiā de isto signo salutis dica
tur illud Esaie.Propter hoc dabit dn̄s ipse vobis Esa.7.c.
signū.Ecce virgo concipiet ꝛc.❡Uel dic aliter:ꝙ Aliter.
per vellus ꝛ aream intelligunt duo genera ma- E
trū:scꝫ maria ꝑ vellus,ꝛ alie matres per aream.
Sed reuera ista sic se habent:quia vellere rore
facto area sicca mansit:hoc est ꝙ secundū modū
quo beata virgo concepit,nulla alia concipere
potuit:sed omnis maternitas quo ad hoc steri-
lis ꝛ sicca fuit:quia scilicet secundum istū modū, 2.reg.1c.
mōtes gelboe nec ros nec pluuia veniet sup vos
Econtra vo q̄n area fuit humectata,vellum fuit
siccū:q:.s.scdm illum modū quo cetere matres cōci
piunt.s.ꝑ carnalē copulā btā vgo fuit sicca:ꝛ ab
illo cōceptiōis gn̄e semp salua:q: sm istū carnis
modū sicut scriptū est.Prohibiti sunt celi ne da- Aggei.1.c
rent rorē suū.Iste ergo due matres ꝗꝗ in roris
fusione.i.cōceptione cōueniāt,in mō tn̄ cōcipien
di variātur:ꝛ nunꝗ simul.i.in simili mō generāt:
immo alternatim modum partus ꝛ ferie in se mu-
tāt.❡Uel dic allegorice aliter,ꝙ vellus significat
pplm iudaicum q̄ in principio ꝑ fidē adhesit deo. Allegoria.
Uñ dicitur Sicut adheret lūbare ad lūbos viri,
sic agglutinaui mihi domū israel.Per aream au Hie.13.b
tem gentilitatem:q̄ scꝫ ad modū aree totam mun
di superficiem continebat.Hiere.Filia babylo-
nis quasi area manēs sicca.Quia scꝫ ꝓles iudai- Hie.51.d
ca primo fuit rore diuine gratie perfusa :gentilis

tas vero fuit sterilis ⁊ mala. Sed reuera modo
conuersus est ordo: quia scilicet vellus est siccũ:
F et area rorida, inquantũ ros.i.fides et gratia a
iudeis defecit: et gẽtilibus populis est concessa:
⁊ inquantũ ppl'ſ iudaic⁹ siccus, infidelis ⁊ incre
dulus factus est, fide in gẽtibus suscitata. Unde
Joh.9.g dicitur. Christus ad hoc venit in mũdum: vt qui
Aliter. non vident, videãt: ⁊ qui vident, ceci fiant. ¶Uel
expone de clericis et laicis: qꝛ reuera ecclesiasti
ci qui more velleris domino sunt coniuncti ⁊ es
se debent molles, humiles ⁊ benigni: solebant es
se rore diuine gratie pre ceteris madefacti. Area
vero.i.populi seculares respectu ipsorum: erant
indeuoti aridi ⁊ duri. Sed vere hodie videmus
contrarium. Signum enim istud retrouersum
est: quia scilicet area magis est rorida ꝙ̃ vellus:
seculares deuotiores sunt ꝙ̃ regulares: laici ꝙ̃
clerici, subditi ꝙ̃ prelati: vt compertũ est. Unde
1.Cor.9.c Gregorius exponens illud Apostoli. Qui stat, vi
deat ne cadat: dicit. Timendum (inquit) nobis
stantibus irridetur. Quotidie enim fit sicut sen
sibiliter videmus, quod boni efficiuntur mali: et
mali econtrario fiant boni. ¶Uel dic ꝙ vellus et
Aliter. area significant animam ⁊ carnem, que pro certo
viceuersa se habent: quia scilicet quando anima
est rore suo.i. celesti gratia et deuotione plena:
tunc necesse est ꝙ area, idest caro: rore suo, idest
carnalitate, voluptate et asperitate sit vacua
atꝙ̃ sicca: ⁊ econtra quãdo area, idest caro: rore
suo, idest carnali ⁊ temporali voluptate hume
ctatur: tunc necessario vellus, idest anima: rore
suo.i.diuina gratia desiccaꝛ: ⁊ in siccitatem sue
indeuotionis ⁊ incõpassionis mutatur. Unde vi
detur ꝙ caro ⁊ anima possunt sibi dicere mutuo
Gen.13.b illud Gene. Si ad sinistram ieris, ego dexteram
tenebo. Si dexteram elegeris, ego ad sinistram
pergam. Uerbum fuit abrae ad Loth: qꝛ reuera
caro designatur per Loth, qui interpretatur de
clinans: pro eo ꝙ quando ab ista via virtutum
faciliter declinet, ⁊ teneat sinistram aduersitatis
in hac vita, ⁊ careat rore prosperitatis: tunc ani
ma ad sinistam vitiorum tormentorum mutatur:
et siccitatem ⁊ sterilitatem virtutum sortitur.
Aliter. Uel dic ꝙ ista duo signa, primum scilicet ⁊ secun
dum, significant duo tempora, presens scꝫ ⁊ futu
rum. Ista etiam duo significant duo genera ꝑso
narum: vellus roratum diuites, area nuda pau
peres. Isti igitur sunt qui contrario modo se ha
bent: quia scꝫ vellus.i.ipsi diuites ĩ primo signo,
id est in presenti tempore, rore ꝓsperitatis ⁊ diui
tiarum sunt pleni: area vero.i. pauperes ab isto
rore sunt sicci: ⁊ per bonorum tenuitatem sunt
aridi atꝙ̃ macri. Sed vero qñ venit secundũ si
gnum.i.tempus futurum: tunc mutabiꝛ ordo re
rum: quia, scilicet area erit rorida, ⁊ vellus sic
cum i.pauperes erunt omnibus humectati: ma
li vero diuites bonis omnibus desiccati. Tũc eñ
qui modo sunt diuites, erunt pauperes: illi vero
Luc.1.e qui nunc sunt pauperes, erunt diuites. Unde di
citur. Deposuit potentes de sede: ⁊ exaltauit hu
miles. Esurientes impleuit bonis: ⁊ diuites dimi
sit inanes. Et sic quando Loth pergit in dextrã,
abraam tenet sinistrã, ⁊ ecõtra: qꝛ videlicet Loth
peccator est nunc in dextera prosperitatis: ⁊ ecõ
tra abraam iustus in sinistra paupertatis et ad
uersitatis. Econtra vero in alio seculo erit, vt pa
tet in euangelio vbi dicitur: quod illis qui erunt
Mat.25.d.e ad dexteram dicetur. Uenite: ⁊ illis ad sinistrã.
Ite ⁊c.

¶Capitu.vij. Textus.

Igitur Hieroboal qui ⁊ gedeon, de no
cte consurgens. Moralitatũ Cap.vj.

Um Gedeon
ad ꝑliũ cõtra madianitas
ire decerneret: et ad hoc
magnũ ppl'm cõgregaret:
noluit dñs ꝙ haberet ꝑlia
tores plures, sed paucos ⁊
electos. Multus (inquit)
est ppl's tecũ: nõ tradetur
madiã in manus eius: ne
forte gloriẽꝛ israel, ⁊ dicat. Meis viribus libera
tus sum. Precepit ergo ꝙ milites sic probaret: ꝙ
scꝫ oẽs ipsos ad aquã duceret: ⁊ ꝙ illos q̃ flexo
poplite aquã inclinati biberent, repudiaret. Il
los ṽo q̃ genua flectere nõ dedignarentur, sed
manu aquã ad os ꝓiectã sicut canes lãbẽdo bi
berẽt, eligeret. Sic igiꝛ factũ ẽ ꝙ de decẽ milib⁹
trecẽti solũ fuerũt, q̃ aquã manu ⁊ lingua bibe
rant: qui cũ eo ad preliũ inierũt ⁊ madiam deui
cerũt: alij ṽo tanꝙ̃ reprobi ad ꝓpria recesserũt.
¶Gedeon q̃ interpretaꝛ circũiens in vtero signi Moralitas.
ficat christum: qui scꝫ in vtero virginis nouẽ mẽ
sibus circũiuit. Ille igiꝛ cũ exercitu fidelium con
tra diabolũ ꝑliaꝛ: ⁊ maxime ad illud preliũ faciẽ A
dum, vniuersitatẽ prelatorum, predicatoꝝ eccle
siasticoꝝ aduocat et hortatur: ita ꝙ ad ipsum iã
infiniti cõfluere inceperũt: sed ad statũ ꝑfectiõis
nunc pauci venire cõprobantur. Sed quid? Re
uera deus nõ delectaꝛ in ista multitudine bella
torũ: qꝛ sicut diciꝛ in libro Machabeoꝝ. Non in 1.Mach.3.b
multitudine exercit⁹ victoria belli, sꝫ de celo for
titudo ẽ. Esa. Multiplicasti gẽtẽ: nõ magnificasti Esa.9.a
letitiã. Qꝛ ꝓ certo dato ꝙ christus multos ha
beat hodie in ecclesia bellatores, multos religio
sos, clericos ⁊ ꝑdicatores: pauci tñ inueniuntur
sufficiẽtes ad madiã, scꝫ ad diabolũ debellandũ
⁊ ad ipsum verbis ⁊ operib⁹ impugnandũ, quia
sicut dr. Multi sunt vocati, pauci ṽo electi. Si Matt.
igitur bonos a malis, ⁊ vtiles a vanis cognosce
re volueris: oportet respicere qualiter in aquis
scripturarũ lachrymarũ ⁊ miarum se habeant: ⁊
inuenies ꝙ ad faciẽdũ ⁊ implẽdũ illa q̃ predicãt,
aquas lachrymarũ ⁊ pnie, cõpassionis ⁊ miseri
cordie, solũ cũ lingua tangũt: inquantũ scriptu
rarũ verba libẽter ⁊ diuine legis mãdata lingua
predicant ⁊ dicũt: ⁊ inquantũ de aquis lachry
marũ, cõpassionis ⁊ deuotionis multa loquunꝛ
⁊ disserũt: quinimo etiã (sicut ex eoꝝ verbis vi
deꝛ) genua cordis ⁊ affectionis sue ad istas aq̃s
deprimũt ⁊ deflectũt. Sed ꝓ certo si ipsoꝝ man⁹ B
i.opa respicis: tu inuenies ꝙ ad faciendũ vel im
plendũ illa q̃ predicãt seu dicũt manũ apponere
nunꝙ̃ volũt: ⁊ sic nunꝙ̃ cũ manu, sed cum lingua
solũ aquas tangunt. De quibus diciꝛ. Dicũt eñ Mat.
⁊ nõ faciũt. Alligant eñ onera grauia ⁊ impor
tabilia ⁊ imponunt ea humeris hoim: digito eñ
suo nolũt ea mouere. Quapropter isti oẽs a dño
reprobanꝛ: ⁊ ad ꝑliandum cõtra diabolũ ⁊ vitia
indigni ⁊ inutiles reputanꝛ. Sed reuera aliqui
pauci sunt ibi.s.trecẽti inter decẽ milia q̃ nõ solũ
cũ lingua, sed etiã cũ manu tangũt hmõi aquas:
illi scꝫ qui nõ solũ ꝑdicãdo loquunꝛ: sed etiã que
ꝑdicãt manualiter operanꝛ, ⁊ ad modũ canũ, qui
nõ solũ cũ lingua, sed imo etiã ope custodiũt gre
gẽ: ⁊ ꝓ fideliũ custodia qđ verbaꝛ docẽt, exẽpla
riter exequuntur. Iuxta illud. Ore locutus es, ⁊ 2.Par.6.
ope ꝑfecisti. Et isti pro certo ad dictũ spũale pre
liũ approbanꝛ: ⁊ ipsis mediantib⁹ madiã cũ exer
citu suo.i.diabolus cũ vitijs supaꝛ. ¶Uel dic ꝙ Aliter.
aqua qua ꝓbanꝛ christi milites est mũdana ꝓspe
ritas vel terrena tẽporalitas: qꝛ scꝫ ista tꝑalia
fluunt et refluunt sicut aqua: quia reuera mali
toto affectu istas aquas appetunt: ⁊ genus cor
dis sui.i.mẽtis affectionẽ ad eas deprimũt ⁊ de

flectunt. Et ideo isti a diuino prelio reprobi sunt: quia in statu ecclesie vbi est loc⁹ spiritualis plijs/indigne remanēt ꝛ persistūt. Boni vero ecō
tra genua affectionis et cordis ad aquas mūdi
C delectationum non deflectunt/sed stantes ꝛ ad celestia erecti/lābendo sicut canes.i.sicut fecerunt sancti apostoli ꝛ predicatores/solum quod necessarium est/inde sumunt: ꝛ propter hoc isti sunt digni et electi/ q̄uis sunt pauci. Ad prelia christi vadunt/ꝛ hostes anime destruūt ꝛ cōfundunt: qꝛ null⁹ ecclesiastic⁹ qui ad mūdi diuitias et delitias genua cordis flectit/dignus est cōtra vitia preliare: sed solum ille qui solum ad necessitatem de istis assumit, ita ꝙ de tali probatione
ps.80.8. facta in aqua, potest dn̄s dicere illud Ps. In abscondito tempestatis probaui te apud aquas contradictionis.i.apud aquas temporaliū, que causa sunt cōtradictionis ꝛ litis. ¶ Uel si vis dic ista ad literā, ꝙ in bellis melius est habere paucos milites ꝛ electos ꝛ bonos, q̄ multos incōpo
Aliter. sitos ꝛ indoctos: exēplo Xerxis. Uñ ponit Orosius de quo dicit, ꝙ cum infinitam haberet multitudinem: ipsum tn̄ pauci spartani deuicerunt. Ideo bene dicit Seneca in lib. de moribus. Nō vt multis placeas, sed qualiter stude. ¶ Gedeo
Eodē ca.b ne cum madian cum trecētis electis qui aquas manu ꝛ lingua lamberāt properante: nō legitur eis alia arma cōtulisse q̄ tubas, lagenas vacuas ꝛ lampades. Isti enim de gedeonis mādato lagenas vacuas ꝛ infra ardentes fregerunt, ꝛ tubis clamauerunt: ꝛ lampadibus lucentibus ho
D stes taliter terruerunt: ꝙ ipsis fugientibus eos fortiter deuicerunt. ¶ Sic vere dico, qd̄ trecenti
Moralitas. christi milites.i.ecclesiastici boni et fideles: qui scilicet trecenti dicuntur: quia fidem trinitatis credunt: aquam manu et lingua tangunt: quia manu operant̄ qd̄ dicūt: arma spūalia ꝯ madiā diabolū debēt assumere, si volūt de eo triūphare. Uñ Apostol⁹. In carne ambulātes nō ſm car
2.co.10.b nē militam⁹. Arma em̄ militie nr̄e nō sunt carnalia. Habere debēt igit̄ lagenas terrenas vacuas i.corpa sua vacua p abstinētiā ciborū: vt habeāt interius lāpades ardētes.i.splēdorē virtutū et exēplorū, ꝛ etiā miraculorū: habeāt tubas.i.pdicationē ꝛ doctrinā diuine legis ꝛ mādatorū: et sic p certo si lagenas corporū suoꝝ abstinētia ꝛ pnia, vel etiā morte p christo fregerint, si splēdore bonorū exemplorum emicuerint: si tubas orationis, predicationis diuine laudis, cōfessionis vel gratiarum actionis personuerint: hostes anime proculdubio terrebuntur, ꝛ ab eorum aspectibus fugabuntur: vt dicatur de sanctis qui tubis pdicationis corpa sua pnia fregerint ꝛ abstinētia: ꝛ ea etiā morti tradiderint seu exposuerint: ꝛ tunc post mortem virtutibus ꝛ miraculis claruerint: et ideo demones terruerint: sicut ha
2.reg.20.g bet̄ in li. Regū. Cecinit tuba ꝛ recesserūt ab vrbe. s.demones ab ecclia vel aīa. Et etiā ipsi tyrāni ꝛ crudeles qui eos occiderant, vel impugnauerant: visis tantis miraculorū splendoribus, cre
E diderūt. Ista em̄ fuerūt in martyrib⁹ quinqꝫ per ordinē.s.tuba fidei, confessio et pdicatio: postea mors.i.lagene corporū fractio: postea lux.i.miraculorū coruscatio: postea hostiū.i.demonū fugatio, ꝛ tyrānoꝝ superatio, ꝛ ad fidem cōuersio. Ista enim exposuit sic Stephanus de longotono: et etiā multi alij doctores. Illi qui cū Gedeone cum lagenis et tubis ad prelium contra madian ibāt: lagenas i sinistris, tubas vo i dextris portabāt. In quo notat̄ ꝙ xpi pdicatores de tubis.i.de pdicationis gr̄a, qn̄ ipsam se hr̄e vident ꝛ exercere sciunt, multum dn̄t curare: de lagenis vero.i.de corporibus parum debet eis esse: ꝛ inde est qd̄ tubas in dextera, lagenas vero in sinistra tāq̄ illa de qb⁹ min⁹ curat̄, dicebant̄, tenere. Itē si vis dic doctorib⁹ ꝛ doctrina. ¶ Hic somnia uit q̄dā ꝙ panis subcinerici⁹ ꝛ hordeace⁹ castra Eodē.c.d.
madiā intrabat: ꝛ castra ꝛ exercitū destruebat: p qd̄ dictū dictū fuit gedeonē significari: q̄ q̄uis subcinerici⁹.i.vilis ꝛ rustic⁹ esset, madianitas tn̄ deuicit. ¶ Et hoc si vis allega, ꝙ qn̄qꝫ ꝛ in bellis corpalib⁹ ꝛ in factis secularib⁹, nec nō in plijs spūalib⁹.s.i pctōꝝ ꝛ demonū ꝛ vitioꝝ impugnatiōib⁹, Morali-
magna ꝛ ardua p rusticos ꝛ simplices fiūt: qꝛ da tas.
to ꝙ sint subcinericij ꝛ hordeace.i.rudes, simplices ꝛ indocti, ꝛ de humili plebe nati: spūs tn̄ dn̄i F
induit gedeonē: sicut dicit̄ supra: ꝛ qn̄ maiora faciunt q̄ illi q̄ gn̄e ꝛ scia sunt pfecti. Unde Apo Judi.6.e
stolus. Et infirma mūdi elegit deus vt confun 2.cor.1.d
dat fortia.

¶ Caplm viij. Textus.

Dixeruntqꝫ ad eū viri ephraim. Quid est hoc quod facere voluisti. Moralitatum Capitulum. vij.

Gedeō petijt apo Judic.8.e.
pulo inaures aureas q̄s tulerat d pda madianitaꝝ: d q̄ fecit ephot grauiter peccās: qꝛ fornicat⁹ ē i eo ois ppl's isrl̄. Erat em̄ idumētū sacerdotale/quo mediāte dn̄s iterrogabat̄: cui⁹ vsus leuitis sacerdotib⁹ solū mō cōcedebat̄. ¶ In q̄ pōt notari ꝙ seculares q̄ Moralitas
ecclesiastica officia volūt exercere/peccāt: dato ꝙ bona intētiōe illud faciāt. ¶ Uel pōt allegari Aliter.
ꝙ aurū gētiliū nō dꝫ fieri ephot ecclesiasticū.i.sapiens secularis nō debet pter mūdanā sapientiā fieri prelat⁹ ecclesiastic⁹ vel regularis. ¶ Uel Aliter.
potest allegari contra illos religiosos qui sub specie faciēdi ephot.i.aliquod spirituale/vt pote elemosynam vel ecclesiam vel consimile: accumulant aurum gentilium: exigunt diuitias secularium, vel rapinas pauperum subditorum.
Et sicut dicitur Eccli. Immolantis ex iniquo Eccli.18.e.
oblatio est maculata. Et Apostolus dicit: ꝙ non Ro.3.b.
sunt facienda mala, vt veniant bona. G

¶ Capitulū ix. Textus.

Abijt aūt abimelech filius Heroboal in sychem Moralitatum Ca. viij.

Hic ponit quomodo abimelech fili⁹ spuri⁹ gedeōis fact⁹ ē rex a viris sichimitis: q̄ statim ꝯ fratres suos filios Gedeōis surrexit: ꝛ tot de eis sup lapidē vnū occidit: ita ꝙ vn⁹ solūmōdo remāsit: postea vo illosmet q̄ ipm regē fecerāt interfecit: ꝛ ciuitatē eorū cōbussit et destruxit. Ipsum tn̄ finaliter dū quandā turrim capere niteret̄, ꝛ ignē imponere moliret̄: quedā mulier fragmētū molę iaciens, in capite percussit: ꝛ eū ad mortem vulneratū deiecit: q̄ mori se sentiēs: ne a muliere diceret̄ occisus, per armigerū interfici se fecit. ¶ Per istū abimelech intelligit̄ diabolus: q̄ reuera gedeonis.i.dei pr̄is fili⁹ spurius, ꝛ etiā creatura pestifera pōt dici. Ille est em̄ q̄ filios patris sui legitimos: ꝛ viros sanctos ꝛ iustos, q̄ sunt filij dei patris: ꝛ maxime sanctos martyres supra lapidē vnū.i.supra Christum in quē credebant occidit: ꝛ sup sychem q̄ interpretat̄ robur.i.sup mundū regnū accepit: ꝛ ipsos super quib⁹ regnat.s.sup pctōres ꝛ mun D
danos diuersis vitijs interficit: ꝛ ipsius mundi ciuitatem flamma concupiscentie succendit: ita

pro 28.b ꝙ iste est rex de quo dicit. Regnantibus impijs
ruine hoim. Finaliter iste malus rex istam suam
ciuitatem ꝛ plebē igne perpetuo in inferno suc=
eccli.10.a cendet: et sic ipsis qui illum regem faciunt/pre=
mium triste reddet. Unde Eccli. Rex insipiens
perdet populum suum. Sed si queris quō iste
malus rex superatur? Ecce continue enim acci=
dit/ꝙ iste turrē thebes.i.arcā mētis nostre inui=
die ꝛ auaricie ignē in ea accendere molitur: ꝛ tūc
ꝓ certo nō restat nisi ꝙ mulier que est in ista tur
ri.i.voluntas bene docta: fragmē mole.i.pond⁹
diuini timoris cōtra eum iaciat: ꝛ ꝙ in capite.i.
in principio: dum scʒ est adhuc tentatio in cogi=
Eccli.1.c tatione/ipsum percutiat: qꝛ vere sic erit/ꝙ vict⁹
deficiat atꝗ cadat. Timor enim domini expellit
peccatum. Si enim ista mulier scʒ voluntas de=
bitum suum fecerit: ꝛ si timor dei istū repercus=
serit: statim armiger.i.christus aderit: qui ipsum
Aliter. in cōspectu nostro prosternet. ¶Uel dic ꝙ mulier
est beata virgo cū lapide quē emisit.i.cum chri=
sto lapide angulari quē peperit/abimelech dia=
bolum superauit: et qō armiger: id est Paulus
vel quilibet sanctus sibi quotidie auxilium fa=
cit: qui tñ diabolus fratres suos legitimos.i.
sanctos patres occiderat: et ꝑ magna tempora
Judith. super mundum regnauerat. Unde Judith. Que
14.d dam mulier hebrea fecit confusionem in domo
Aliter. Nabuchodonosor regis. ¶Uel dic ꝙ iste signifi=
A cat ambitiosum: qui pro certo statim vt ad re=
gnum ꝛ regimē ciuitatis.i.temporalis officij vel
ecclesie dignitatem promotus fuerit: primū qō
facere nititur est/ꝙ fratres suos legitimos.i.bo
nos confratres ꝛ socios destruere: et ꝗtum ad
mundi prosperitatem perdere et occidere/im=
pugnare ꝛ deponere: et super lapidem sue cru=
delitatis per rapinam ꝛ auariciā bonis eorū ac=
quisitis conatur. Non sufficit sibi ꝙ ciuitatem.i.
ecclesiam habeat imo ꝓ certo turrim.i.aliam ali=
quam altiorem dignitatē ꝛ pinguius beneficiū/
seu ditiorem ecclesiam omnimode acquirere stu
det: et ideo cum exercitu omniū amicorū suorū
ad acquisitionem eius laborat: et ignem auari=
cie per oblationē munerum ad ostium turris.i.
pro ingressu istius dignitatis offert ꝛ presentat.
Sed quid? pro certo mala mulier fortunaꝗ tur
B res seculi dignitatū tenet ꝛ regit: ipsumꝗ intra=
re talem turrim / hoc est talem dignitatem ali=
quando non sinit: imo subito fragmen mole.i.
fractionem ꝛ pondus mortis/vel etiam pondus
infortuniorum ꝛ tribulationum immittit: ꝛ eum
ad terrā detrahit ꝛ prosternit. Cui statim adest
armiger suus diabolus: qui scilʒ sibi hactenus
fauerat ꝛ seruierat; qui ipsum post percussionē
mole.i.post mortem corporis gladio eterne dā=
nationis interficit: ꝛ sic anteꝗ attingit ad statum
quem optabat: mediante muliere/mola et armi=
gero: id est mediante fortuna/morte et diabolo
destructionem corporis ꝛ anime incurrit. Illud
eñ est verū ꝙ ista mulier fortuna/quādo videt
qō homo non est contentus statu suo/sed ad ma
iorem incessanter anhelat/mola tribulationum
temporalium, vel mola mortis infirmitatumꝗ
corporalium, aliquando percutit: et ipsum vel
temporaliter vel corporaliter prosternit. Armi=
ger autem diabolus ipsum spiritualiter vel eter
Eccli.25.d naliter occidit. Unde breuiter de ista muliere.s.
de fortuna dici potest illud Eccli. Plaga mortis
Eccli.9.b mulier nequā. Et iō alibi monet a tali muliere ca
uendū, dicēs. Auerte faciē tuā a muliere cōpta.
Et iō subdit. Qꝛ inquit speciē mulieris admirati
Eod.ca.b multi, reprobi facti sunt. ¶Hic ponit parabola
de arborib⁹ volentib⁹ eligere regē: a quoꝝ regi
mine fic⁹ vitis ꝛ oliua se excusauerūt: rānus ꝓo
acceptauit ꝛc. Uide etiam. s. lib. xij. c. de ranno.

¶Capitulū xi. Textus.

Fuit itaꝗ in illo tēpore Jepte Galaa=
dites vir fortissim⁹ atꝗ pugnator. Mo
ralitatum Capitulum. ix.

IEpte filius Ga=
laad a cōcubina vir fortissim⁹ fuit
quē fratres sui legitimi eiecerūt, si
biꝗ talia ꝟba dixerūt. Heres i do
mo nr̄a eē nō poteris: qꝛ de adulte
ra nat⁹ es. Quo audito iepte a fra
trib⁹ suis fugit: ꝛ i thob habitauit: et cōgregati
sunt ad eū viri inopes ꝛ latrones: et quasi princi
pem eū sequebant. Tādē vero sic factū est, ꝙ cū
filij amon pugnabant contra israel: quapropter
maiores natu de galaad, iepte quem prius eiece
rant, in auxilium suū cōuocauerūt, et eū princi=
pē suū cōstituerūt. Jepte igit vadēs ad p̄liū, deo
vouit/si victoriā sibi daret: q̄cq̄d p̄mū de domo
sua sibi post victoriā occurreret/eidē immolaret
Isti igit obtēta victoria/redeūti vnica filia sua
cū tympanis ꝛ organis gaudēs occurrit: qua vi
sa statim scissis vestib⁹ votū qō vouerat/sibi di=
xit. Filia mea decepisti me/ꝛ ip̄a decepta es. Que
mortis cōditionē libēter suscipiēs: duos mēses
plorādi suā virginitatē cū suis sodalib⁹ postula
uit. Quibus cōcessis.i.expletis deo pater virgi=
nē immolauit. ¶Ista possunt allegari exēplari= Morali
ter ad multa: ꝛ primo cōtra mundanos: qui con= tas.
sanguineos ꝛ amicos despiciunt: ipsosꝗ secū he
redes vel bonorū suorū participes esse nolunt.
Sed qñ ipsis cōtingit aliqua necessitas: tūc solēt
ipsos quos prius contēnebāt/libēter recipere et
diligere: ꝛ maxime qñ vident eos tpali prosperi=
tate/ꝛ fortuna p̄pollere: iuxta illud puer. Etiā pro.14.c
cientes in autorem fidei ⁊ consummatorem Je-
sum: qui proposito sibi gaudio sustinuit crucē.
G ¶Uel dic ꝙ tres lapides quib⁹ diabol⁹ seu eius
Aliter. tentatio prosternit̄ tres partes penitentie signi-
ficant.s.contritionē: que diabolum ⁊ peccatum
in capite percutit: confessionē que ipsum in eo-
dem veniens loco/ictum alium sibi addit: satisfa-
ctionem, que tertio succedens, ipsum ex toto
prosternit: dum tamē in fronte.i.in principio iu-
uentutis vel tentationis ista veniant ⁊c. vt su-
pra. Ipse etiam diabolus cum gladio proprio
occiditur, quādo pct̄m vel tētatio qua ipse cre-
dit hominem occidere, facit hoiem magis humi-
lem/inquantum ipse se videt succumbentem et
Aliter. fragilem: et sic proprium telum suum in caput
Ps.36.a ipsius retorquetur. Ps. Gladius eorum intret

corda eorum. ¶Uel dic ꝙ isti tres lapides sunt
fides, spes ⁊ charitas: qꝛ scꝫ fides percutit forti- Aliter
ter, spes fortius, charitas fortissime. ¶Uel dic Aliter.
quō p̄uidentia dei facit ita bn̄ vincere inermē si-
cut armatū. ¶Uel dic ꝯtra illos qui excusant se
de armis portandis, idest de actibus virtuosis fa-
ciēdis ppter inconsuetudinē, sicut dauid. Non
possum (inquit) sic incedere: qꝛ nec vsum habeo.
¶Uel dic ꝙ religiosus q̄ vult p̄ualere cōtra car-
nē ⁊ diabolum, arma carnalia dꝫ dimittere, ⁊ spi- Aliter.
ritualia accipere s.crucis memoriā ⁊c. dicēs illō
Apostoli. In carne ambulantes, nō s̄m carnē mi- 1.Co 10.a
litemus. Arma em̄ militie nr̄e non sunt carnalia. Aliter
¶Uel dic quo ad hoc moraliter, ꝙ dauid manu H
fortis, ⁊ vultu desiderabilis, est p̄latus q̄ dꝫ esse
fortis bn̄ operādo, ⁊ vultu desiderabilis, amica-
liter cōuiuendo ⁊ honeste cōuersando. Iste igit̄
ad preliū cōtra philistūm.i.cōtra demones vitia
⁊ hereticos dꝫ currere: fratres suos subditos,
idest consocios dꝫ visitare: ⁊ victualia sp̄ualia ⁊
tēporalia eisdē portare, arma saulis.i.seculi pō-
pam dꝫ dimittere: baculū pastoralē dꝫ accipere: ⁊
de torrente sacre scripture debet quinq; lapides
idest cōtinentiā quinq; sensuū, vel etiam diuine
legis doctrinā eligere: ⁊ sic poterit cōtra goliā.i.
cōtra diabolū vel cōtra carnē, hereticos vel tyrā-
nos viriliter triumphare. ¶Hic dicit̄ ꝙ David Eodē.c.g.
posuit arma golie quē occiderat, in tabernaculo
suo. In q̄ notat̄ ꝙ qn̄ q̄s de carne vel diabolo p̄-
ualuit: arma eius.i.pctā a q̄bus ipugnatus exti-
terat: in tabernaculo cordis sui debet reponere:
vt scꝫ peccata studeat ppetue memorie commen-
dare: ⁊ recidiuū continue formidare: vel adeptā
victoriā ad gloriā dei ordinare. Un̄ Ecclesiastici. Eccli.5.b.
De propiciatu peccatorum noli esse sine metu.

¶Capi. xviij. Textus.

Et factum est cum complesset loqui ad
saul. Moralitatum Ca. xiiij.



Um vidisset A
Jonathas ꝙ dauid victo-
riam habuerat contra ho-
stes, conglutinata est ani-
ma ei⁹ cū aīa dauid, expo-
liauitq; se tunica sua ⁊ ve-
stimenta sua vsq; ad gla-
diū arcū ⁊ baltheū, ⁊ dedit Moralitas
sibi. ¶Sic vere bonus reli-
giosus dꝫ p pfectā charitatē dauid.i.christo con-
glutinari: ⁊ ideo vestimētis bonorū tēporaliū se
dꝫ p contēptū ⁊ abdicationē spoliare: gladiū ois
crudelitatis dimittere: arcum potentie ⁊ iurisdi-
ctiōis secularis cōtēnere: baltheū glorie ⁊ magni-
ficētie tēporalis totaliter abdicare: ⁊ oia christo
dare, idest amore ipsius de ipsis nō curare: ⁊ sic
Jonathas.i.columba simplex ⁊ humilis David:
q̄ fecit victoriā in israel.i.christo: poterit in statu
religiōis vel ecclesie dignifice adherere: maxime
qn̄ ꝯsiderat ꝙ iste ē q̄ goliā, idest diabolū voluit
vincere, ⁊ pplm̄ liberare, dicēs cū petro. Ecce nos Mat.19.d.
reliquimus oia, ⁊ secuti sumus te ⁊c. ¶Hic dicit̄ Eodē.c.c
ꝙ cū Saul arrept⁹ a diabolo insaniret, dauid ci-
tharam pcutiebat, vt eum de demonio liberaret.
Qui lāceā arripiēs: voluit David ad parietē trā-
figere: sed dauid sciuit prudenter lanceam decli-
nare. Audierat enim Saul ꝙ mulieres sibi dauid
pretulerant, quando redeunti de prelio acclama-
uerunt. Saul percussit mille, ⁊ dauid decem mi-
lia. A die autem illa nō rectis oculis ipsum aspi- B
ciebat: sed ipsum omnino occidere proponebat:
dato quod ipse David hostes ipsius continue Moralitas
vincebat. ¶Illud allega, ꝙ inuidia proprio be-

nẽfactori non parcit: ⁊ maxime qñ in laude sibi
preferť:⁊ qñ virtus eiꝰ pullulat atqꝫ crescit. Nõ
põt em̃ inuidꝰ talẽ hominẽ respicere/dato ꝙ ab
ipso plurima bñficia recipiat:quinimo dato ꝙ i
pñtia eiꝰ citharā melodiose tāgat.i.dato ꝙ dul=
citer tāgat:hoc est,loquať ⁊ respõdeat:⁊ ad vo=
tū sibi seruire studeat:lācea tñ ipʒ pforare.i.tri
bulationibꝰ ⁊ iniurijs fatigare nitiť ⁊ tẽtat. Vñ
Aliter. Señ. Si nullos inimicos facit iiuria/multos tñ
facit inuidia. ¶Vel dic ꝙ saul insaniẽs est pctõr:
q̃ scʒ citharistā q̃ eū a diabolo liberare nitiť.i.p̄=
dicatorẽ q̃ citharā v̄bi dei sibi tāgit:⁊ ꝑ ipso sa=
nādo:⁊ a potestate diaboli.i.vitiorꝫ saluādo ei=
dẽ p̄dicat/⁊ affať:qñqꝫ trāsfigere/diffamare atqꝫ
iniuriari/⁊ sibi etiā inuidere conať. Vñ dr̃ i Pro=
Puer.5.b uer. Nõ amat pestilẽs eū q̃ se corripit. ¶Vel dic
Aliter. ꝙ Saul est diabolꝰ: q̃ scʒ citharistas.i.p̄dicato=
res summe nitiť ad parietẽ.i.ad carnẽ ꝑ luxuriā
cū lācea tẽtatiõis trāsfigere:ne officiū p̄dicādi ⁊
spūaliter citharizādi valeat impedire:quapro=
ter iste dʒ a tali lācea quātū poterit p̄cauere: et
ideo tā diabolꝰ q̃ꝫ hõ durꝰ ⁊ obstinatꝰ/videnť di
cere illud Amos. Aufer a me tumultū canticorū
Amos.5.b tuorū:carmina lyre tue non audiā. ¶Vel dic qđ
Aliter. Dauid q̃ erat pulcerrimꝰ ⁊ rufus/significat hi=
C striones:quorꝫ.s.cantꝰ rex isrľ.i.p̄latꝰ vel religio
sus nõ dʒ eligere:sʒ eos ⁊ oẽm inanẽ leticiā abdi
Aliter. care. ¶Vel dic ꝙ iste significat adulatores: q̃ in
Amos.5.f auribꝰ hoim citharizāt:⁊ semꝑ v̄ba melodiosa ⁊
Eodẽ ca c placẽtia eis cātāt. Istos igiť dʒ rex israel/id est
Moralitas. bonꝰ p̄nceps vel p̄latꝰ lācea reprehẽsionis ꝑcu=
tere:⁊ a se penitꝰ submouere/dicẽs illud. Aufer
a me ⁊c. Saul maligno spiritu exagitatꝰ/ ꝓphe=
tauit in medio domus sue. Istud exponunt qui
dam sic:quod aliqui sunt predicatores:qui pro=
phetant,id est predicant amore terrenorum: in
medio domus sue.i.propter cõmodum priuatū
nõ sicut iustꝰ de quo dr̃,ꝙ in medio ecclesie ape=
Eccli.5.a ruit os suum. Isti igitur a spiritu maligno exa=
gitātur:qui.s.de spirituali negocio lucrum ter=
renum adipisci conantur. Apľs. Omnes que sua
Phil.2.e sunt,querunt,non que Jesu Christi.

¶Capi. xviiij. Textus.

Locutus est aūt saul ad ionatham filiū
suum. Moralitatum Cap. xv.

DAuid maritus
michol filie regis đ lecto i quo
credebatur esse,aufugit:vt irā
saul declinaret. Vxor vero eiꝰ
D statuam in lecto dauid loco
ipsius posuit:pellẽqꝫ caprarū
posuit suꝑ caput ipsiꝰ:⁊ ipsam
operuit vestimẽtis. Cū igiť rex mādauit ꝓ da=
uid,veniẽtes aparitores eiꝰ crediderūt inueni=
re dauid in lecto:et loco eius statuā cū vestibꝰ ⁊
Moralitas pellibus inuenerunt. ¶Per istam regis filiam
intelligiť ecclesia,que est filia regis christi: per
dauid vero bonus ecclesiasticus ⁊ prelatus. Per
lectū dauid spiritualẽ prelaturā ⁊ beneficiū in=
telligo:in quibus dauid.i.bonus prelatus quie
scit. Ista est igitur veritas,ꝙ recedente et fugiẽ
te dauid: id est bono prelato de hoc mundo ad
patrem:et lectum suum, id est prelaturam vel
beneficium vacuum dimittente: sepe fit,ꝙ vxor
eiꝰ, id est ecclesia ponit statuā.i.prefert aliquā
statutalem personam in loco et lecto.i.in statu
gradu et officio ipsius qui recessit. Qui scilicet
ad modum statue nec motū bone operationis,
nec sensum discretiõis habet:sed potius qui cir=
ca caput mentis pellibꝰ carnalis affectionis te=
gatur:et vestibus temporalis possessionis per
auariciam inuoluatur. Et ideo breuiter hodie fit
ꝙ ille qui in lecto ecclesie dauid id est illi qui bo
num et prudentem prelatum inuenire se credūt:
ibi pro certo statuam cum pellibus caprinis et
vestibus.i.personā ignorantem plenam carnali
affectione ⁊ solū inuolutā aliquali honeste con=
uersationis veste: vel aliquali possessione inue=
niunt: qr hodie prelati circūeunt in melotis qui
sunt pelles vilissime/significantes diuitias,et in Hebr.
pellibꝰ caprinis/que sunt pelles fetidissime signi
ficantes carnis delitias et delectationes. ¶Vel E
dic secundum aliquos moraliter:qđ Dauid.i. Aliter.
vir iustus debet a lecto conscientie et imagina=
tionis sue recedere:inquantum scʒ se non debet
iustum reputare. Vxor enim sua prudẽtia debet
in lecto cordis ponere statuam cum pellibus ca
prinis:quod fit quando facit hominem se pecca
torem ignorantẽ casurū ⁊ fetidum existimare:et
sic quādoqꝫ lictores.i.demones veniunt:vt dauid
id est virum iustum de presumptione tentẽt/mi=
rantur quando loco dauid statuā inueniunt:et
quādo loco peccatorum/virtutis timorẽ ⁊ pec=
catorum considerationem attendunt:⁊ sic illusi
sine dāno recedūt. ¶Vidẽs dauid consummatā Eod.c.
maliciam saulis contra se,fugit ad samuelẽ. Ad
quem cum misisset saul nuncios/vt dauid rape=
rent et adducerent: missi, illi venientes in na=
baioth: dauid cum samuele et etiam propheta=
rum cuneum cum eis inuenerunt. Sicqꝫ factum
est/ꝙ quādo ipsi lictores qui ad rapiẽdū dauid
fuerant missi:irruente in se spiritu ad prophetā
dum cū alijs sunt conuersi:quibꝰ morā trahẽti=
bus/saul alios lictores misit:qui et ipsi prophe=
tare ceperūt:qđ etiā tertij similiter fecerūt:ita ꝙ
nulli ad suum dñm redierunt:sed cum samuele
⁊ dauid prophetādo remāserunt. Ad vltimū v̄o
⁊ ipse saul personaliter venit:⁊ statim facto suꝑ
se spiritu dñi/vestimẽtis suis se expoliauit:⁊ nu=
dus tota die ⁊ nocte cū alijs prophetauit. ¶Il=
lud potest allegari/quomodo valde proficit so Moralitas
cietas bonorum religiosorum:et illos videre et
frequentare ⁊ verba eorū attendere ⁊ audire:qr
reuera sepe accidit/ꝙ etiam ipse saul ⁊ lictores/
id est ipsi mali mundi principes ⁊ tyranni in ipso
actu male voluntatis sue:quando bonos reli=
giosos et sanctos prospiciunt et vitam et mores
eorum attendunt: et eorum prophetias et lau=
des ⁊ doctrinas et predicationes audiunt:sta=
tim spiritu dei tanguntur/et in alios viros se
conuertunt: ita ꝙ sepe fit ꝙ ipsi cum prophetis
prophetare.i.cum eis religiose viuere volunt:
⁊ depositis vestimentis bonorum temporalium/
et etiā habitus secularis:christo nudi et paupe=
res laudes reddūt. Sicut de quodam rege frā=
corum legitur:ꝙ cum romā ad peregrinandum
fuisset/per montem cassinum transiuit:⁊ visa cõ=
uersatione sanctorum monachorū/spiritus dñi
in eum insiluit:⁊ deposito regio cultu/sumptoqꝫ
monachico habitu/ibi cum ipsis religiose vixit.
Quod etiam de lictoribus tyrannorum missis
pro martyribus capiendis quotidie flebat: quia
scʒ auditis eis conuertebantur:et cum eis mar=
tyrium patiebanť. Unde de xp̄o legitur:ꝙ mini= Job.7.f
stri missi vt eum comprehenderent cum hoc fa=
cere ausi non fuissent/phariseis increpantibꝰ ꝙ
eū nõ adduxerūt:responderunt dicentes. Nūqꝫ
sic locutus est homo. Unde ⁊ ipsi pharisei dixe= B
runt. Nunquid et vos seducti estis? ¶Vel ista Aliter.
possunt etiā allegari:ꝙ spiritus vbi vult spirat: Job.3.
quia etiam quandoqꝫ in ipso actu male volunta
tis homo conuertitur:⁊ propheta dñi efficitur:
vt de paulo exemplariter inuenitur. Potens est Luce.3.b
enim deus de lapidibus suscitare filios abrae.
¶Ad finem/quod dauid posset scire volunta= Ca.xx.d

tem saulis vtrum esset cõtra se cõfirmata: iona-
thas amicus suus certũ super hoc dedit signũ:
hoc scʒ ꝙ dauid in agro iuxta lapidem fecit ab-
scondi: ordinans ꝙ post prandium ipse ad spa-
cium ad muros ascenderet: ꝛ tres sagittas ver-
sus illam partem traijceret: ꝛ puerum ad querẽ-
dum sagittas mitteret: ꝛ si cognosceret patrem
sibi placatum/puero diceret. Intra te sunt. Si ve
ro patris videret consummatam maliciam: tunc
diceret/vltra te sunt. Uidens aũt ionathas sau-
lem in prandio contra dauid furientem: statim
post prandium ad muros iuit: et sagittas duas
in agrum/vbi dauid lateebat proiecit: et pue
rum ignorãtem ad querendum sagittas misit: et
cum diceret/non sunt ibi sagitte vltra te sunt: fa
ciendi signũ et recedendi spacium dauid dedit.
Allegoria. ¶Istud inueni expositum allegorice sic. Per io-
nathan intelligiƚ deus pater: per dauid eius fi-
lius christus: saul vero rex qui inter epulas da-
b uid mortem desiderabat: cetum sacerdotum et
principũ iudeoꝝ significat: qui in epulis pascha
lib⁹ christi mortẽ tractabãt. Puer vero ionathe
turbã iudaici populi in etate puerili ꝛ ignoran-
tie significat. Jonathas igitur.i.de⁹ pater duas
sagittas/id est duo genera diuinorum eloquio-
rum ad dauid absconditũ in agro id est ad chri-
stum latentem sub litera legis scʒ psalmos ꝛ pro
Esa.46.c phetas noscitur dixisse: ꝛ ad sagittas huiusmo-
di colligendas puerũ suũ: id est puerũ iudaicũ
trãsmisisse: q̃ scʒ sagittas diuinoꝝ eloquioꝝ rece
perũt ꝛ scripserũt: ꝛ in auariciã synagoge redu
xerũt. Uerũtñ Dauid/id est christũ: q̃ sub lapide
tabularũ legis latitabat: ꝛ in agro huius mun-
di occultus venerat. Esa. Uere tu es ascõdit⁹: nõ
Joan.1.a potuerũt cognoscere: nec etiam quẽ sagitte hu-
Aliter. iusmodi.i.litere scripturarũ quas colligebant/
significarẽt Dauid.i.christũ sciuerũt animaduer
tere: imo absq eo quod in ipsum per fidẽ cape-
rent atq crederent/dimiserunt abire. Unde dici
tur. In propriis venit: ꝛ sui eum non receperunt.
In mundo erat: ꝛ mundus eum non cognouit.
¶Uel dic ꝙ Dauid est peccator qui fugit ab ira
christi: saluatur etiam a lapide/id est a cordis
duricia in qua latuerat/ꝛ per penitentiam egre-
ditur/quando ionathas/id est columbinus pre-
dicator ꝛ simplex/sagittas diuinorum eloquio-
A rum ad ipsum dirigit: ꝛ qñ verbis ꝛ reprehensio
nibus ipsum sagittat/arguit atq ferit. ¶Hic ha
bes ꝙ Dauid fugiens Saulem/venit in nobe ad
achimelech sacerdotẽ: petijtq ab eo panes pro
se ꝛ pueris secũ ductis. Cui cũ dixisset sacerdos
non habeo panes laicos ad manũ/sed tm̃ panẽ
sanctum: si mũdi sunt pueri comedẽt, maxime a
mulieribus. Dixit Dauid, ꝙ vasa pueroꝝ san-
cta sunt, porro via polluta: sed dante dño san-
ctificabitur. Sibi ergo dedit sacerdos panẽ san-
ctificatũ: gladiũq Golie, qui inuolut⁹ pallio in
Moralitas tabernaculo a die quo golsam occiderat, semper
fuerat reseruatus. ¶Sic vere qñ Dauid ꝛ pueri
sui.i.christiani veniũt ad sacerdotẽ in paschate
ꝓ pane eucharistie sumẽdo: ante oia sacerdos
debet curare si sunt mũdi atq casti: debet eis di-
cere ꝙ iste panis nõ est laic⁹, imo sanctus: ꝛ solũ
a sanctis ꝛ mũdis hominib⁹ assumend⁹. Quos
cũ sanctos ꝛ mũdos ꝛ bene cõfessos esse cogno-
uerit: debet eis panẽ sanctũ tradere: necnõ ꝛ gla
dium timoris domini/etiam memoriam crucis/
quo scʒ golias/id est diabolus iugulatus exti-
tit debet eis assignare: quia pro certo sicut pue-
ro datur panis/et baculus vt panem a cane de-
fendat: sic etiam christiano gladius crucis vel
diuini timoris cum pallio humilitatis traditur
vt panem istum seu etiã sacramentũ ꝛ eius vir-
tutem/diabolus ab eo nunq̃ tollat. Isti tamen
q̃uis sancti sint: viam suam pollutã dicere/inquã-
tum respectu tanti sacramenti semper se debent B
immundos ꝛ inutiles existimare. Unde Jac. In Jaco.3.a
multis enim offendimus omnes. ¶Uel dic (sicut Aliter.
allegat saluator) qꝺ istos panes sanctos quos
non licebat laicis comedere: sicut patet in libro 1.Re.21.a
Regũ. Dauid laicus famelicus comedit: qꝛ ne-
cessitas non habet legem. ¶Uel dic dic ꝙ gladi⁹ Aliter.
golie est detractor: qui est gladius diaboli: ʒm
ꝙ in Ps. dr. Lingua eorũ gladi⁹ acut⁹ nũcupaƚ. Ps.56.
Isti sunt igitur qui in tẽplo religionis habitãt:
ꝛ inuoluti pallio.s. habitu religioso vel dissimu-
lato/humilitatis ꝛ charitatis zelo homines fe-
riunt ꝛ cruentant. Iste eñ est gladius q̃ ꝓpriũ
dñm occidit: ꝛ detractor est ille q̃ ꝓprio domino
s. ꝓprio plato nõ parcit. Ps. Gladius eoꝝ intret
in corda ipsoꝝ. ¶Doech idumeus fortissim⁹ pa Ps.36.c.
storũ Saulis/de quo nõ cauebaƚ: erat in taber-
naculo qñ sacerdos panes ꝛ gladiũ dedit dauid
qui cũ Sauli hec retulisset/interfecti sunt sacer
dotes. Ex hoc nota ꝙ semper ab insidijs est pre-
cauendum: ꝛ maxime qñ negocia tãgunt princi-
pes vel magnates: vbi.s. nõ aduertiƚ/adest ali-
quis qui loquiƚ: ꝓpter qꝺ multa mala sequunƚ. Eccl's.19.d
Ideo benediciƚ Eccl's. In cogitatione tua non
detrahes regi. Aues eñ celi deferunt illi. Quili-
bet enim gaudet referre platis et principib⁹ q̃c- Eccli.8.d
quid videt. Ideo bene dicitur. Coram extraneo
ne facias consilium: nescis enim quid pariet ꝛc.

¶Cap.xxj. Textus. Uenit autẽ dauid in nobe ad achimelech sacerdotẽ. Moralitatũ Ca. xvj. C

D Auid fugiens
achis regẽ geth/cũ ꝓpedisset se
etiã cognitum: timens ne quid a
Philisteis/qui inimici erant filio
rum israel/pateretur: finxit se
in regis presentia furiosum: mu
tauitq os suum: et impingebat in ostia parte
clausa: et defluebant salive de ore eius. Que vi-
dens achis/ipm fore dauid nullaten⁹ credidit:
sed ipm tanq̃ furiosum expulit/ꝛ sic sub colore
insanie periculũ euasit/ꝛ in speluncam odollam
fugit atq venit: vbi scilʒ fratres eius ad eum cõ
gregati sunt: ꝛ illi qui erant in augustia et ama-
ro aio: et qui premebanƚ ere alieno ad eum con-
uenerunt: et factus est eorum princeps: eiq ad-
heserunt. ¶Dic allegorice/ꝙ dauid est christus Allegoria.
achis vero designat populum iudeorum: quia
reuera dauid dei filius in geth/ que interpretaƚ
torcular vel opprimens: in oppressionem mun-
di ꝛ miserie veniẽs, se in aliã personam.s. in ho-
minem carnem assumendo mutauit: in torculari
passionis more insani, voluntarie scilʒ mortem
assumendo apparuit: propter quod et herodes
eum tanq̃ insanũ veste alba illusit: quapropter
achis iudaicus pp̃ls ipm esse deũ.s. dei filiũ seu
messiam nõ credidit: sed ipm ꝛ ei⁹ fidẽ expulit: ꝛ
eũ expellẽdo occidit dicendo.s. illud. Nolumus
hũc regnare sup nos. Et illud. Tolle eũ ꝛc. Ita D
ꝙ iste in speluncam sepulchri descẽdit. Fratres Lu.19.c
igitur eius.s. apostoli ꝛ discipuli ad eum per fi- Jo.19.c
dem descenderunt: ꝛ: ꝛ omnes qui erant ere alie
no pressi.i. debitis peccatorum cõstricti. Omnes
illi q̃ etiã in angustia tribulationis, ꝛ in amaro
animo tribulationis ꝛ cõtritionis erãt positi.s.
gentiles ꝛ alij peccatores plurimi ad eum con-
uenerunt fidemq eius susceperunt: ꝛ factus est
eorum princeps: eum tanq̃ deum et dominum
crediderunt: dicentes illud Esa. Uestimentum
tibi est: princeps esto noster. ¶Uel dic qꝺ qñq̃
expedit stulticiã simulare. Unde Cato. Stulti- Esa.3.a
ciam simulare loco/prudentia summa est. Et in Aliter.

pro.26.a Prouer. Respondeas stulto iuxta stulticiam suā ne sibi sapiens videatur. ¶ Uel dic ꝙ hodie solū
Aliter. illi qui sunt inopes/angustiati et tribulati: ad dauid. i. ad christum/ vel ad spelūcam odollā. i. ad religionis statum conueniunt: ipsumq̄ pro duce eligūt. Diuites vero nec de dauid: id est de
Jac.2.a deo/nec de religione sua contēdunt: vnde Jaco.
1.Cor.1.d Pauperes elegit deus. Apostol⁹. Uidete fratres vocationē vestrā: quoniā nō multi potētes/non multi nobiles s̄m carnem: sed infirma mūdi ele-
Aliter. git deus. ¶ Uel dic ꝙ pro certo illi qui sunt fratres dauid charitatem sectando/⁊ fraternitatē
E diligendo: ⁊ illi qui sunt inopes/scilȝ voluntarie diuitias contemnendo: et illi qui sunt in amaro animo/de peccatis penitēdo: ⁊ illi qui sunt in angustia/tribulationes sustinendo: et illi qui sunt pressi ere alieno. i. qui sunt boni diuites: mundi era ⁊ diuitias/onus ⁊ pressurā reputādo: ad dauid. i. ad xp̄m per gratiā veniunt: ⁊ in spelunca paradisi discipuli eius fiunt: taliūq̄ personarū dux ⁊ rex efficitur: ⁊ ipsi sibi tanq̄ principi perpetuo famulantur: vnde ipse est qui dicit. Ad
Esa.66.a quem respiciam nisi ad pauperculum ⁊ contritū spiritu ⁊ timentem sermones meos?

¶ Capl'm xxij. Textus.

Abijt ergo dauid inde: et fugit in speluncā. Moralitatum Capi. xvij.

2.reg.22.d Hic habes quomodo doech interfecit sacerdotes domini/scilicet octogintaquinq̄ viros indutos ephot lineo: ⁊ quod solus abiathar aufugit et euasit. ¶ Sic
Moralitas. vere doech qui interpretatur mortuus: id est peccatum carnis quod fetet: vel doech qui interpretatur sollicitus: id est diabolus qui circūiens querit quem deuoret: sacerdotes/id est viros ecclesiasticos qui lino continentie sunt induti, summe nititur occidere: a cuius occisione solum abiathar, qui interpretatur ros: id est solum illos qui diuine gratie rore sunt imbuti, contingit mirabiliter se saluare.

¶ Capi. xxiij. Textus.

Et annūciauerūt dauid dicentes. Ecce philisthijm. Moralita. Ca. xviij.

Hic iterū habes: qd̄ ionathas cum dauid in deserto fedus iniuit: ⁊ sic legit̄ cū dauid ter inisse fedus: scilicet semel
1.Re.18.a in domo: secundo in agro: tertio
1.re.20.g hic scilicet in deserto. ¶ Sic vero
1.re.23.c
Moralitas. deus cum iusto homine tripliciter fedus facit: scilicet in domo conscientie per contritionem: in agro eloquentie per confessionem: in deserto
Aliter. penitentie per satisfactionem. ¶ Uel dic qd̄ ionathas cum dauid viro iusto confederatur ⁊ iūgitur, quando ipsum inuenit in domo cordis et cogitationis per suspsius considerationem. Quandoq̄ in agro opulento per actiue vite fecundam operationem. Quandoq̄ in deserto religionis vel vite contemplatiue per secretam seculi abdicationem. ¶ Uel dic quod primum pa-
Aliter. ctum fit per fidem in domo cordis et cogitationis. Secundum per charitatem bone operationis. Tertium per spem in deserto tribulationis. Quādo enim homo cum deo illi triplici modo iungitur/constat quod sibi firmiter copula-
Eccle.4.b tur: vnde dicitur. Funiculus triplex difficile rumpitur ⁊c.

¶ Capi. xxiiij. Textus.

Ascendit ergo dauid inde ⁊ habitauit in locis. Moralitatum Ca. xix.

Cum saul actualiter p̄seq̄ret̄ dauid, accidit ꝙ p̄ ventre purgādo speluncam intraret: in cuius p̄fundiori parte dauid cū viris suis fugerat ⁊ latebat. Dauid igit̄ sibi tanq̄ p̄secutori misert⁹, ip̄z occidere noluit: sȝ orā chlamydis ei⁹ p̄scindēs: ⁊, de h̄ cor suū p̄cutiēs: penituit ip̄m. Absit inq̄t: vt extendā manū meā in christū dn̄i. Quo facto ipse inimicū suum saulē ad fletū p̄uocauit. ¶ Istō p̄t allegari, quō Moralitas. hō nobilis corde nō dȝ occulte vel p̄niciose aliquē percutere, sȝ potius publice debellare: quin immo si hostem in potestate sua inuenit, debet sibi parcere: et maxime quando videt ex casu ⁊ a fortuna, ⁊ ex dei prouidentia, ⁊ non ex proprijs viribus subiectionem huiusmodi factam esse. Quia sicut dicit Sene. Sufficere debet victori vindicare potuisse. Et idem de moribus. Magnarum virium est ledentem negligere. Tali enim modo inimicus melius vincitur: ⁊ ad fletum ⁊ dolorem prouocatur. Ideo dicit Seneca: ꝙ parcendo melius vinces. Sicut potest haberi exemplū de iulio ⁊ anthonio, de beneficijs Sene. vnde in Prouerbio. Si sitierit inimicus tuus, potum da illi ⁊c. Sic enim faciens, carbones congeres sup prou. c. caput eius. ¶ Uel dic ꝙ in spelunca religiōis vel ecclesie quādoq̄ inuenitur saul malus rex. i. ma- Aliter lus prelatus: q̄ soluȝ querit ventrē suū purgare. i. malam volūtatē implere: ⁊ stercora diuersoꝝ vitiorum ⁊ criminū ⁊ operis executionē exterius reuelare. Sicut ad literam ptȝ de multis: q̄ solū ad hoc speluncam religionis vel ecclesie intrare querunt: ⁊ ad hoc ibi dominant̄ ⁊ p̄sunt, vt fetorē diuersoꝝ vitiorū emittāt, ⁊ vt superbiā, luxuriā, vindictā ⁊ auariciā exerceāt ⁊ cōmittant. Qn̄q̄ etiā in ista inuenit̄ dauid. i. bonus subdit⁹: q̄ solū ibi q̄rit latere, ⁊ a mundi tumultu se abscōdere, ⁊ orationi ⁊ deuotioni vacare. vn̄ Mat. Intra Math. cubiculū tuū, ⁊ ora patrē tuū i abscōdito. Quid igit̄? Pro certo talis dauid. i. bon⁹ subditus: lȝ videat regē. s. superiorē suū talia facientem, ⁊ mala opera sic exequentē: dato ꝙ etiā sit inimicus ⁊ p̄secutor suus ⁊ suoꝝ: non dȝ tn̄ in eū manū mittere: nec eum impugnare vel diffamare, ⁊ spūaliter occidere: sed potius in patiētia dissimulare, ⁊ defect⁹ suos benignius quo poterit supportare: quinimmo si quid de chlamyde fame sue detrahēdo p̄sciderit, ⁊ si obloquendo de p̄lato linguā suam laxauerit: seip̄m redarguere, ⁊ cor suū percutere dȝ. vn̄ Exo. Dijs non detrahes, ⁊ principi Exo. 22. populi tui non maledices. Sicut etiā de oza dr̄: 2.Reg. 6.b ꝙ morte p̄cussus interijt: q̄r manū ad arcā vacillātem misit: ad denotanduȝ ꝙ subditus non debet etiam prelatum vacillantem vel delinquentē detrahendo tangere: cum ad ipsum non p̄tineat de maioribus iudicare. Exemplo Constantini imperatoris: qui in concilio generali libellos episcoporū, vbi eoruȝ crimina vel accusationes continebantur, concremari mandauit: dicens ꝙ maiorū vitia non sunt a minoribus iudicanda.

¶ Capitu. xxv. Textus.

Mortuus est autem samuel: et congregatus est vniuersus israel. Moralitatū Capitulum xx.

NAbal quidā di-
ues ⁊ magnus: cuius pos-
sessio erat magna morabaꝛ
in carmelo. Iste tñ erat pes
sim⁹ ⁊ maliciosus. Uxor ve
ro eius abigail erat prudē
tissima ⁊ pulchra. Factū est
igiꝛ ꝙ cū iste oues suas tō-
deret: ⁊ tonsorib⁹ cōuiuiū
faceret: misit ad eū Dauid q̄ latebat tūc tp̄is in
deserto, ꝓ se ⁊ socijs suis benedictionē ⁊ gratiā
i. cibos seu viaticū petitur⁹. Ille aūt nō solū no-
luit ipsis dare aliquid: sed incepit obloqui de da
uid ⁊ iniurias dicere: ⁊ ipsum seruum fugitiuum
vocare. Quo audito dauid iratus: statim ipsum
cum omnibus suis que habebat voluit perdere:
nisi sapiens vxor eius abigail occurrisset. Ista
enim audita fatua responsione viri sui, statim
munera parauit: et in occursum dauid cucur-
rit: ⁊ verbis prudentissimis simul ⁊ muneribus
ante missis, irā eius placauit. Ista igitur tunc vi
B ro suo ebrio indicare noluit: sed in crastino peri
culū in quo fuerat indicauit sibi, ⁊ dixit: propter
q̄d emortuū est cor eius intrinsecus: ⁊ factum est
quasi lapis: ⁊ post decē dies defecit, ⁊ mortuus
Moralitas est. ¶ Iste nabal qui interpretaꝛ stultus, signifi-
cat aliquē malū diuitē: ⁊ maxime p̄latū, principē
vel superiorē: qui in deserto hui⁹ mundi, licet sit
maliciosus ⁊ pessimus, diuitijs tamen abundat.
Ps̄. 72. b Psal. Ecce ipsi peccatores ⁊ abūdātes in seculo,
obtinuerūt diuitias. Isti igiꝛ ad tōdēdas oues
i. ad excoriādos simplices et pauperes cōtinue
vacant: ⁊ etiā tonsoribus suis. i. balliuis ⁊ fami-
liaribus suis: ad istā rapine tōsionē seruiētib⁹ cō-
uiuia et festa preparant: ⁊ ipsis beneficia ⁊ officia
⁊ alia lucra tp̄alia subministrāt: ⁊ inde Dauid. i.
christo: q̄ in p̄sona pauperꝫ clamat ⁊ petit ꝓ elee
mosynis, nihil donāt: sed poti⁹ ipsos seruos da-
uid. i. ipsos pauperes vituperāt atq̄ molestant:
Iud. 9. d et murmurando et maledicendo ipsum dauid. i.
christū blasphemāt. Unde dicitur. Inter epulas
maledicebant abimelech. Quid igiꝛ? Pro certo
nō restat, nisi ꝙ dauid et viri sui. i. xp̄s cum ange
lis suis cōtra tales irruat: nisi forte vxor eorum
sapiēs. i. prudentia ipsos arguat: et dona et elee-
mosynas christo et pauperibus eius tribuat: ⁊ ꝑ
humilitatē et patiētiā ipsi dauid christo obuiet
Eccli. 26. a et occurrat q̄ irā eius impediat et ꝯpescat. Ideo
Aliter. bene diciꝛ. Mulieris bone beat⁹ vir. ¶ Uel illud
allega ꝙ nabal. i. prelat⁹ tūc hꝫ magnū cōuiuium
C facere ⁊ magnū gaudiū hr̄e: qñ oues suas. i. sub-
ditos pōt tōdere: et nudos et paup̄es mētaliter
et sp̄ūaliter facere: ⁊ vellus bonorū tp̄alium de
affectione ipsorū auferre: exemplo abrahe, qui
tūc magnū cōuiuium fecit, qñ filiū suū isaac abla
Gen. 21. a ctauit. i. a lacte bonorū terrenorū p̄ cōtemptum
abstraxit. Uel ecōtra dic de malis p̄latis ⁊ dñis, q̄
tunc tp̄is summe gaudēt, qñ subditos suos exco
riare, et bonorū tp̄alium vellere ꝓuare possunt:
et qñ sufficientē occasionē excoriandi et depre-
Job. 3. d dandi eos inueniūt. Uñ Job. Gaudentq̄ vehe-
mēter cū inueniūt sepulchrū. Et loquiꝛ de illis q̄
A fodiūt aurum. ¶ Uel illud allega, ꝙ q̄diu hō est
Aliter. ebrius, et in ipso feruore male voluntatis: non
debet exasperari vel corrigi: sed potius dissimu
lari et supportari: sed in crastino cū ira aut ebrie
Eccli. 31. d tas cessauerit debet tāgi. Uñ, in cōuiuio ne proxi
mū arguas. Et sequitur. Nō premas eū in repe
tendo: Non solet enim homo ebrius vel iratus
obiurgationi acquiescere: q̄ tamen refrigeratus
Aliter. solet patienter cū corrigiꝛ sustinere. ¶ Uel dic ꝙ
nabal q̄ iterpretaꝛ stult⁹, est peccator: qui est pes
sim⁹ ⁊ maliciosus: imisericors, iniuriosus, ingra-
tus, obliuiosus, obstinat⁹ ⁊ ceruicosus. Dauid
enim pastores eius ⁊ greges eius defenderat: et
ideo fuit ingrat⁹ ⁊c. Talis igiꝛ cuius cor emori-
tur ⁊ lapidificaꝛ per obstinationem: post decem D
dies. i. decem mandatorū transgressionem moriꝛ
⁊ morti tēporali ⁊ perpetue condemnatur. Unde
Ezech. Anima que peccauerit, ipsa morietur. Ezec. 18. a

¶ Capitu. xxvj. Textus.

Et venerunt ziphei ad saul in gabaa di-
centes. Moralitatum Cap. xxj.

CUm saul p̄sequere-
reꝛ dauid: ⁊ in medio exercit⁹ sui
in tabernaculo quiesceret ⁊ dor-
miret: ciphūq̄ aque ⁊ hastā ad ca
put suum haberet: ⁊ Dauid de
monte descēderet: caute taberna
culū regis intrauit: ipsumq̄ dormiētē inueniēs,
hastā ⁊ ciphū abstulit: ⁊ rediens in montē iterū
ascēdit: ⁊ clamare incipiens huiusmodi verba di
xit. Nōne respōdebitis verbū? Ingressus est vn⁹
de turba vt interficeret regē. Uiuit dñs, quia filij
mortis estis vos: qui non custoditis dominū ve-
strum christum. Ubi inquit est hasta regis, et vbi
ciphus ⁊c. Abner igitur merito reprehenditur:
qui dñm suū nō custodiuit, sed dormiens ipsum
in periculo dimisisse probatur. ¶ Per dauid q̄ in Moralitas
montibus morabaꝛ, ⁊ interpretaꝛ manu fortis:
in hoc loco possumus diabolū intelligere, qui. s.
est valde fortis: ⁊ in hoc loco in montibus. i. in
superbis vel in elatione sup̄bie semper dinosciꝛ Job. 41. d.
habitare. Unde Job. Ipse est rex sup̄ oēs filios Job. 40. c
superbie. Et alibi. Huic montes herbas ferunt. E
Per regē israel christum intelligo: p̄ abner ꝟo q̄
interpretaꝛ patris lucerna intelligiꝛ ratio. Ista
est igitur veritas, ꝙ rex israel christus cōtra da-
uid manu fortē. i. cōtra diabolū superbū ⁊ mon-
tosum militās: qñq̄ i sacramēto altaris, vel etiā
sp̄ūaliter per gratiā in tabernaculo cordis hu-
mani recipiꝛ: vt ibi quiescat, habitet ⁊ moretur.
In nullo enim loco christus dulci⁹ dormit, q̄ꝫ qñ
in mūdo corde p̄ gratiā requiescit. Unde in Cañ. Cañ. 1. d
Dū esset rex in accubitu suo: nardus mea dedit
odorē suū. Sed reuera ad hoc ꝙ rex iste in cor-
de humano possit suauiter requiescere: tria de-
bēt eū sociare, scꝫ abner princeps exercitus vir-
tutū. i. lucerna rōnis que vigilet: hasta. i. memo-
ria crucis que sustentet: ciphus aque. i. humor
deuotionis, cōpassionis ⁊ compunctionis q̄ irri-
get. Sed reuera quandoq̄ fit ꝙ iste vigil. i. ratio
ita mundi delitijs delectaꝛ: ꝙ a cura diligētie te-
pescit, ita ꝙ dormiēs hebetaꝛ. Et tūc ꝓculdubio
venit vn⁹ de terra, scꝫ diabolus: q̄ in tabernacu-
lū p̄ tentationes se ingerit: ⁊ hastā ⁊ aquā. i. cru
cis memoriā diuini timoris lanceā deuotionēq̄
⁊ cōpunctionē tollit: et clamorib⁹ malarum cogi
tationum regem inquietat, ⁊ in corde quiescere
non permittit. Quis es tu inquit q̄ clamas et in-
quietas regem? Concludi igitur potest: ꝙ abner F
i. ratio q̄ non vigilat: sed ad regem latronem dia
bolum intrare, ⁊ ipsum spoliare permittit: meri-
to debet redargui, ⁊ mortis filia nūcupari. Uigi-
late igitur: quia si sciret paterfamilias qua hora Mat. 24. d
fur veniret, vigilaret vtiq̄.

¶ Capi. xxvij. Textus.

Factum est autem in diebus illis: con-
gregauerunt philisthijm. Moralitatum
Capitulum xxij.

Hic ponitur: ꝙ cū Dauid ad achis regem geth fugisset: ⁊ oī die a con vicinis gentilibus multas raperet predas: ⁊ cū ipsi regi gentili predicaret ꝙ dictas predas non a gentilibus, sed a filiis isrl̄ apportaret: de quo idē rex summe gaudebat: idē Dauid tali vtebat̄ cautela: qr̄ s. nec viro nec mulieri parcebat: sꝫ ne ɔtra eū loquerent̄, oēs generaliter occidebat. Ista cautela generaliter vtuntur multi latrones: qr̄ scꝫ eo solo qr̄ timent reuelari postq̄ rapuerūt occidūt: ⁊ qui alias parcerent, nulli parcunt. Mortuo samuele eum philistini congregarentur et insurgerent cōtra saul: ⁊ dominꝰ sibi respondere nollet per somnia, nec per sacerdotes, nec per prophetas: mulierē phitonissam adīt: ⁊ samuelē suscitare poposcit. Qui statim phitonisse ꝑ sciētiā suscitatus, euentum belli sibi ꝑdixit: ⁊ ꝙ in crastino cū filiis suis moriturꝰ esset, sibi certissime reuelauit. Qđ etiā euentus rei postea cōprobauit.

B De ista suscitatione, scꝫ vtrum fuerit vera anima samuelis: quod ponit Aug. ⁊ Eccli. xlvj. Insuper vtrū spūs malignꝰ: vt ponit Beda in glos. Act. xvj. non est presentis negocii disputare.

Moralitas ¶ Hic solū moraliter dico, ꝙ saul significat rumorū inuestigatores, qui scꝫ multoties solent audire illud qđ nunq̄ voluissent euenire: qr̄ ꝓ certo sepe fit ꝙ dū suspiciosus diligēter inquirit: ⁊ a viuis ⁊ a mortuis perscrutari cōtendit: sepe infortuniū inuenit: ꝓpter qđ displicentiā mox incurrit. Ideo dicitur. Nō est necessariū ea que q̄ abscondita sunt videre oculis tuis: in supuacuis rebus noli scrutari. (Eccli. 3. c; Aliter.) ¶ Uel dic qđ samuel propheta, ⁊ tñ mortuus: significat virū scientificū ⁊ peccatorē: qui reuera multa vera ⁊ bona solet dicere ⁊ predicare: licet non faciat: ita qđ non restat nisi hoc qđ dicit̄. Quod dicunt facite ⁊c. (Matt. 23. a)

¶ Capi. xxx. Textus.

Cūq̄ venissent dauid ⁊ viri eius in sicelech. Moralitatum Capi. xxiij.

Dauid sequēs amalechitas, ꝓ eo ꝙ sicelech succēderāt: ⁊ viros et mulieres captiuos ducebant: puerū egyptiū quem infirmātē ⁊ lapsum dñs suꝰ dimiserat, inuenit. Quem in ductorē eligens, amalechitas discūbentes ⁊ edentes et bibētes: ⁊ quasi festū faciētes iuenit: quos occidens, predā quā tulerāt reportauit: et captiuatū populū liberauit: et etiā de bonis acquisitis in illo bello equā portionē illis q̄ in bellū descēderāt, ⁊ illis q̄ lapsi ad sarcinas remanserant, dispēsauit.

D

Moralitas ¶ Iste puer egyptius quē dñs suus lapsum ⁊ infirmū dimiserat: significat quosdam paupes hoies tenebris tribulationū ⁊ miseriaꝝ obtectos: qr̄ s. egyptus interpretat̄ tenebra infirmitatibꝰ ⁊ miseriis fatigatos. i. a dño suo. s. a mūdo cōtemptos ⁊ ꝑtermissos: qr̄ reuera sepe fit, ꝙ cū dauid. i. deꝰ: amalechitas q̄ interꝑtant̄ terrā labētes. i. hoies terrena diligētes, vult cōprehēdere ⁊ ɔuertere: q̄nq̄ de vno paupe hoie solet ductorē. i. prelatū vel predicatorē facere: quo. s. tādē mediāte ⁊ cooperāte solet tales mundanos, carnales et auaros cape: et eos ꝑ pniam mortificare: et vitā carnalē in eis occidere: et eos virtutibꝰ et fidei subiugare. ¶ Uel pone ꝙ sicut egyptiꝰ cooperat̄ dauid ad amalechitas vincēdos ⁊ inueniēdos, sic mali cooperant̄ q̄nq̄ bonis ad demones vīcēdos, vl̄ ad malos alios puniēdos: vt ptꝫ de bonis ꝑlatis ⁊ principibꝰ: q̄ malis officialibus ⁊ stipendiariis vtunt̄ ad iustitiā exequēdā. Apl̄s. Diligētibꝰ deū oīa cooperant̄ in bonū. (Aliter; Roma.) ¶ Uel dic exēplariter de liberalitate ⁊ curialitate boni principis: qui scꝫ lapsis ⁊ remanentibus dꝫ cōpati, ⁊ oibꝰ equaliter cōdiuidere ⁊ partiri. Vñ dicit̄. Cunctis filiis aarō equaliter per singulos diuidetur. (Leuit.; Aliter.) ¶ Uel si vis allega contra malos tyrannos: q̄ nunc letant̄ ⁊ luxuriant̄ in predis, quas a filiis israel. i. a bonis christifidelibus rapuerunt. Sed Dauid. i. xp̄s subito q̄nq̄ dū non aduertunt irruit super eos: ⁊ eos per mortem et infortunia interficit: ⁊ illa que rapuerunt mundi bona, ipsis subtrahit. Unde Luc. Stulte hac nocte repetēt aiaꝫ tuā a te: q̄ aūt pasti, cuiꝰ erūt: ⁊c. (Luce.)

¶ Capitu. xxxj. Textus.

Philistīm autē pugnabant aduersum israel. Moralitatum Cap. xxiij.

Saul vulneratus a Sagittariis, pro eo scꝫ ꝙ totū pōdꝰ prelii versum fuit ad Saul: ab armigero suo se occidi poposcit: timens ꝙ philistini venīētes ipsum occiderent illudentes. Cū igit̄ armiger ipsum occidere nollet: ipse saul sup gladiū suū incubuit: qđ ⁊ armiger ipsꝰ silr̄ statim fecit: ⁊ sic vterq̄ ꝓprio gladio interiit ⁊ defecit.

Mora. ¶ Saul rex significat superiorē ⁊ rectorē: in quē ꝓ certo totū pondus prelii. i. tota sarcina tentationū vertitur: inquantū diabolus debellare superiores ꝑ pre ceteris conat̄: vt. s. eoꝝ exēplo alii faciliter deuincātur. Sepe igit̄ fit, ꝙ postq̄ iste superior a sagittariis. i. a demonibus ꝑ tentatiōes est vulneratus: proprio gladio. i. ꝓprio cōsensu seipsum interficit: inquantū petō volūtarie cōsentit: ⁊ in pñtia armigeri. i. in ɔspectu subditoꝝ suorū seipm ꝑ vitia trāsuerberat ⁊ transfigit: cuiꝰ exēplo ꝓculdubio armiger ille. i. sub litus quicunq̄ statim ad simile prouocatur: ⁊ etiam morte simili per vitia iugulatur. Sicut enim dicit Grego. Uitium rectoris facile trahitur a subditis in exemplum. (Grego.; Aliter.) ¶ Uel dic ꝙ isti qui gladiis propriis transfixi sunt, inuidos et detractores designāt: q̄ reuera ꝓprio gladio. i. ꝓpria inuidia vel odio seipsos ante oīa vulnerāt: ⁊ doloris sui iaculo se cruentant. Psal. Gladius eoꝝ intret i corda eoꝝ. (Psal. 36; Aliter.) ¶ Uel dic ꝙ armiger saulis est adulator principis: qui scꝫ magistrum suū noluit interficere: qr̄ isti dominos suos nolūt corrigere, vel gladio veri percutere: et ideo isti dñi proprio gladio. i. propria vindicta ⁊ potestate quā habent, seipsos occidunt inquantū seducti a suis armigeris ⁊ adulatoribus, officialibus ⁊ balliuis: dicto gladio seu dominio abutuntur. Ipsi tñ armigeri. i. adulatores seu mali cōsiliarii immunes nō euadūt: quia scꝫ ipsi ꝓpriis gladiis pereunt: inquantum ꝓpter abusum potestatis sibi cōmisse, spūaliter ⁊ eternaliter se occidunt. Istud etiā dici pōt cōtra ɔfessores ⁊ predicatores frequentantes curias principū: qui scꝫ libentius solent adulari q̄ verū dicere: qui nec audēt magnates reprehendere: ⁊ sic vterq̄ solet perire sicut bene patet in Ezech. Ipse impius in iniquitate sua quā operatus est morietur: sanguinem autem eius de manu tua requiram. Et ideo talibus (Ezech.)

Reg. 2°

Esa.3.b. bus superioribus loquitur scriptura: Popule
meus/qui te beatum dicunt ipsi te decipiunt. Et
Esa.9.e sequitur ibidem. Et erunt qui beatificant sedu-
Eodē.c.c ctores ⁊ qui beatificantur precipitati. ¶ Mortuis
saule ⁊ filiis eius super montem gelboe: venerunt
philistini ad spoliandum mortuos: et inuene-
runt saulem ⁊ tres filios eius mortuos ⁊ interfe
ctos, iacentes in monte gelboe: ⁊ presciderunt ca
put saul: ⁊ spoliauerunt eum armis suis: et mise
runt per terram philistinorum per circumitum:
vt annunciaretur in templis idolorum ⁊ in popu
lis. Et posuerunt arma eius in templo astaroth:
⁊ suspenderunt corpus eius in templo bethsan.
Sed viri iabes galaad de nocte venientes, cada
uera saulis ⁊ filiorum eius mortuorum de muro
tulerunt: et succensa ciuitate secum apportaue-
Moralitas runt: ⁊ iuxta iabes ciuitatem propriam sepe-
lierunt. ¶ Philistini qui interpretantur poculo
ruentes, sunt demones: qui scilicet poculo super
D bie inebriati, de empyreo celo corruerunt. Post-
q̄ igitur isti super montem gelboe, vbi nec ros
nec pluuia descendit .i. super mundi altas digni-
tates ⁊ excellentias: saul et tres filios eius .i. ani
mam ⁊ tres potentias eius: gladiis tentationum
percusserunt: vt pote: quia primum filium scilicet
intellectum, occiderunt per ignorantiam. Secun
dum vero filium scilicet affectum per concupiscen
tiam. Tertium filium scilicet memoriam, per in-
gratitudinis obliuiscentiam: ita ꝙ iste cum fi-
liis suis in bello iam mortuis iacet in terra per
terrenorum affectum ⁊ auariciam: statim procul
dubio conuertuntur ad caput recte intentionis
sibi tollendum: ⁊ ad eos armis .i. virtutibus aliis
spoliandos, ⁊ ad eorum mortem .i. peccata de-
nunciandum publicandū ⁊ diffamandum: ipsos
quoq; in muro bethsan .i. in mundo per affe-
ctionem affigunt: ⁊ per elationem suspendunt.
Bethsan enim interpretatur domus dormien-
tis, domus securitatis ⁊ domus abundantie et
fertilitatis, significans satis proprie mundum
istum: qui reuera est domus dormientium idest
delitiosorum: domus seculorum .i. superborum
obstinatorum: domus abundantie .i. diuitum et
opulentorum. In ista igitur ciuitate .i. mundo,
mortui pecatores suspenduntur: et ibi per affe-
Judith. 14.a ctionem nimiam affiguntur. Unde dicitur. Su-
spendite caput holofernis super muros. Uiri ve
ro iabes galaad .i. iusti cadauera talium tol-
lunt inquantum scilicet malam malorum vitam ⁊
mortem memoriter recipiunt: ⁊ in corde suo se-
peliunt ⁊ abscondunt. ⁊ sic ex consideratione ma
Pro.24.d lorum seipsos corrigunt ⁊ conuertunt. Unde in
Prouer. Per agrum pigri hominis transiui: ⁊ ec-
E ce totum operuerunt vepres ⁊ spine. Quod cum
Alter vidi, adhibui cor: ⁊ exemplo didici disciplinam.
¶ Uel etiam de cadauere .i. de morte pene potest
intelligi: quia reuera quando aliquis tyrannus
a demonibus occiditur, suspenditur, ⁊ in infer-
Ps.57.b no necatur: a iusti corde sepeliendus est: vt pena
talis caueatur. Psal. Letabitur iustus cū vide-
rit vindictam: manus suas lauabit in sanguine
peccatoris.

¶ Moralitatum primi libri Regum Finis.

Liber decimus mora litatum secundi libri Regum.

¶ Capitulū j. Textus.

Factū est aūt postq̄ mortuus est Saul.

Moralitatum Capitulum j

PRetermitto adu la-
tionē amalechite qui saulis
coronā portabat ⁊ armillā:
qui etiā saulē se occidisse ia
ctabat, ex quib⁹ dauid gra-
tiam se adipisci sperabat: sz
tn̄ dauid ipsum protinus in
terfecit. ¶ In quo notari Moralitas.
pōt, ꝙ rex, princeps vel p̄la-
tus non debet adulatores audire vel recipere: F
nec eos etiam si munera offerant: et si etiam ini-
micos suos se grauasse afferant: diligere: sed po-
tius corrigere vel punire. ¶ Uel dic ꝙ quandoq; Alter
homo credit reportare premia, vnde reportat
damnum vel vituperium. Unde Hiere. Expecta- Hier.14.d.
uimus pacem, ⁊ ecce turbatio. Pretermitto etiam
de planctu dauid, ⁊ maledictione montium gel-
boe: necnon de aduentu dauid in hebron cum
duabus vxoribus: per quod designant quidam
christum ad ecclesiam cum duobus populis ve-
nientem, ⁊ ibi etiam regnantem ⁊c. Et etiam trās-
seo de morte azahelis cursoris velocissimi. Uerun
tamen sterilitas per montes, vbi nec ros nec plu
uia cadebat, post imprecationem istam secundū
aliquos accidit: quinimmo extunc steriles fue-
runt qui ante fertiles fuerant: ceteri vero mon-
tes a domino fuerunt visitati. Isti vero a visita-
tione domini destituti possunt intelligi quidam
obstinati, incorrigibiles peccatores: in quibus
scilicet nec ros deuotionis, nec pluuia misericor
die, aut compassionis potest cadere: quinimmo
semp sicci, indeuoti ⁊ quo ad bona opera, steriles
permanere volūt: ceterisq; vicinis ⁊ prosperanti-
bus, et letantibus, ⁊ virtutum et operum copia
exuberantibus: isti soli consueuerunt steriles
permanere: ita scilicet ꝙ eos dominus quasi de-
sperās de ipsorum salute non visitat, scilicet in-
spirando vel corrigendo: immo ipsos in propria
sterilitate dimittit: de eorum salute vt apparet G
prima facie non curando. Unde istis videtur di-
cere illud Ozee. Nō visitabo super filias vestras Ozee.4.c
cum fuerint fornicate. Ista etiam q̄tum ad quos
dam miseros possunt applicari: qui scilicet in tē-
poralibus sunt infortunati: ꝙ nullum bonum po
test eis euenire. Unde talibus potest dici illud
Ezech. Letare vniuersa terra: in solitudinem te Eze.35.c
redigam. ¶ Dicitur in isto secundo capitulo: aza Ca.ij.d.
hel erat cursor velocissimus: sicut vnus ex ca-
preis qui est in campis. Iste igitur persequeba-
tur abner principem exercitus israel: ⁊ q̄uis ipm
abner dulcib⁹ verbis a persecutione retraheret:
cessare tamen noluit: nec ad dexteram nec ad si-
nistram declinauit. Quo viso abner auersa hasta
ipsum in inguine percussit: ⁊ statim mortuus ce-
cidit. ¶ Istud exponitur moraliter de prelatis ⁊
subditis: quia abner dux qui interpretatur pa- Moralitas
tris lucerna intelligitur bonus prelatus: per aza
hel vero cursorem intelligitur instabilis, subdi
tus ⁊ proteruus, vel aliquis malus princeps: q̄
pro certo quandoq; cōtingit ꝙ azahel .i. aliquis
malus ⁊ proteruus subditus principem et du-
cem ecclesie prelatum persequitur: et tunc pri-
mo debet ipsum dulciter monere: ⁊ a cepto malo
proposito benigniter refrenare. Qui si cessare no
luerit, tunc hasta seuere sententie debet adhibe
ri: vt pote quia tunc debet excommunicari vel
acrius castigari. Ueruntamen ista hasta dicitur
auersa fuisse: quia reuera prelatus debet cau-
te quanto plus potest, et quasi hastam virium
aduertens, peccatorem ex obliquo percutere
vel arguere: vt sic possit a superbia sua cade-
re, et a furore malorum operum cessare. Qui si H
ex directo perceuteretur, posset faciliter amplius

insanire. Quod potissime in correctiōe pncipum debet esse: quia pro certo nisi isti ex obliquo et ex indirecto percutiātur, sed potius aperte et euidenter aggrauētur: statim in furiam conuertuntur: et sic nullatenus superātur. Lignū em̄ et non ferruꝫ debet ad istos verti et obtusa correctione, nō aspera debent percuti: et sic solēt facilius per humilitatē cadere, ꝛ p penitentiā mortificari, ꝛ per disciplinā debitam superari. Unde

Aliter Seneca dicit. Parcendo meliꝰ vinces ꝙ puniendo. ¶ Uel dic ꝙ abner est diabolꝰ: qui pris lucerna pro eo dicit: quia luce limpidi intellectꝰ vigere dignoscitur. Azahel aūt qui interpretatur videns deū, virum iustum significat: qui deū p contemplationem videt: ꝛ contra diabolū diligenter currit et pugnat. Igitur sepe fit ꝙ azahel iste i. homo iustus propriā fragilitatē non attendēs sed decursu bonorum operū suorū plus debito presumens abner. i. diabolum nimis ardēter insequitur: et ex viribꝰ ppriis cōtra ipsum preualere conat. Quod videns diabolꝰ, statim auersa hasta, id est aliqua tētatione indirecta ipsum p cutit: vt pote quia preteritas carnis delicias sibi ad mētem reducit: et in inguine, id est in geni

A talibꝰ per luxuriā ipsum ledit: ꝛ sic spiritualiter occidit qui indiscrete et vltra vires diabolū impugnare se credit: ꝛ qui de propriis viribꝰ vltra posse confidit. Quod potissime ad nouitios religiosos ꝛ cōuersos pertinet: qui in principio plꝰ debito sunt feruentes: quapropter faciliter delinquunt, et maxime per luxuriā in aquaꝫ cadunt.

i.co.ix.d Ideo docet bene Apls. Sic currite vt cōprehēdatis. ¶ Uel dic ꝙ diabolus hominē auersa hasta in inguine pcutit, quando de peccato contra naturam ipsum tentat et ledit.

Aliter.

¶ Capl'ꝫ tertiū Textus.

Facta ē ergo lōga cōcertatio iter domū dauid ꝛ iter domū saulis. Mo. Cap. ij.

Abner qui interpretatur patris lucerna ad dauid vxorem suā michol reducens quaꝫ vir suꝰ sequebatur plorās: p ioab ad mediū porte reducitur: a quo in dolo loquēte, percussus in inguine oc

Moralitas. cidītur. ¶ Sic vere dū lucerna fidei, id est predicator nitit ad dauid. i. ad christū, vxorē suā, id ē ecclesiā reducere: et eā a viro carnali, id est a mūdo ꝛ a mundi amore seiungere: ꝛ omnes tribus israel, et oia genera hoim cū ipso cōfederare: sepe fit ꝙ ioab diabolꝰ ipm dolose p tentationē ad se reducit: ꝛ in inguine ipsum p luxuriā pcutit:

B ꝛ sic eū in medio porte spūaliter occidit, dū medietatē virtutū suarū, scꝫ bonaꝫ vitam sibi sub

Esa.38.b. trahit: aliā vero medietatē scꝫ doctrinā solū dimittit sibi: ita ꝙ ille sic dimidiatꝰ ꝛ in medio postus pōt dicere illō Esa. Ego dixi in medio dierū meoꝝ, vadā ad portas inferi. Iustꝰ ex duobꝰ cōstat, ex vita scꝫ ꝛ doctrina: sꝫ qn̄ vnū illoꝝ tollit: tūc in medio ꝯstituit, ꝛ spūaliter mediatur.

Capl'ꝫ. iiij. Textus.

Audiuit āt Isboseth filiꝰ saul: ꝙ cecidisset abner in hebrō. Moralitatū Capl. iij.

oraculo facta ſunt duo oſtia de lignis oliuarū: ⁊
ſculpta erāt in eis cherubin ⁊ palme: que oīa au
ro cooperta erāt. Poſtes aūt oſtiorū quiꝗ angu
los habebāt. Quia templū eccleſia intelligit̄: vñ vi
detur ꝙ per domum exteriorem que erat maior,
intelligitur ſtatus laicorū. Per interius vero ora
culum deſignatur ſtatus ⁊ congregatio clerico=
rum. Oſtia igitur iſtius oraculi, prelatos ſignifi=
Job.10.b cant: per quos alij ad fidem ⁊ ad eccleſiam, necnō
ad eccleſiaſtica beneficia intrant. Unde dicit̄. Ego
ſum oſtium. Qui non intrat per oſtium in ouile
ouium: ſed aſcendit aliunde (ſicut faciunt ſymo=
niaci ⁊ intruſi) ille fur eſt ⁊ latro. Uideamus igi=
tur qualia debeant eſſe oſtia domus dei, ſcilicet
prelati. Dico igitur ꝙ debent eſſe duo: quia debēt
eſſe combinati per charitatem: debent eſſe de li=
gnis oliuarum: quia oleum eleemoſynarum de=
bēt fundere per pietatem: habere poſtes cū quin
ꝗ angulis, ideſt virtutes: que faciunt quinꝗ ſen
ſuum diſcretam ſagacitatem ⁊ cōtinentiam: de=
bēt habere cherubin, ideſt ſciētie plenitudinē: de
bēt habere palmas, ideſt victorie ⁊ ꝑſeuerātie lon
gitudinem: debent habere anaglipha ſeu cela=
turas. i. virtutū pulchritudinē: debentꝗ ad mo=
G dum oſtij eſſe volubiles ꝑ diligētie ſollicitudinē:
⁊ per omnia debent eſſe cooperti ſpirituali auro
per ſplendidam conuerſationis ſanctitatem: ꝗ=
uis prodholor hodie multi magis conentur ſe
cooperire auro naturali per auaricie turpitudi=
nez. Unde ſupra ibidē dicit̄: ꝙ nihil erat in templo
Eze.41.d quod non auro tectū erat. Ideo de talibus eccle
ſie oſtijs ſeu prelatis poteſt dici illud Ezec. Bina
oſtia erant in tēplo: ⁊ in ipſis oſtijs celatura erat
cherubin ⁊ ſculpture palmarum. ¶ Uel ſi vis: oīa
iſta expone de predicatoribus, quibus medianti
bus ad mores ⁊ ad fidem intratur: ⁊ de ſacerdoti
bus ⁊ rectoribus, per quos laici ad ſacramen
ta eccleſie admittuntur. Domus etiam exte=
rior templi duo habebat oſtia de lignis abieti=
nis: que habebant poſtes de lignis oliuarum cuz
quatuor angulis: quodlibet vero illorum oſtio=
rum erat duplex: ⁊ ſe inuicē tenēs aperiebatur:
ipſaꝗ oſtia auro opere quadrato ad regulā ope
riebantur: ⁊ palme ⁊ cherubin in eis ſculpebant̄.
Quia ſicut dictum eſt, domus templi exterior ſta
tū laicorū deſignat: ideo bene poſſunt per oſtia
domus huius ſeculares principes ⁊ iudices de=
notari: quia reuera iſti debent eſſe duo per com=
munem ſui ⁊ aliorum diligentiam: quia ſcilicet
non debent eſſe vnus, ſcilicet toti ſui per proprij
H lucri auariciam, ⁊ ꝑ ſingularitatis parſimoniaz.

Debet etiam eſſe quilibet duplex, per dei et per
Chriſti charitatem binariam: ⁊ debent ſe inui=
cem tenere per pacem: amorem ⁊ concordiam, ⁊
ad ſe inuicem conuerti ⁊ applicari per mutuū ad= Eze.41.d
iutorij conuenientiam. Unde Ezech. Ab vtraꝗ
parte bina erant oſtiaria, que in ſe inuicem appli
cabantur. Iſti igitur debent eſſe de lignis abieti=
nis: que ſunt recta: quia debent in ſe habere po=
ſtes oliuarum: que ſignificant pietatis ⁊ miſeri=
cordie dulcedinem que quatuor debent habere
angulos, ideſt conſtantie ⁊ ſtabilitatis quadratu
ram ⁊ fortitudinem. Res enim quadrata non fa=
ciliter voluitur: ſic vere nec prudens homo facili
ter a verbo vel a propoſito ſuo mutatur: nec ꝓ=
ce nec precio aduerſitate vel proſperitate, adu=
latione vel detractione a rectitudine variatur.
Et ideo tale oſtiū, ideſt talis ſuperior opere qua
drato ad regulam dicitur formatus: ad denotan
dum ꝙ ipſe debet eſſe per conſtantiam quadra= Apo.21.c
tus, ⁊ per temperantiam regulatus. Unde Apo=
ca. Ciuitas in quadro poſita eſt: operiantur iſti
auro, ideſt honeſte conuerſationis fulgore: ſcul=
pantur imagine cherubin, ideſt ſcientie ſplendo= Apo.7.c.
re: ⁊ decorentur pictura palme ideſt perſeueran Aliter
tie ſeu victorie potentia vel vigore. Apo. Palme Eodē.c.a
in manibus eoruz. ¶ Uel omnia iſta potes allega
re de quolibet viro regulato charitate: pro iuſto
ad alia dilata, vt ſupra. ¶ Hic dicitur ꝙ in tēplo
erant feneſtre oblique: que exterius erant ſtri=
cte, interius vero late propter palme interius re
ceptum dilatabatur: ⁊ multo plus ꝗ videretur, Moralitas.
intus de lumine fundebatur. ¶ Sic vero dico, ꝙ
in templo eccleſie illi qui ſunt prelati ſuperiores
vel illi qui ſunt feneſtre per quas templum illu= A
minatur: vt predicatores, doctores: ⁊ ceteri: de=
bent exterius quo ad aſpectum exteriorem eſſe
ſtricti: interius vero quo ad aſpectum bonorum
ſpiritualium debent eſſe lati ⁊ obliqui. i. occaſio=
naliter lux bonorum exemplorum ſuorum tem=
plum eccleſie illuminabit: ⁊ oblique. i. inductiue
⁊ circunſtabiliter lux ſuoruz documentorū alios Aliter.
ſpiritualiter illuſtrabit. ¶ Uel dic ꝙ feneſtra. i. in Mat.7.b
greſſus in templum paradiſi primo eſt artus,
deinde latus: quia arta eſt via que ducit ad vi=
tam: ⁊ ideo obliquus poteſt dici, pro eo ꝙ cum Aliter
difficultate poteſt intrari. ¶ Uel dic ꝙ ingreſſus
in templum eccleſie, vel ad eccleſiaſtica beneficia
ſtrictus ⁊ difficilis eſt in principio. Poſtꝗ autem
homo introierit gaudioſus eſt ⁊ lat9: ⁊ ideo obli
quus dicitur: quia per multas circūuolutiones Aliter
⁊ circunſtantias ibi ſubintratur. ¶ Uel dic de fe=
neſtra cordis, que debet eſſe ſtricta ad exteriora
lata vero ad interiora: quia parū ⁊ ſtricte debet
exteriora diligere, ⁊ de ipſis accipere: late vero ⁊
humiliter oz ad conſiderationē ſuoꝝ interioꝝ ſe
dilatare ⁊ oblique circūire. i. ꝑ cōſiderationes di=
uerſas oz lucē gratie in templum ꝯſcientie intro
ducere: ⁊ plus ꝗ appareat oz de iſto lumine poſ= Aliter
ſidere. ¶ Uel dic ꝙ feneſtre ille ſunt religioſi: q ſcz
a parte exterioꝝ ⁊ mūdanorū ſe de[illegible] ſtrictificare
re: a pte aūt interioꝝ, ſcz ꝗtum ad [illegible] q ad reli= A
gionem ⁊ dei cultum pertinēt, ſz debent ſpūali= Pſ.17.c
ter dilatare. Pſal. Eduxit me in latitudinem: ſal= Aliter
uum me fecit, quoniam voluit me. ¶ Uel dic ꝙ ta=
les feneſtre ſunt malicioſi ⁊ iniuſti iudices: quia
pro certo iſti a parte aliorum. i. parte commodi
exteriorum ſubditorum ſunt ſtricti, quia ſcilicet
de illis parum curant: a parte tamen interiorum
ideſt quantum ad propriam vtilitatem lati ſunt:
quia ſcilicet ad omnia deuoranda per rapinam ⁊ Abac.2.a
auariciam ſe dilatant. Unde Abac. Quia dilata=
uit quaſi infernus animā ſuā: ⁊ ipſe quaſi mors, Eodē.c.a
⁊ non adimpletur. ¶ Trabes templi exceptis ſo
lis capitibus exterius non apparebant. late=

B latebāt.enī3 interius infra domu3,⁊ auro vndiq̄
tecte erant:parietes etiā tabulis cedrinis tege-
bantur : ita ꝙ de lapidibus parietum nullus
penitus videbatur. ¶Trabes que sursum in
edificio sunt suspense, ⁊ de pariete in parietē ꝓ-
Sap.9.a. tense, significāt viros contēplatiuos : in altum.
i.in paradisum per affectionē suspensos : et per
charitatem ad vtrumq̄ pariete3 ad deū ⁊ ad ꝓ-
ximū extēsos. Vñ dr. Attingit a fine vsq̄ ad finē
fortiter ⁊c. Parietes vero sigificant bonos subdi
tos vel actiuos: qꝛ reuera tā de istis parietibꝰ q̄
trabibus,id est de istis contēplatiuis vel actiuis
religiosis vel clericis, superioribꝰ vel subditis:
nullus debet bona sua exterius per inanem
C gloriā propalare:sed potius virtutes suas,san-
ctamq̄ affectionem sua3 debet ab aliorū visibus
Apoc.16.c. abscondere.Vñ Apoc. Beatus q̄ custodit palliū
suum ne nudꝰ ambulet.Sola enim capita.i.bo-
na exteriora,eorū opera, et tabule cedrine que
sunt imputribiles.i.verba indefectibilia ⁊ hone-
sta debent apparere: lapides vero .i. interiores
et fortiores virtutes,que magis sunt speciales:
debent oculos hominū fugere et latere. Vñ dr.
Mat.6.a. Attendite ne iustitiā vestrā faciatis corā homi-
nibus ne videamini ab eis. ¶Cum templum ha
eodē ca.b. beat tria cenacula seu interstitia:sic fiebāt ꝙ per
cochleā ascendebatur de inferiori ad mediū,⁊ d
medio ad tertiū vel ad supremum. Est autē co-
chlea via vel scala gradualis circūuoluta et tor
tuosa,q̄ scilicet vitis dicitur:q̄ occulta erat in pa
rietibꝰ:⁊ solum ostiū videbatur. ¶Sic vere cum
templū ⁊ ecclīa in suo vniuerso habeat tres sta-
tus.s.inferiore3 qui est vita presens : mediū qui
Moralitas. est statꝰ anime separate:post mortē vltimū ⁊ su-
periore3 qui est statꝰ hominū post resurrectio-
nem id est post resumptā corporū stolā, sic est ꝙ
per cochleā purgatorij : cuius sc3 sola ianua, v3
mors per quā ibi intratur est nobis nota. Ipsa
vero via qualis est, dubitamꝰ ⁊ ambigimus:cir-
cunuoluta est nobis penitus et ignota, ⁊ iūcta
D de inferiori ad mediū id est de statu mortalitatis
ad statū btitudinis aiarum ascendit : ⁊ tandē ꝑ
hier.50.b. Aliter resurrectionē corporū de isto medio ad tertium
peruenitur.Vñ hier.De monte in colle3 trāsierūt
obliti sunt cubilis sui.i.mūdi. ¶Vel dic ꝙ cū istō
templū ecclīe militātis tres habeat ꝑtes.s. statū
incipiētiū, ꝓficientiū ⁊ perfectorꝝ: cōstat qđ me-
diāte cochlea virtutū et bonorū operū : cuiꝰ sc3
ianua est baptismꝰ vel penitentia,q̄ cunctis ꝑt3,
de vno ad aliū ascendimus: ⁊ de inceptiōe ad ꝑ-
Ps.83.b. Aliter fectionis cumulū peruenimus.Psal.Ascensiōes
in corde suo disposuit in valle lachrymarū. ¶Vel
dic ꝙ cū ecclīa habeat tres partes,sc3 illos q̄ hic
sunt in miseria:et illos qui sunt i purgatorij an-
gustia:⁊ illos qui sunt superius in celesti leticia:
sic est ꝙ per cochleā ꝑfectionis,vbi sc3 sunt mul
te reuolutiones,multi gradus, multe virtutes,
que tamen ab oculis aliorum debent esse absco-
dite et ignote,de isto infimo ad medium de mun
Ps.83.b. Aliter do ad purgatorium,de purgatorio ad paradi-
sum debet quilibet peruenire. Psalm. Ibunt de
virtute in virtutem:videbitur deus deorū i siō.
Ro.11.d. ¶Vel dic quod cochlea significat dei prouidētiā:
que reuera multis circunuolutionibꝰ nobis est
E ambigua,et aspectibus humane noticie multu3
incognita et ignota.Apostolus.O altitudo diui
tiarum sapientie et sciētie dei:q̄ incomprehensi-
bilia sunt iudicia eius,et inuestigabiles vie eiꝰ.
Solum enim ostium illius cochlee, id est solū q̄-
dam exteriores cause vel occasiones diuinorum
iudiciorum nobis apparent.Que sint autem in-
teriores vie vel cause:vel quot et quātis circun-
stantijs illud agatur de templo ecclesie militan-
tis, quantum ad interstitia seu gradus promo-
tionum siue agatur de templo conscientie,quā-
tum ad gradus virtutum et perfectionum:siue
agatur,de templo celestis patrie quātu3 ad gra
dus saluationum:istud est verum ꝙ sola cochlea
id est sola diuina prouidentia et gratia est via ꝑ
quam ascēditur. Et queritur quomodo de vno
statu ad aliu3,et de imo ad supremum venitur:
quia scilicet nullus est qui temporaliter siue spi Joh.14.a.
ritualr possit ascendere, nisi inquātum occulta Can.8
dei prouidentia decreuerit viā dare. Unde dicit.
Ego sum via,veritas et vita. ¶In templo facta
sunt tria tabulata seu deābulatoria circūquaq̄:
et in quolibet facte sunt luricule id est appodia-
toria:in quibus possunt inniti inferius respiciē-
tes: sicq̄ erat secundū Bedā, ꝙ superius medio
⁊ supremo erat latiꝰ: supremū vero ceteris erat
strictius et breuius. ¶Sic vere cū in ecclesia sint
plures ꝑfectionis gradꝰ:vt pote inferior in quo
significat mūdus.Medius in quo designat statꝰ
ecclīe.⁊ superior, in quo designat status religio
sorū.Istud d3 esse, ꝙ quāto status est superior,
tāto d3 esse strictior ⁊ artior:⁊ quanto hō vult
ad superiorem perfectiōis statū ascendere,tāto
debet artiorē vitā ducere ⁊ tenere.Qđ etiā ad il Moralitas.
los qui ad gradus honoris ascendūt,referri po
test:qꝛ ꝓ certo quanto artiorē gradum in ecclīa
obtinent,tāto per strictiꝰ deambulatoriū.i. ꝑ ar
tiorē ꝑnie viam deambulare debēt:vt sicut in mun
do qui inferior est sit vita latior:i ecclīa strictior
in religiōe ꝑo ⁊ in ꝑlatura artior. In quocunq̄
deābulatorio seu statu debēt esse luricule.i.apo
diamenta spei ⁊ fiducie:quibus homo innitatur
ne per peccatū ⁊ desperationem corruere cōpel-
latur.Sed pro certo videtur ꝙ templum moder
num in contrarium versum est : qꝛ sc3 inferiora
sunt strictiora q̄ media,⁊ media q̄ superiora:lai
ci plus q̄ clerici.clerici:plꝰ q̄ religiosi vel prela-
ti.Quinimmo quanto in ecclesia ascenditur altiꝰ
tāto ibi viuitur lautiꝰ atq̄ letius.Unde istud est
hodie templum illud qđ vidit Ezechiel. Itaq̄ in eze.41.b.
superioribus latius erat templū. ¶Vel dic ꝙ de Aliter
illo templo Ezechiel potest dici ꝙ templum eccle
sie strictum sit hic in hac vita per tribulationes: eodē c.a.
sursum vero in patria latum erit ꝑ consolatio-
nes. ¶Malleus et securis nō sunt audita in tem
plo cū edificaretur ⁊c.Vñ supra. Pauimentum
et parietes de triplici constabant materia,sc3 de Moralitas.
lapidibꝰ,tabulis ligneis,⁊ auro. ¶Sic vero iu-
sti ex tribus constare debent : sc3 ex lapide id est
ex fidei soliditate:ex tabulis , id est ex spei subli 1.cor.13.d.
mitate,ex auro,id est ex charitatis preciositate.
Apostolus.Nunc autem manent tria hec:fides, Eodem.c.
spes,⁊ charitas:maior enim horu3 est charitas. b
Templum in longitudine duas partes habebat:
scilicet priorem et communiorem , que erat ad Moralitas.
orientem,posteriorē et secretiorem, que erat ad
occidentem. Per partem enim orientalem in
primam domum egrediebatur,et deinde in san-
ctuarium , id est in domum occidentalem vbi
erat archa , altare,Cherubin : et vbi propitia-
torium accēdebatur : et vna domus ab alia per
quendam ligneum parietem diuidebatur. ¶Sic
vero dum ecclesia habeat duas partes scilicet
militantem et triumphantem : illud est verum
ꝙ in oriente, id est pro tempore huius vite est
prima domus , scilicet ecclesia militans : tan-
dem vero in occidente, id est in tempore, post ps.41.a.
mortem succedit preciosum sanctuarium para-
disi scilicet, ecclesia triumphans. Ideo de il-
lis duabus manerie bus potest intelligi illud
Psalm. In die mandauit dominus misericordiā
suā:⁊ nocte cāticū eiꝰ. Ac si dicat. In die ꝑñtis vite
d3 acq̄ri misericordia et gratia in ecclīa militan
te. In nocte vero vel in occidente mortis perci-

pietur canticum ⁊ gloria in ecclesia triūphante.
Eodē ca. ¶Fecit Salomon in oraculo duo cherubin de
lignis oliuarum: que habebāt decem cubitos in
altitudine: ⁊ decem in latitudine. Quelibet enim
ala cuiuslibet quinqꝫ cubitos habebat: et sic ala=
rum extēsio decem cubitorū erat. Posuit igitur
cherubin in medio oraculi: ita qđ quilibet cheru
bin vnam alam vsqꝫ ad parietem oraculi protē=
debat. Alia vero ala alter alterum cōtingebat.
D Opus autem vnum in duobus cherubin: ita qđ
quilibet in omnibus alteri similis erat: et vnus=
quisqꝫ faciem suam ad domū alterius vertebat.
Moralitas. ¶Ista possunt applicari ad viros sciētificos ac
perfectos a Salomone, id est a deo ⁊ oraculo ec=
clesie constitutos/et maxime ad ecclesiasticos et
prelatos. Cherubin enim interpretatur plenitu=
do scientie. Dico igitur qđ isti debēt duo esse per
mutuam charitatem: de lignis oliuarū/per dul=
cissimam pietatem: alter alteri similis/per morū
cōformitatem/et per abdicatam omnem cerimo=
nicam singularitatem: debet alter alterum attin=
gere/per cōcordiam et vnitatem. Parietes, id est
socios et vicinos debent contingere/per amici=
tiam ⁊ liberalitatem: et vultum suum, id est con=
siderationem et curam suam debent ad exterio=
rem domū, id est ad populū vertere per boni re=
giminis executionem/seu orationē/seu predica=
tionem. Auro vero debent esse cooperti/per bo=
nam et fulgentem conuersationē: et sic habebūt
in latitudine decem cubitos/id est decē precepto
rum complementū et perfectionem. In altitudi=
ne vero eterne sublimitatis finaliter habebūt de=
Ezechi.28.c cem cubitos/id est denariū retributionis super=
ne: et ita isti cherub dicetur. Plenus sapientia ⁊
perfectus decore in delitijs paradisi dei fuisti.
A Sequitur. Aurum opus decoris tui: cherub ex=
Aliter. tentus et protegēs posui te in monte sancto dei.
¶Uel dic ꝙ due ale viri perfecti/maxime boni et
scientifici prelati/sunt vita cōtemplatiua ⁊ acti=
ua. Ala que cōtingit parietē, id est deum/est con=
templatio: que scilicet quinqꝫ habet cubitos: qr
scilicet cōtemplatio seu consideratio consistit in
quinqꝫ: scilicet in meditatione sui, mūdi, iudicij,
inferni et paradisi. Sui: ꝗ vilis in ingressu, ꝗ mi
ser in progressu, ꝗ flebilis in egressu. Item ꝗ im=
pugnatus a demonibus, ꝗ lacessitus tentatio=
nibus, ꝗ allectus delectationibus, deiectus tri=
bulationibus, ꝗ implicatus criminibus, depau=
peratus virtutibus, irretitus malis consuetu=
dinibus. Mūdi etiam: scilicet ꝗ fallax, ꝗ vanus
ꝗ instabilis/ꝗ insanus: iudicij/ꝗ terribilis: in=
ferni/ꝗ tristabilis: paradisi / ꝗ consolabilis ⁊c.
Dic de quolibet circūstātias: vt sic de istis quin=
qꝫ cubitis/scilicet quinqꝫ pennis illius ale posset
Exod.38.a dici illud Exod. Facies altare holocausti quinqꝫ
cubitorum. Holocaustum quasi totum incēsum,
significat cōtemplationē seu contemplatiuā vi=
tam: in qua scilicet homo totum seipsum offert.
Ala autem qua cherubin contingit aliud cheru=
bin sociū suum/significat vitam actiuā: qua sci=
licet alius alterū perficit: ⁊ qua alter cum altero
iuste viuit: ⁊ qua homo proximū suum spiritua=
liter et tēporaliter diligit atqꝫ tangit: ⁊ illa quin=
qꝫ habet cubitos seu pennas. Prima est docere.
Secunda est corrigere. Tertia nutrire. Quarta
B consolari. Quinta supportare. Ala igitur actiue
vite seu etiā superni amoris cum istis pēnis ad
proximum debet volare/⁊ ipsum quintupliciter
Joan.6.a tangere et iuuare. Unde bene dicitur. Est puer
hic qui habet quinqꝫ panes hordeaceos. ¶Uel
dic ꝙ duplex ala est duplex charitas/dei scilicet
⁊ proximi, quia scilicet ala qua diligimus deum,
habet quinqꝫ pennas: inquantum scilicet deus a
nobis diligitur propter quinqꝫ/scilicet propter

vulnera quinqꝫ que propter nos tulit. ¶Uel p= Aliter.
pter quinqꝫ beneficia que nobis cōtulit: que sunt
creatio/redemptio: a peccato cōuersio/culpe re=
missio/glorie concessio. Ala vero charitatis su=
perne habet alia quinqꝫ / que superius sunt di=
cta ⁊c. Et sic vide de cherubin Exo.xxv. vbi mul
ta dixi. ¶Hic ponit Comestor, ꝙ latomi quēdam Comestor.
lapidem quem habebant multotiens voluerant
ponere in diuersis locis templi: sed virtute diui=
na sic fiebat / ꝙ lapis ille in nullo loco poterat
adaptari: quia contingebat illum lapidem maio=
rem vel minorem vel incompositiorem inueniri:
quapropter ad partē fuerat reiectus/et ab edi=
ficatoribus reprobatus. In fine tamen cum mu=
rus et paries templi perficeretur, et in superiori
angulo deficeret lapis vnus: tentauerunt magi=
stri/si forte ille lapis qui totiens fuerat reproba
tus/ibidem aliqualiter conueniret. Quod vtiqꝫ
cum grandi omnium admiratione contigit: quia
scilicet ille lapis conuenientissime fuit situs/acsi
factus fuisset ex certo proposito, in illo superio=
ri angulo positus et adaptatus. ¶Illud expo= Moralitas.
nitur de christo tam historice ꝗ prophetice. Hi= C
storice enī christus exponit hoc de seipso imple= Mat.20.d
tum fuisse: vbi dixit iudeis, se esse lapidem repro
batum: ⁊ tamē in angulo cōstitutū: quia pro cer=
to isti qui tunc erant artifices templi, synagoge
scilicet pharisei ⁊ principes iudeorū: quando vi=
derunt istum lapidem viuum, scilicet Christum
deum et hominē: ipsum statim repudiauerunt et
ad nullum bonū opus vtilem iudicauerunt: sed
ipsum et fidem eius penitus reprobauerunt: et
tamen ille cōtra spem omniū, nūtu dei factus est
lapis angularis, consummator tēpli ecclesie dei:
duos parietes in vnū angulū, id est duos popu=
los in vnā fidem colligans: ⁊ ipsum templū eccle
sie cui residet ornans, perficiens et cōsummans.
Crediderūt enim iudei, ꝙ quādo Christū repu=
diauerunt ⁊ occiderūt, qđ de ipso amplius men=
tio nō fieret: ⁊ ꝙ nomē eius eo mortuo deperiret:
⁊ tamē in capite ecclesie ipse positus, ⁊ totius re=
ligionis ⁊ gratie caput factus est. Unde dicitur.
A dño factū est istud: ⁊ est mirabile in oculis no Psal.117.c
stris. Lapidem quē reprobauerūt edificātes ⁊c.
¶Uel dic mystice ꝙ artifices seu edificatores tē= Aliter.
pli, ecclesie vel patrie, significant prelatos, prin=
cipes, iudices et magistros: quia reuera sepe fit
ꝙ quādo aliquis lapis alicubi est locādus: vtpo
te quādo vacat aliquod beneficiū vel officium,
ad manus eorū venit: aliquis lapis, id est aliqua
persona bona que eis presentatur: vel de qua fit
eis mētio specialis: pro certo locū pro ipso nūqꝫ
reperire poterūt: ipsosqꝫ nunqꝫ cōgruos vel vti=
les pro aliquo beneficio reputabunt: sed potius D
postponūt et reprobant: ⁊ alios minus idoneos
promouebunt: et in edificatione ecclesie colloca=
bunt: ꝗuis illud ex malicia faciant, deus tamen
occulte: illud vult ⁊ permittit fieri: quia ordinat
talem sic reiectum ad melius tempus reseruari:
iuxta illud Job. Deridet iusti simplicitas, lam= Job.12.a
pas contempta apud cogitationes diuitum pa=
rata ad tempus statutū. Quid ergo? Proculdu=
bio sepe fit ꝙ tandem contra spem omnium solo
nutu diuine prouidentie, locus illius lapidis sic
reiecti aduenit: et ꝙ in angulo superiori, id est in
officio vel beneficio excellentiori: ab edificatori=
bus, id est electoribus ⁊ promotoribus: pro lapi
de angulari, id est pro prelato cōstituitur: ⁊ tunc
magna admiratione omniū ad statum arduum
promouetur: ⁊ qui ab omnibus contemptus et re=
iectus fuerat, super omnes sublimatur. Psalm. Psal.112.a
Suscitans a terra inopem: ⁊ de stercore erigens
pauperem. Ut sedeat cum principibus. Fatui
igitur sunt qui bonas personas nituntur reijcere

et cōtemnere: qr nesciunt quid de ipsis deus decreuit ordinare. Et sepe fit ꝙ ille qui amplius calcatur et reprobatur/magister reprobantiū sepe
Eccli. xi. b efficit: et super eos dñs exaltatur. Unde dicitur. Oculus dei respexit pauperē: et erexit eum ab humilitate ipsius: ⁊ exaltauit caput eius: et mirati sunt multi/⁊ honorificauerūt deum. ¶Uel si
Aliter. vis dic ꝙ aliqui lapides. i. aliqui hoīes sunt ita
E ꝓterui in principio ꝙ ad nullū bonū sunt vtiles: nec ad aliquod officium vel beneficiū sunt habiles: quinimo necesse est ꝙ ab artificibus. i. a plastis reprobent: ⁊ pro nihilo inter alios cōputent: qui tñ quāqꝫ nutu dei taliter cōuertunt: qḋ finaliter in tēplo religionis vel ecclesie in angularē lapidem. i. in prelatū vel dñm promouent: vel saltem ꝙ persona bona et solēnis efficit: ita ꝙ lapis angularis apud alios reputet. Allega vt supra.

¶Caplm vij. Textus.

Domū autē suā edificauit salomon tredecim annis. Moralitatum Ca. vj.

Fecit salomon porticū ante faciē tēpli sup columnas ereas cōstitutum: inter quas due erāt colūne eree ceteris eminētiores: q̄ in altitudine viginti octo cubitis ꝓtendebant: ⁊ inferius basibus ereis sustētabant. Habebāt desuper erea epistilia: a quibus per gyrū depēdebāt ducēta malogranata: sup epistilia vero erea capitella quinqꝫ cubitorū collocabant: que vndiqꝫ liliis ereis coronabant. Latera autē colūnarū ⁊ epistilioꝝ retibus ⁊ catenulis ereis vndiqꝫ dependētibus ad ornatū cingebant: et linea duodecim cubitorū columna quelibet ambiebat: et altera colūna alteri
F similis in oībus habebat. Una aūt earū iachim. i. firmitas: altera vero booz. i. robur appellabat: ⁊ inter duas istas in porticū seu in atriū intrabat. In quolibet aūt capitello colūne septem versus scripturarū in circūitu sculpti erant/que colūne
Moralitas. cacumē ornabant. ¶Templū significat ecclesiā triūphantē. Porticus vero q̄ ante est/significat ecclesiā militātē. Cum eīn in isto porticu fuerint multe colūne. i. multe bone ꝑsone ad sustentandum ecclesiā cōstitute: inter ceteras fuerūt due principales/petrus scꝫ et paulus/vel simon ⁊ iudas/vel quicūqꝫ duo sancti: de quibus insimul predicet vel solēnizet. Uel etiā generaliter/quicūqꝫ boni ꝑlati et ꝑfecti qui scꝫ duo fuerūt ꝑ binariā charitatē inuicē similes per morū cōem cōformitatem: qui scꝫ bases et fundamēta sancte et solide fidei/hastile spei/epistiliū charitatis/et capitellū quinqꝫ cubitorū. i. discretā custodiā quinqꝫ sensuū habuerūt: septē versus scripturarū. i. virtutes vel septē dona spiritussancti: in capite colūne. i. mēte iustorū fuerūt: quibus pre ceteris claruerunt. In istis etiā fuerunt malogranata: que sub duro cortice grana cōtinent ⁊ liquorē. i. virtutum ⁊ gratiarū vbertas. Lilia. i. castitatis mūdicia et puritas. Retia seu catenule. i. bona amicitie/et cōcordie cōfederata colligatio. Linea tota ambiens/est diuine legis meditatio: que etiam duodecim habebat cubitos: inquātum in ipa re-
G fulgebat duodecim articulorū vera credulitas ⁊ agnitio. Et sic isti bene dicunt iachim ⁊ booz. i. firmitas et robur: inquātum ad tollendū mala sunt infirmi: ad faciēdum bona robusti: et sic ad sustinēdum ecclesiam/colūne. i. viri stabiles sunt inuenti. Omnia ista ex ere dicunt facta: pro eo qḋ in omnibus moribus ⁊ actibus eorū sonus diuine laudis ⁊ gratiarū actionis/cōfessionis ⁊ predicationis fuit inuētus: ⁊ ad eruditionē fraternam in oēm terrā probatus. Ideo breuiter cuilibet tali colūne potest dici illud Hiere. Ecce de- Hiere. i. d
di te in columnā ferream ⁊ in murū ereum ⁊ preliabuntur aduersus te: et preualere nō poterūt. Si vis dilata melius/quia transeo. ¶Circa tem- Eodē ca.
plum plura facta sunt domicilia seu atria: scilꝫ atrium interius vndiqꝫ circa templū: in quo erat altare ereum: et in quo sacrificabatur: et in quo psallebant cantores/et ad populū loquebantur. Cuius scilicet formula quadrangula templū ex omni latere ambiebat: ⁊ ipsum atriū murus circūquaqꝫ cingebat: qui tres ordines lapidum diuersorū colorū/et tres in altitudine cubitos cōtinebat: qui colūnas edificij per circūitum sustētabāt. Pauimentū aūt huius atrij marmoribus erat structum/⁊ diuersis imaginibus picturatū. Illud igitur atriū populus nō intrabat: sed per quatuordecim gradus ascendens/sacrificia sua H
ad ostiū atrij sacerdotibus offerebant: sicut per oīa dicit liber Regū et Parali. et exposuit Comestor. extra illud atrium: sed circa templū vndiqꝫ descēdendo per decliuū collis tria alia erant: talia videlicet: atriū mundorū hoim exterius: qḋ multo maius erat atrio interiori: postea atrium mulierū: postea vero in parte inferioris montis atrium omniū immūdorū in quo scilicet immūdi tam hoīes ꝙ̄ mulieres et gentiles adorabant: et tamē oēs illi qui erant in oībus atrijs/licet muros haberēt altissimos: templum qḋ erat in montis cacumine/videre poterāt: et etiā illos qui mi-
nistrabant in interiori atrio. ¶Si volumus ista Moralitas
exponere mystice/possumus dicere ꝙ templum significat ecclesiam triumphantē: atria vero que sunt extra templū paradisi in decliuo huius vallis miserie/designāt ecclesiā militantē per spem et deuotionē/ipm templū paradisi circūstantem: et in tria atria/scꝫ interius ⁊ exterius ⁊ inferius. i. statum clericorū/bonorū seculariū seu actiuorū carnaliū/etiā ⁊ maloꝝ generaliter subdistinctū. Status eīn clericorū significat per atrium exterius/qḋ erat ministroꝝ. Status bonorū actiuorum significat per atriū exterius/qḋ erat mundorū. Status enim oim maloꝝ significat ꝑ atriū inferius/qḋ erat immūdoꝝ. Igitur dico ꝙ atriū interius. i. status ecclesiasticus cōtinet altare. i. cultū religionis christiane vbi adoratur: conti-
net ad literā ministros/a quibus sacrificiū eucha- I
ristie quotidie immolat: cōtinet doctores a quibus populus erudit. Debet ergo atriū religionis vel ecclesie per quatuor virtutes cardinales quadratū ⁊ muro regularis obseruātie esse circūseptū/vbi scilicet tres ordines lapidū. i. tria religionis vota/vel tres theologice virtutes: vel tres penitentie partes vel sancte trinitatis fides reluceant: ⁊ super quē murū colūne atrij. i. bone persone ecclesie stare et perseuerare debeāt. Pauimentū autem istius atrij inferiores ecclesiasticos significat: quia pro certo debēt per cōstantiā esse marmorei: ⁊ ad resistēdū vitijs fortes: necnō ad labores penitētie tolerādos stabiles atqꝫ firmi: et imaginibus et picturis virtutū et conuersationis honeste vndiqꝫ venustati. Istud ergo atriū. i. statū ecclesiasticū nullus nisi esset de genere leuitarū. i. nullus nisi esset bonus ⁊ sanctus debet intrare: sed sufficere debet populo laicoꝝ ꝙ per quatuordecim gradus. i. per septē virtutes et ꝑ septē spiritussancti dona possint ad perfectionem ascendere: et sacrificia et oblationes suas sacerdotibus et ecclesiasticis offerre: ⁊ per
eos dño ministrare. Igitur de isto atrio dicitur illud Psal. Qui statis in domo dñi: in atrijs do- Psal. cxxxiij
mus dei nostri. In noctibus extollite manus vestras

Moralitas. in sancta. ¶ Uel dic moraliter ꝙ atrium interius
B significat cor: qd scilicet debet esse per quatuor
virtutes cardinales quadratum: tribus ordini-
bus lapidum, id est tribus virtutibus theologi-
cis circūcinctum: colūnis, id est virtutibus robo
ratū: pauimēto marmoreo, id est humilitate sta-
bili et firma stratū: ⁊ imaginibus, id est honestis
exemplis pictū: et circa templū paradisi per de-
uotionem et desideriū constitutū. In ipso enim
debet esse altare. i. oratio ministri. i. subiectio: cā-
tores. i. gratiarū actio: doctores. i. discretio: sa-
Psal. 50. d crificiū. i. cōtritio: quia sacrificiū deo spiritus cō-
tribulatus: et in eo nullus de populo debet in-
trare. i. ꝙ ab eo debeat excludi omniū malarum
cogitationū contentio: et sic dicetur atriū sacer-
dotum: quia sacerdotes ⁊ viri ecclesiastici debēt
habere talia atria, id est talia corda et conscien-
1. para. 7. b tias. Unde dicit. Sanctificauit salomon mediū
Eodē ca. atrij ante templū. ¶ Atriū exterius erat quedā
maxima basilica seu domus in circūitu templi:
in qua viri mundi ad orandum cōueniebant: in
cuius aliqua parte nūmularij sedebant: ⁊ in alia
parte animalia volatilia ꝓ sacrificijs vendebā-
tur. Erant etiā iuxta illud atrium circa porticū
gazophylacia. i. domus in quibus sacrificanda
reponebātur: circa latera erant pastofoua, id est
domus in qua sacrificantes de sacrificiorū parti-
bus coram dño comedebant: erant etiam ibi ca-
thedre in quib⁹ sedebāt doctores: sicut in gymna
sio suedre: in quibus sedebāt auditores/ sicut in
ꝯsistorio: exedre in quib⁹ sedebāt accessores seu
Moralitas. iudices/ vt in locutorio seu iudicio. ¶ Si vis tu
dic ꝙ illud atriū statū bonorū laicorū designat:
C in quibus sunt nūmularij et mercatores anima-
lium. i. iuste et licite negociationes: pastoforia. i.
hospitales refectiones: gazophilacia. i. sacrifi-
ciorum bonorū repositiones: cathedre. i. studia
doctrine et lectiones suedre. i. auditorū obediē-
tia et subiectio: exedre. i. iudicia/ consilia ⁊ bone
Comestor. ciuiles ordinationes ⁊c. transeo. ¶ Atrium mu-
lierum ſm Comestorē/ erat sub atrio virorū scili
cet in decliui montis/ quod ab occidēte clausum
erat: quod etiam ab aquilone et meridie ⁊ orien-
te tres portas habebat/ per quas intrabatur et
muro alto vndiqꝫ cingebat: et ibi mulieres mun-
de et non alie/ adorare et ingredi permittebant.
Moralitas. ¶ Sic vere circa tēplū sancte ecclesie sunt atria
mulierū, id est status/ religiones et collegia san-
ctimonialium feminarum. Talia enim atria de-
bent esse in decliui et descensu/ per humilitatē et
subiectionē: debent circūire templum scilicet pa-
radisi/ per affectionē et deuotionē: debent habe-
re murum altum, id est regularē obseruantiā et
professionē debent habere tres portas, id est triū
votorū ianuas/ per quas intrare habent ad per-
fectionē et saluationē. Clause debent esse in occi
dente, id est a parte mundanorū bonorū per ter-
renorum contemptū et abdicationē. A parte ve-
ro austri, id est a parte bonorū spiritualiū: debēt
esse aperte per bonorū affectionē: ⁊ a parte aqui
D lonis, id est a parte infernalium tormentorū/ per
timorē et meditationē ⁊ a parte orientis, id est a
parte spiritualiū gaudiorum, per amorē et con-
templationem. Munde igitur mulieres, scilicet
caste et virgines/ debent in tali atrio id est in ta-
Tren. 4. c li religione esse. Alie vero immunde et indigne
ibidem ingredi non debent. Tren. Recedite pol-
Aliter. luti clamauerunt eis: recedite/ abite/ nolite tan-
gere. ¶ Uel allega hic/ ꝙ atrium feminarum erat
Cor. 3. c sub atrio virorum ad denotandum ꝙ mulieres
Gen. 3. c debent esse subiecte viris. Apls. Mulieres subie-
cte sint viris suis. Et illud. Sub viri potestate
eris: et ipse dominabitur tui. Inter atria templi
erat vnum/ quod erat atrium immūdorū: in quo

scilicet immūdi tam viri ꝙ mulieres/ ꝙ etiā gen-
tiles conueniebant: et ibi dñm adorabant. ¶ Sic
vero ante templū ecclesie videmus quedā atria
pro immūdis id est sectas christianorū/ schisma-
ticorum peccatorum ⁊ hereticorū: qui omnes se
dicunt de corpore ecclesie esse: et ibi nituntur ſm
sectam suam dñm adorare. Per quod atriū sta-
tus peccatorū qui sunt in ecclesia/ possunt intel-
ligi: qui sunt abominabiles et immundi. Unde
Apoca. Atrium autem quod est foris templum, Apoca. 11. a
eijce foras: et ne metiaris illud: quoniā datū est
gentibus: et ciuitatē sanctam calcabunt ⁊c. quia
scilicet illi inter fideles qui magis calcant (quan-
do possunt) ecclesiā/ sunt isti q̄ sunt in illo atrio:
schismatici christiani vel domestici/ impij vel ty-
ranni. De altari holocausti quod fecit Salo-
mon in interiori atrio: et de candelabris ac men-
sa: et multis alijs similibus transeo: quia supra
in Exodo fuit dictum. Eiusdem enim forme erāt E
illa sicut et ista: excepto ꝙ ista fuerunt maioris
quātitatis ꝙ illa. ¶ Sed aduerte hic/ ꝙ in atrio Eodem ca.
interiori fecit Salomon mare seu lauatorium
eneum fusile: quod scilicet decem cubitos habe-
bat in latitudine/ quinqꝫ in profunditate seu alti
tudine/ tres vero digitos in spissitudine. Erat
autem in parte inferiori strictum/ a parte vero
superiori latius. Unde superius circa labiū qd
erat in latum diffusum: quod et erat ad modum
calicis seu repandi lilij factum: resticula trigin-
ta cubitorū ipsum cingebant: in fundo vero re-
sticula decem cubitorum sufficiebant. Superius
igitur circa labium seu limbū erant duo historia-
carum scripturarum ordines: sub ipsa vero erat
basis erea: que duodecim ereos seu fusiles habe
bat boues: boues enim duodecim enei et fusiles
mare portabant: quorum tres ad orientem/ tres
ad occidentem/ tres ad meridiem/ tres ad aqui-
lonem: et sic per quatuor mundi partes vultus
suos cōuertebant: posteriora vero intus sub ma-
re mittebant: facies vero eorum per quatuor ter
naria exterius apparebant. In illo igitur mari
ministri altaris pedes et manus lauabant: et sic
puri et mūdi dño sacrificium offerebant. ¶ Ista Moralitas
multipliciter possunt exponi: ⁊ primo quedā mo
raliter placet exponere. Nam quia superius per
atrium interius cor seu cōscientiā intellexi: adeo F
per illud mare seu lauatoriū quod erat in atrio,
volo penitentiā seu cordis amarā compunctio-
nem vel lachrymarū lauatorium designare. Ne-
cesse est enim ꝙ cor bonū lauatoriū habeat: vt sa
cerdos noster/ scilicet affectus ꝑ lachrymas pu-
rificatus et lotus/ ad altare dignus immolatu-
rus accedat. Psal. Lauabo inter innocentes ma Psal. 25. b
nus meas ⁊c. Dico igit ꝙ illud mare. i. amara et
lachrymosa cōtritio: debet habere decē cubitos
in latitudine: inquātum debet dolere de decē le-
gis mandatis nō adimpletis. Itē quinqꝫ cubitos
in altitudine: inquātum debet tristari de quinqꝫ
sensibus nō discrete custoditis. Itē tres digitos
in spissitudine: inquātum debet plorare de trib⁹
virtutibus theologicis/ non habitis vel obten-
tis. Itē labium seu limbus eius superior/ debet
esse ad modū calicis vel lilij: inquantū debet do-
lere de calice, id est diuina passione non recorda
ta: de lilio, id est de castitatis mundicia non reser
uata: ⁊ ibi etiam debent esse sculpte imagines hi-
storice: inquantum et ipse debet dolere de vita ⁊
historia sanctorū nullatenus imitata. Et sic de-
bet esse in vna parte strictum: et in alia latum: in-
quātum de sterilitate parsimonie ⁊ de lata rapa
citate auaricie plus debito frequētata. Duode-
cim etiā boues in trinitates diuisas debet habe-
re: inquātū debet lugere de fide sancte trinitatis
quā debito modo nō habuit: ⁊ fide duodecim ar-

ticulorum perfecte non credita vel retenta, cum resticula triginta cubitorum, et decem ipsum cingere debent: inquantum tristari debet de fructu tricesimo et de denario perditis id est de eterna mercede ꝓ pctis amissa. Si igiť lauatoriū nostrū lachrymose cōpūctiōs oēs istas cōpūctiones habeat: bene pōt ibi hō ⁊ pedes et manus lauare id est affectus et opera mundificare: et sic potest digne sacrificia sua seu eucharistiam, vel
Joã.9.b. bona opera imolare. Bene igitur dicitur. Uade lauare in natatorio siloe. Et alibi, Uade lauare
4.reg.5.c. re septies in iordane, et recipies sanitatem.
Aliter ¶ Uel dic si vis ꝙ lauatorium illud est penitentia que homines mundificat: que scilicet dicitur mare: quia est amara ꝓ cōtritionē: ⁊ dicitur esse fusilis: quia funditur ⁊ dissoluitur per compunctionem. Dicitur enea, quia sonat et clamat per confessionem. Dicitur decem cubitorum: quia decem mandata facit adimplere per satisfactionē.
¶ Item ista habet in profundis quinqꝫ cubitos:
b quia ista reparat quinqꝫ sensus spirituales: scꝫ
2.par.4.d. visum discretionis, auditum subiectionis, tactū compassionis, gustum deuotionis, odoratum cōsiderationis: tres digitos habet in spissum, inquantum scilicet ista delet tres culpas principales: scꝫ peccatum cordis, oris et operis. Dic sicut supra ex toto, ꝙ illud de quo contritio dicitur dolere penitentis facit in illo ditare: et hoc recuperare et habere. Porro in mari sacerdotes lauabātur
Aliter et tamen hodie videtur posse dici illud quod de chaldeis id est de vitijs dicitur hierem. ꝙ mare eneū qđ erat in domo domini, cōfregerūt. ¶ Uel dic ꝙ mare est vir perfectus: per penitentiā amarus: per predicationem eneus et sonorus: aquis scientiarum plenus: obseruantia decem mandatorum: continentia quinqꝫ sensuum, efficacia triū virtutū, vel trium religionis votorum mensuratus: historijs bonorum operum pict⁹: decimo ⁊ tricesimo retiaculo id est denario eterne retributionis, et fructu tricesimo, ⁊ spe triplicis dotis anime fretus: et duodecim bobus id est duodecim apostolis, et eorum vite, fidei et doctrine per imitationem immixtus. Si quis autem talis fuerit, mare seu lauatorium dici poterit: quia ad lauandum seu purificandum alios documē-
Ezech.1.b. tis et exemplis merito dignus erit: vt sic de viris iustis exponatur illud Ezechie. Aspect⁹ rotarum et opus earum quasi visio maris. ¶ Uel
Aliter dic ꝙ mare significat sacram scripturam: que in atrio ecclesie ad ostensionem criminum ponitur vt ibi sacerdotes id ē viri ecclesiastici a suis maculis expientur. Est igitur illud mare fusile: qꝛ a deo fuit fusum id est in igne spiritus sancti cōflatum per inspirationem. Ereum quod est durum metallum et forte: quia eternam fortem, veram et immutabilem habet durationem. Decem cubitorum in latitudine: propter decem manda-
A torum que continet institutionem. Quinqꝫ cubitorū in profundo, propter quinqꝫ sensuū exhibitionem. Duorum ordinum historiaꝫ id ē duorum testamentorum narrationem. Tres digitos in spissum, inquantum continet trinitatis fidem. Triginta cubitos habet in superiorem et decem in inferiorē ambitum: inquantum eterne glorie que consistit in denario perfectionis, et in ternario visionis, fruitionis ⁊ tentionis continet repromissionem. Labium habet ad formaꝫ calicis inquantum ista potat et inebriat in se studētes ꝓ diuinā eruditionē. Et ē illō labiū ad modū repādi liliū: qꝛ hꝫ purā ⁊ castā locutionē. Psal. Eloqa dñi, eloqa casta. Strictū ē inferi⁹, latū superi⁹ inquātum hic inferius ꝓ tēpore hui⁹ vite strictā habet et obscuram expositionem. Sursum vero
ps.11.b. in patria claram habebit suorum secretorum cognitionem. Duodecim boues per ternaria copulatos sub se continet: inquantum duodecim patriarchas vel duodecim apostolos sub se habet, q̄ ꝓ quatuor mūdi partes portauerūt trinitatis fidem et deuotionem. Boues enim id est apostoli et viri apostolici per ternarium copulati dicuntur: inquantum in fide trinitatis conueniūt: quam per quatuor partes predicare noscunť. Isti autem partim latent et partim apparent: qꝛ scilicet viri sancti partim per virtutum suarum occultationem latitant: et partim per bonorum exteriorum et documentorū ostensionē se mōstrāt: et sic sub mari sacre scripture studendo, ⁊ B
eam implēdo continue perseuerant: et ipsam ꝓ viribus sustinent atqꝫ portant. Psalm. In mari via tua ⁊c. ¶ Uel etiam isti quo ad faciem id est ps.76.d.
quo ad exteriora opera nobis apparent: sꝫ quo Aliter
ad futura et posteriora premia, a nobis absconduntur et latent. Psal. Quam magna multitudo dulcedinis tue domine ⁊c. Isti autē bene bo ps.30.d.
ues erei dicuntur: qꝛ sicut fortissimi boues ter- Aliter
ram coluerunt: et tandem per martyrium immolati fuerunt: et ad modum eris sonum predicationis emiserunt: quia sicut in Psalm. dicitur. In omnem terram exiuit sonus eorum ⁊c. ¶ Uel si vis dic ꝙ isti boues erei qui sonū habebāt ⁊ non sensum: sunt carnales predicatores: qui sub mari sacre scripture perābulant: et eam se portare gloriantes: sonum bonorum viroꝝ predicando emittunt: sensum tamen deuotionis non habēt. Unde Ezech. Nerui et carnes ascenderunt: ⁊ ex- Ezech.37.b.
tēsa est super eos cutis: et spiritū non habebāt. Isti enim sunt qui posteriora sua celāt, et facies ostendūt: et posteriora. i. carnalia sua opa a mēbris posterioribus dependētia pro virib⁹ celāt et cōtegunt: faciem vero suam. i. exteriorem conuersatiōis pulchritudinē scꝫ quā habēt, libēter manifestant: et se pro ternario colligant inquantū sub triplici voto, vel sub fide trinitatis, vel in trib⁹ virtutib⁹ theologicis se viuere dissimulāt et fingunt. Ut cōiter enim siue hypocrite, siue vsurarij, siue proditores, vel falsi amici faciem non dorsum nitūtur ostendere: inquantum exteriorē applausum (q̄ ꝓ faciem innuiť) conanť alijs ostēdere. Immūda vero posteriora sua. i. malaꝫ C
intentionē, ⁊ turpiū opeꝝ suorū vilitatē: a visib⁹ aliorum semꝑ vellent latere: similes illis sepulchris dealbatis: q (sicut diciť) apparent homini- mat.23.d.
bus speciosa: intus autē sunt plena ossib⁹ mortuorum. Et sicut isti boues ab inuicē auersi erāt ita ꝙ dorsa sibi inuicem, nō facies conuertebant Sic ⁊ tales mali homines nō solent per dilectionem se respicere, sed facies cordis ab inuicem diuertere: dorsum vero obliuionis, despectus et odij alter ad alterū applicare: inquātū scꝫ alter solet alterum fugere et odire. Unde hiere. Uerte- hier.18.d.
runt dorsum ⁊ nō faciem. ¶ Uel dic ꝙ mare istud Aliter
significat baptismum, quod dicitur esse rotundum: qꝛ queadmodum orbis in eo debet ablui. Fusile: qꝛ diuina gr̄a ibidem solet infundi. Ereū quia per sonū predicationis debet virtus ipsi⁹ vndiqꝫ circunfundi. Liliatum etiam labium: qꝛ per istum solent anime ad modum lilij dealbari. Calicis etiam habet formam. i. inquantum virt⁹ passionis Christi, que calix est ab eodē dicta solet in eo monstrari. Iste ergo decem cubitos in latū, quinqꝫ in altū, tres digitos in spissum diciť habere: inquantū quicquid contra decē mādata ɔmittiť: vel per abusum quinqꝫ sensuū delin- D
quiť: quicqđ per tria principalia vitia scꝫ superbiā, auariciā, luxuriā icurriť: totū in baptismi lauatorio deputať. Funiculo vel reticulo triginta cubitoꝝ supius, ⁊ decē iferi⁹ cigebať: i ꝙtū i baptismo spes eterne retributiōis ⁊ denarij ꝑ

mittitur. Denarius eñ numerus ter ductus tri
ginta constituit: quia pro certo denarius ꝑfecte
et eterne retributionis qui datur in vinea dñi la
borantibus: in tribus scilicet in fruitione/visio=
ne ꝛ tentione consistit. Duodecim etiã boues, id
est ꝗtuor ternaria, diuisimi sti mari subsunt: in=
quãtum duodecim articuli in fide sancte trinita
tis per quatuor mũdi plagas diffusi baptismali
gratie annexi sunt: ꝛ inquãtum baptizati ꝑ vni=
uersa mundi climata fidem sancte trinitatis cre=
dunt. In isto igit̃ mari sacerdotes lauabant̃: q̃
pro certo oẽs qui baptismo purificant̃/sacerdo=
tes. i. sacri duces efficiuntur: sicut bene patet vbi
petrus loquens fidelibus dicebat. Uos estis ge=
1. Pet. 2. b nus electũ/regale sacerdotiũ/gens sancta/popu
lus acquisitionis. Istud est eñ mare in quo oẽs
macule vitiorũ stringunt̃: ꝛ in quo/omnia pecca=
Psal. 135. b ta submergunt̃/ꝛ obliuioni tradunt̃. Psal. Sub=
mersit pharaonẽ et exercitũ eius in mari rubro.
Eodem ca. ¶ Fecit salomon tres luteres seu vrnas ereas,
rotundas ꝛ fusiles: quarũ orificia erant stricta.
Uenter vero et fundũ aliquãtulum magis lata:
eratq̃ latitudo interior vnius cubiti et dimidij:
altitudo vero quatuor cubitorũ: habebat autem
quilibet luter basem eream sibi deputatã / miro
E artificio fabricatã: erant aũt isti luteres in atrio
sacerdotũ ante portã positi: quinq̃ a dextris/et
quinq̃ a sinistris depositi: ꝛ ad intingẽdos et la=
uandos pedes/intestinaq̃ lauãda et sacrificãda
Moralitas. erant specialiter deputati. ¶ Sic vere dico, ꝙ in
atrio ecclesie militantis ad finẽ vt hostie immo=
lande. i. penitẽtes seipsos dño in altari penitẽtie
sacrificãtes haberẽt: vbi a suis sordibus seu cri
minibꝰ lauarent̃: necesse fuit ibidẽ luteres id est
sacerdotes seu cõfessores constituere: et ipsos in
publico a dextris et a sinistris. i. diuitibꝰ et pau=
peribus assignare: vt sic quicũq̃ eis indigeret ꝙ
possit eos pro libito reperire: et culpã suam con=
Zacha. 13. a fitendo abstergere vel lauare. Unde dicit̃. Erat
fons patens domui dauid et habitatoribus hie=
rusalem/in ablutionẽ peccatoris et menstruate.
Et pro certo ille debet habere ventrem latum et
os strictum. Uenter enim illius est voluntas vel
affectus: quia scilicet affectio sua debet esse lata
per charitatẽ et largitatẽ. Os tamẽ ipsius debet
esse strictum per abstinentie parcitatẽ/et per se=
creti absconsionẽ/et loquendi raritatẽ et matu=
ritatem. Illud enim summe confessorem decet et
etiã quẽlibet virum perfectũ: os paruum ꝛ stri=
ctum habere et verba pauca et matura dicere: et
Eccli. 28. d secretum scire abscondere et celare. Unde Eccli.
Ori tuo facito ostia: et seras auribus tuis. Ta=
F lesigitur luteres, id est sacerdotes et confesso=
res/debent esse decem: inquãtum sub decalogo
Lu. 17. d mandatorũ debẽt viuere. Unde dicitur. Ecce de=
cem mũdati sunt. Debẽt esse quinq̃ hinc ꝛ quin=
q̃ inde/inquãtum discretionẽ quinq̃ sensuũ ad
dexteram et sinistrã in prosperis et aduersis de=
bent habere: ꝛ quatuor cubitos in profundo/in=
quãtum quatuor cardinales virtutes debẽt in=
terius possidere: vnum vero cubitũ latitudinis
in/summo inquãtum vnum deum debent credere:
re: latitudini tamẽ isti medius cubitus adiungit̃
inquãtum fidei de diuinitate/fidem etiam de hu=
manitate debent superaddere: ꝛ sic super basem
locandi sunt/inquãtum per fidei et spei firmita=
tem super christũ debẽt tanq̃ super solidum fir=
1. Cor. 3. a mamentũ insistere ꝛ sedere. Unde Apl̃s. Funda=
mentum aliud nemo potest ponere/preter illud
Eodem ca. quod positũ est: qđ est Jesus christus. ¶ Bases
eree super quibus ponebantur luteres/mirabi=
Moralitas. lis fuisse schematis describuntur. ¶ Sicut enim
hic scribit̃ et Comestor exponendo declarat: ba=
ses iste ex quatuor tabulis ad inuicẽ adunatis
constabãt: que quatuor cubitos in longitudinẽ,
et quatuor in latum faciebãt: tres vero cubitos
in altum se eleuabant: ꝛ sic formã quadratã pos=
sidebant basis huius. Harum vero tabularũ an=
guli eminentes/quatuor colũnas quadratas cõ
stituebant: que colũne in summitate sui quosdã
humeros habebant: que similitudinem manus
hominis et pedis aquile ꝓtendebãt: super quos
collocate erãt tabule transuersales/in quibꝰ lu= B
teres insidebãt. In parte vero inferiori: ꝛ in qua=
tuor angulis basis/quatuor rote fusiles insere=
bantur: que axes/canthos/radios et modulos
habebãt et vndiq̃ ꝓprias sculpturas habẽtes,
sibi inuicẽ in omnibus assimilabant̃. Igitur que=
libet basis ꝓprias sculpturas habebat: quia in
colũnis figuras auium/hominũ et arborũ: in la=
teribus vero tabularũ formas boum/leonũ/co=
ronarum/seu etiã plectarũ et cherubin contine=
bat. Isti tamen leones ꝛ boues sunt sculpti: lora
seu cathedras ac si essent ligati ad tabulas ꝛ ad
colla habebãt: que inferius depẽdebãt. Iste ba=
ses possunt diuersos status ecclesie/id est diuer=
sarum perfectionũ ordines significare: que scili=
cet plures luteres plenas aque/id est lauacrum
scientiarũ/gratiarũ ꝛ lachrymarũ sustinẽt: quibꝰ
hostie. i. seculares se balneãt atq̃ mundãt. Dico
igit̃ ꝙ quelibet talis basis. i. quelibet religio vel
quilibet ecclesie status debet habere quatuor cu
bitos in longũ. i. obseruantiã quatuor euange=
liorũ: quatuor cubitos in latũ. i. cõtinentiã qua=
tuor virtutũ cardinaliũ: tres cubitos in altũ. i.
possessionẽ trium virtutũ theologicarũ. Igitur
talis basis constabat ex quatuor rotis/ex qua=
tuor tabulis/ex quatuor colũnis, ꝛ ex superiorĩ
tabula transuersali cum suis quatuor angulis ꝛ
multiplicibus figuris, imaginibꝰ et sculpturis.
Colũne igitur ille significãt in ecclesia ꝓlatos et D
superiores: tabule designant collaterales et me=
diocres. Rote vero que inferius sunt, denotant
subditos ꝛ inferiores. Columne igitur. i. prelati
debẽt esse quadrati per cõstantiã: eleuati per vi=
te eminentiã: humeros debẽt habere. i. fortitudi
nem et patientiã que scilicet continuant manus
hominis. i. actiuã bonorũ operum efficaciã. Pe=
des aquile. i. contẽplatiuã sciẽtiam. Manus eñ
operationẽ denotat/que ꝑtinet ad actiuã vitã.
Pes vero aquile que clarissime videt sapientiam
designat: que pertinet ad cõtemplatiuã vitam:
que duo scilicet debent esse in prelato. Iste etiam
colũne. i. prelati, debent habere sculpturas vir=
tutum et morũ: quia pro certo in eis debẽt inue=
niri subuentio ꝛ nutritio. Figure auium. i. supe=
riorum eleuatũ desideriũ et affectio. Figura ho=
minis. i. rationis ꝛ sciẽtia dijudicans discretos.
Iste enim sunt sex sculpture. i. sex virtutes: que
colũnas nostras. i. ꝓlatos summe decent scilicet
patiẽtia, fortitudo, bona operatio, contẽplatio,
eleemosynarũ largitio, celestiũ affectio ꝛ discre=
tio: que videlicet manus hois/pedes aquile ar=
bores, aues, hoies significãt: que etiam quatuor
debẽt esse, inquãtum in quadruplicitate virtutũ
cardinaliũ manere debẽt: et sic de talibꝰ colũnis
poterit dici illud Hiere. Dedi te in colũnam fer= Hiere. 1. d
ream ꝛc. Et illud Exodi. Fecit colũnas de lignis Exo. 36. d
sethim. ¶ Uel dic ꝙ basis ista põt significare virũ Aliter.
perfectũ: qui (vt supra dictũ est) debet cõstare ex
multis: scꝫ ex quatuor columnis, ex quatuor ta= A
bulis, ex quatuor rotis, ex quatuor humerulis:
ex multiplicibus imaginibꝰ ꝛ sculpturis: ex mul
tiplicibus dimensionibus et mensuris. Habeat
igit̃ quatuor colũnas. i. quatuor virtutes cardi
nales: que scꝫ in edificio morũ sunt prime ꝛ prin=
cipales colũne: scilicet iusticiã, fortitudinẽ, tem=
perantiam et prudentiã. Unde Exo. Columnas Exo. 36. d

habebit quatuoꝛ cū caſſibus totidē. ¶ Itē habe=
bant quatuoꝛ rotas.i. quatuoꝛ bonas affectio=
nes: gaudiū de bono, doloꝛem de malo, ſpem de
Ezech.1.d premio, timoꝛem de ſupplicio. Ezech. Apparuit
rota vna ſuper terram habens quatuoꝛ facies.
Iſti enim ſicut in axe coꝛdis debent voluere et
nitentiā detulerunt: qui tñ finaliter per tyrānos
corporaliter iugulati fuerūt/qui gladio ꝑcutit/
gladio peribit. Apl'i em̄ ⁊ primi ecclesie fundato
res: q̄ gladio verbi peccatores percusserunt/gla
dio per tyrannos ⁊ impios corporaliter perie-
runt. Agricole etiā/id est fideles cōfessores/do-
ctores: tributa virtutū ⁊ bonorū operū de agro
sacre scripture/tributa bonarū doctrinarū ad
regem christū suum deferunt: ⁊ ipso in paradiso
Ps.43.d quiescente/hic pro ipso laboribus se exponunt.
Psal. Propter te mortificamur tota die.

Ex capi. iiij. Textus.
Tertius qui dixerat de mulierib⁹ ⁊ veritate. Moralitatum Cap. iij.

B HIc dicit ꝙ mu-
lieres ceteris reb⁹ fortiores
sunt. Et ad hoc probādū ad-
ducitur/ꝙ mulieres reges et
subditos generant plantato-
res vinearum: educunt telas
ac stolas pro vestiendis homi
nibus faciunt: glorie sunt hominum: et ab ipsis
nequaq̃ homines se separāt: sed auro ⁊ argēto
dimisso, mulierib⁹ formosis se precipue delectāt
Istas etiam patribus ⁊ matrib⁹ preferūt: ⁊ pro
ipsis latrocinia ⁊ rapinas faciētes, ⁊ in magnis
periculis se ponentes ad vxores ⁊ amicas p̄das
deferūt. Multiq̃ ꝓpter mulieres iugulati per-
ierunt, ⁊ peccauerūt. Et cōcludit ibidē: ꝙ proin-
de scire nos oportet ꝙ mulieres dominantur.
Moralitas. Ista possunt exemplariter allegari de poten-
tia ⁊ fallacia ⁊ mulierū: quia ista est veritas, qđ
iste hodiernis temporibus viris dominantur: et
ꝙ ipsos ad amorē taliter alliciunt suū ꝙ nec ab
Gen.2.d eis faciliter separantur: sed potius patrē ⁊ ma-
Aliter. trem pro eis dimittētes, mulierib⁹ adherere no
scunt. Ad literam etiam patet ꝙ mulieres su-
per oīs dilectores suos attrahūt: pro ipsisq̃ enu
triēdis multa furta ac latrocinia faciūt: multaq̃
scelera pro ipsis cōmittunt insaniq̃ et demētes
pro eis fiunt: ⁊ varijs periculis se exponūt: ita ꝙ
temporaliter ⁊ spiritualiter pro eis pereunt et
succumbunt. Unde illud Eccli. Propter speciē
Eccli.9.b mulieris multi pereunt ⁊ perierunt. Iste igitur
hominibus scʒ fatuis dominantur: quod maxi-
me patet inter coniuges, vbi plerunq̃ maritis
suis principantur. Ideo Theophrastus ad so-
C cium suū scribit. Det tibi omnipotens de⁹ omni-
potentis femine fallacia non falli.

Ex capi. iiij. Textus.
Et inchoauit loqui de veritate. Moralitatum Capitulum iiij.

HIc superadditur
de veritate: ⁊ dr̄ ꝙ veritas manet ⁊
viuit ⁊ inualescit, ⁊ obtinet magna
Fortior est em̄ pre oīb⁹: ⁊ non est in
ea quicq̃ iniquū, nec acceptio per-
sonarum nec differentia: que iusta sunt facit in-
iustis, ⁊ omnia benigniter in operib⁹ ei⁹. Omnis
igitur terra prout ait, veritatem inuocat: ⁊ celū
etiā ipsam benedicit. Ista omnia possunt ad li
Moralitas. terā dici de illo qui est via, veritas ⁊ vita: scʒ de
christo, vel de quolibet iusto ⁊ vero iudice ⁊ p̄la
to. Uel dic ꝙ hic ꝓprie describunt cōditiones
Aliter. veritatis. Ista enim manet ⁊ inualescit, viuit, ob-
tinet atq̃ manet, vt supra. Super oīa vincit ve-
ritas: et ista fortior omnibus dicitur: quia veri-
tas et innocentia quadam occulta veritate, q̄q̃
tardent, finaliter preualere noscuntur. Ueritas
igit abhorreret omnē iniquitatē acceptionemq̃
personarum, et omnē duplicitatem, et omnibus
q̄q̃ iniustis et peccatoribus consueuit facere
iusticiam et equitatem. Justicia enim veritatem
habet pro directione: veritas vero iusticiam ha-
bet pro executiōe. Ueritas est lucerna et regula D
directiua: iusticia vero executrix est vis regule
executiue. Ps. Ueritas de terra orta est: et iusti Ps.14.b
cia de celo prospexit. Nunq̃ enim potest bene fie
ri iusticia: nisi veritas sciatur, ⁊ nisi scita sequa-
tur. Unum tamen attende quod scilicet omnia
benignantur in operibus veritatis: quia. s. tāta
est veritatis virtus, ꝙ inimici veritatis benignā
tur, et complacent sibi in veritatis operibus: ⁊
dato ꝙ mediante veritate contra ipsos aliquid
agatur: ipsam tamen veritatem occulte appro-
bant, et eius preualentiam magnificant. Bene
igitur sequitur/ꝙ omnis terra veritatem inuo-
cat, et celum ipsam benedixit: benedictus deus
veritatis: sequitur ergo. Magna est veritas, et
preualet.

Moralitatum Tertij libri Esdre Finis.

Moralitatum Liber decimussextus quarti libri Esdre.

Capitulū ij. Textus.
Hec dicit dñs. Ego eduxi ppl'm iusiū de seruitute. Moralitatū Cap. j.

VIncentius in E
suo speculo historiali in-
serit: quod preter duos li-
bros Esdre/q̄ in sacre scri-
pture canone continentur
tres alij eiusdē libri inue-
niuntur, qui inter scriptu-
ras apocryphas numerā-
tur. Quia tñ vt ait: aliqui
sancti doctores in scripturis suis verbis ibidē
contētis q̄nq̃ inueniuntur vsi fuisse: sicut est il-
lud qđ Augustinus in homilijs recitat. Moriet
filius meus iesus ⁊c. Ideo Uincentius de dicto
libro aliq̄d voluit excerpere/⁊ p̄dicto suo operi
aggregare. Ego etiā aliquas figuras ibidē ⁊ vi
siones positas moralizo: ⁊ ipsa in hoc volumine
superaddo. Quia in istis supra tertio ⁊ quarto
libris Esdre/supponit ipsum de multis ⁊ varijs
prophetasse: non videt mihi mirabile/si prophe
ta fuisse creditur: qui legem dñi a chaldeis suc-
censam diuinitus reparauit: modū scribendi a
dextra in leuā inuenit/⁊ nouas literas hebreis
tradidit. Unde etiam scriba velocissimus in le-
ge domini dictus fuit. Igit cap. ij. huius quarti F
introduxit dñm ad hierusalē sic loquentē. Ma-
ter cōple filios tuos: et confirma pedes eorum/
quia elegi eos/⁊ educam eos: ⁊ suscitabo te de
monumētis suis: et mittam tibi adiutoriū pue-
ros meos Esaiam et Hieremiam: ad quorum cō
silium sanctificaui tibi, ⁊ comparaui duodecim
arbores oneratas diuersis fructibus, ⁊ duode-
cim fontes lac et mel fluentes: ⁊ septem montes
immensos habentes rosas et lilia: in quibus re-
plebo gaudio filios tuos. Uere sic videtur qđ Moralitas.
deus alloquitur ecclesiam matrem nostram.
Monet enim vt filios suos, id est fideles in vir-
tutibus compleat: ⁊ ꝙ pedes eorum, id est affe-
ctus ⁊ desideria in bono confirmet: promittens

ꝙ si hoc fecerit: ipsos de sepulchris .i. de oppres-
sione paupertatis et tribulationis: vel de sepul-
chris/id est de fecibus vitiorū carnalis imper-
fectiōis leuabit, ⁊ ad statū gratie ac glorie tam
tēporalis ꝙ ppetue suscitabit. Si em̄ mater ec-
clesia ī virtutib⁹ filios cōfirmaret, statim adesset
dn̄s qui tēporaliter ⁊ spūaliter suscitaret. Psal.
ps̄.112.b Suscitās a terra inopē. Talibus igitur suscita-
tis et cōfirmatis/cōpletis ⁊ perfectis ꝓmittunt
duodecim arbores .i. duodecim articuli fidei: qui
duodecim fructibus spiritus/quos Apostolus
Gal.5.d nominat/sunt empti. Apoc. Ex vtraqꝫ parte flu-
apo.22.a minis lignū vite afferēs fructus duodecim per
menses singulos. Promittit etiā fontes duode-
cim .i. duodecim opera pietatis sex corporalia ⁊
sex spiritualia: que lacte ⁊ melle/id est dulcedine
G cōsolatiōis ⁊ cōpassionis sunt plena. Exo. Uene
Exo.15.c rūt in helim vbi erāt duodecim fontes ⁊ septua
ginta palme. Item istis promittunt septē mōtes
immēsi .i. septē sacramenta vel dona spūssancti:
que .s. rosas ⁊ lilia dicunt habere, inquantū ro-
sis ⁊ sanguine .i. patiētia martyrū ⁊ apostolorū,
liliis vero .i. mūdicia ⁊ castitatis ⁊ nitore virgi-
nū ⁊ cōfessorū sunt multipliciter decorati. Psal.
Mōtes in circūitu eius. Sic igit dico ꝙ de⁹ isti
ps̄.124.a matri ecclesie ⁊ filiis seu deuotis fidelibus suis
dat duodecim arbores/quib⁹ cibant: duodecim
fontes/quibus potant: mōtes/vt in eis inter ro-
sas ⁊ lilia spaciētur. Unde Esa. Haurietis aquas
ī gaudio de fontib⁹ saluatoris. ¶ Uel dic ꝙ duo
decim arbores sunt plāti: qui duodecim aposto
lorū sunt imitatores: ⁊ fructib⁹ bonorū operū/
Esa.12.a exēplorū ⁊ eleemosynarū sunt subditorū ⁊ pau-
perum nutritores. Duodecim fontes sunt pre-
dicatores ⁊ doctores eccl'iastici .i. duodecim ar-
ticulos credentes: lac ⁊ mel .i. dulcedinem scien-
tiarum diffundentes. Septē mōtes sunt viri re-
ligiosi contemplatiui/sursum in celo mentaliter
Aliter. manētes, ⁊ rosa patientie liliisqꝫ castitatis nitē-
tes. Isti sunt igitur qui filios ecclesie, scꝫ fideles
seculares, simplices verbo ⁊ exemplo nutriunt
ipsos potant doctrinis ⁊ erudiūt, ⁊ eos recreāt
Eze.34. et reficiunt. Unde de ipsis dicitur. In riuis et
cunctis sedibus terre: in pascuis vberrimis et
H montibus excelsis israel erunt pascua eorum.
Eodē ca.b ¶ Hic docent plura opera pietatis tam negati-
ue ꝙ affirmatiue. Uiduā inquit iustifica: pupil-
lo iudica: egēti da: orphanū tuere: nudum vesti:
cōfractū ⁊ debilem cura: claudum noli irridere:
tutare mancum: ⁊ cecū ad visionē claritatis mee
admitte: senē etiā ⁊ iuuenē intra muros tuos cō
serua: mortuos sepeli: ⁊ dabo tibi sessionē ꝑmā.
Breuiter quicūqꝫ opera ꝑdicta pietatis exequit
in prima sessione, id est in eterna gloria premia-
apo.20.b ri meretur. Unde dicitur in Apocalypsi. Beatus
qui habet partem in resurrectione prima.

¶ Capitulū v. Textus.

De signis autem: Ecce dies venient/in quibus apprehendentur qui inhabitant terram in censu multo. Moralitatum Capitulum ii.

INter cetera que archāgel⁹ reuelauit Esdre ꝓphete, hec quoqꝫ dixit. Relucescet sol subito noctu, ⁊ luna meridie ⁊ de ligno sanguis stillabit: et lapis dabit vocem: ⁊ populi commouebuntur: et sperabunt in quem non sperant qui habitāt super terram: ⁊ volatilia commutationem faciēt:
⁊ mare sodomiticū pisces reiiciet: ignis frequē- A
ter remittetur: bestie agrestes transmigrabunt
regionem suam. ¶ Ista prophetia videtur pro- Moralitas.
prie pertinere ad Christum et ad tempora eius
quia tunc sol iusticie Christus dei fili⁹ noctu na-
scendo emicuit: luna perfecta in eternum/id est
ipsius Christi humanitas: meridie/id est per lōn-
gum vite sue signis et miraculis resplenduit: li-
gnum crucis in passione sanguinem stillauit: la-
pis qui in morte eius fixus est: vocem/id est stre
pitum dedit: et tandem ille de quo non sperauē-
runt habitantes super terram/id est iudei: chri-
stus dei filius regnauit: inqꝫtum fidem multipli- Eccli.11.a
cās in regno ecclesie imperauit. Unde Eccli. In- Hie.23.a
suspicabilis portauit diadema. Et Hiere. Re-
gnabit rex ⁊ sapiens erit: ⁊ ignis charitatis per
mūdum erupit: volatilium/id est apostolorum
cetus de iudea ad gentes transiuit: et sic de pro
priis sedibus transmigrauit. Ipsum mare sodo
miticū .i. iudea/mutata erit ⁊ amara: ⁊ pisces .i.
viros deuotos/⁊ sanctos .i. ap'los repulit: ⁊ tūc
grex ferarū syluestriū ⁊ gētiliū de regiōe sua/et
de infidelitatis statu ad fidē catholicā transmi-
grauit. Uñ Hiere. A volucre celi vsqꝫ ad pecora Hier.9.c
transmigrauerūt. ¶ Uel dic moraliter/qn̄ sol dīe Aliter.
fidei ⁊ intelligētie/⁊ luna sue rorifluę gratie no
ctem ignorantie peccatorē illuminat: et meridiē,
id est ardorem sue concupiscentie refrigerat et B
humectat: tūc lapis, id est cordis sui duricia vo
cem confessionis emittit: lignū, sue clemētie san-
guinem benignitatis ⁊ eleemosyne in pauperes
effundit: mare sodomiticum, id est sua caro im-
munda: pisces suos, id est delicias carnales reii-
cit: volatile autem eius, id est omnis vanitas et
superbia ab ipso recedit: ignis charitatis in eo
succendit: et bestie agrestes, id est bestiales mo-
tus ab eo elongant. Unde illud Dan. Fugiant dan.4.b
bestie que sub ea sunt, et volucres de ramis ei⁹. Eodē ca.c
¶ Hic dicitur ꝙ in aquis dulcibus salse inueniū
tur: ⁊ amici cōtra se inuicem pugnabunt: ⁊ abs-
condetur sensus, et intellectus separabitur ⁊c. Moralitas.
¶ Ista hodie videntur impleta: quia semper in
aquis dulcibus salse inueniuntur: id est cū per-
sonis bonis mali, cū fidelibus heretici, cum do-
mesticis proditores, cum simplicibus detracto-
res: iam igitur amici inuicem contendūt: sensus
et ratio confunduntur: intellectus et sapientia
hebetantur. Unde dicit Esa. Peribit enim sapiē- Esa.29.c
tia a sapientibus eius: et intellectus prudentiū
eius abscondetur.

¶ Ex eod. cap. Textus.

Dominator dn̄e, ex omni sylua terre, et omnibus arboribus eius. Moralitatum Capitulum iii.

C ESdras miro modo alloquitur dn̄m, dicēs. Dominator īquit dn̄e ex oī sylua terre, ex oībus arborib⁹ elegisti tibi arborē vnā: ex omnib⁹ vineis elegisti tibi vineā vnā: ex omni terra orbis elegisti tibi foueam vnā: ex omnibus florib⁹ elegisti tibi liliū vnū: ex oībus abyssis maris repleuisti tibi riuū vnū: ex oībus edificatis ciuitatibus elegisti tibi sion: ex omnib⁹ creatis volatilib⁹ nominasti tibi columbā vnā: ex cunctis plasmatis peccatorib⁹ prouidisti tibi ouem vnam: et ex cunctis multis populis elegisti tibi populum vnum, et ab omnibus proba-

tam legē donasti huic quasi desiderāti pplm vel
Moralitas. pplo. ¶ Iste vnitates vident posse applicari et
exponi de vnitatibꝰ nr̄e legis: qr dn̄s ad lfam de
cūctis mūdi syluis elegit sibi arborē vnā scz cru
Iob.7.c cē/vt in illa suspēderet. Vn̄ Iob. Elegit suspen=
diū aīa mea/ ꝛ mortē ossa mea. Vn̄ de cruce canit
Nulla sylua talē profert ꝛc. Itē de oībꝰ vineis. i.
de oībꝰ mūdi sectis elegit vineā. i. sectā vnā chri
ps̄.79.b stianorū scz vt i ea salutē operaret. Psal. Vineā
de egypto trāstulisti: eiecisti gētes ꝛ plātasti eā.
Dux itineris fuisti in conspectu eiꝰ/ ꝛ impleuisti
terrā. Itē de omni terra foueā vnā. i. sepulchrū
Ps̄.131.e vt in eo sepeliret. Vn̄ Ps̄. Hic habitabo/ qm̄ ele=
gi eā. Itē ex omnibꝰ floribus liliū vnū/ id est vir
D ginē gloriosam vt sub ea obumbraret/ ꝛ in ea de
lectaret: qui canit in Cant. Ego flos campi ꝛ li=
Cañ.2.a liū ꝯualliū. Itē ex abyssis scientiarū elegit riuū
vnū/ scz sacrā scripturā: vt in ea populꝰ ipsiꝰ sa=
Ps̄.35.b tiaret. Psal. De torrēte voluptatis tue potabis
eos ꝛc. Vel riuū/ id est iordanē vt in eo baptiza=
4.Re.5.c retur. Unde dicit. Vade lauare septies in iorda=
ne. Itē ex omnibꝰ volucribꝰ columbā/ id est ex
Cañ.6.c omnibꝰ ecclesijs ecclesiā/ scilz catholicā romanā
vt in ea collocaret. Unde dicitur in Cañ. Una est
2.reg.12.a columba mea. Itē ex omnibꝰ pecoribꝰ ouē. i. ex
omnibꝰ animabus animā christianam/ vt ab ea
amaretur. Unde dicitur. Pauper autē nihil ha=
bebat nisi ouem vnā. Itē ex mundi populis ele=
git populum vnū, scilicet populum israel vt ab
amos.3.a eo crederetur. Unde Amos. Filij israel tantūmo
do vos cognoui. Item elegit vnā legem/ scilicet
fidem catholicam/ vt mundo notificaretur. Un=
ephe.4.b de Apostolus. Unus deus/ vna fides. ¶ Hic ha=
bemus ꝙ angelus loquens Esdre reprehende=
bat eum/ ex hoc ꝙ secreta dei nitebatur inuesti=
gare, de domino et de prosperitate gentilium cō
queri/ et de filiorum israel captiuitate/ labore et
dolore: maxime cum ipse gentes non essent filijs
israel meliores/ sed potius nequiores. Hic igit
circa hoc alloquitur angelus Esdram/ dicens.
E Nunquid magis diligis populum tuum q̄ deus
Morali= qui creauit illum? Acsi diceret. Non. ¶ Illud po
tas. test induci contra illos qui non considerant oc=
culta dei iudicia: et qui de miserijs pauperum/ ꝛ
de molestijs innocentum/ ꝛ de prosperitate ma=
lorum contra dn̄m conquerunt: quia illi debent
cogitare ꝙ ille q̄ creauit illos, dn̄s multo plus
diligit, q̄ aliqua creatura: et ideo nō debet ho=
mo ipsis magis compati q̄tum ad profundam
meditationem: q̄ ille eis compatitur qui ipsorū
Eccl's.5.b habet curam et creationem. Unde dicit Ecclesia
stes. Si videris (inquit) calumnias egenorū, non
mireris: quia excelso excellentior est.

¶ Ex capitulo v. d. Interroga eam que parit: ꝛ dicet tibi. Moralitatum Capitulum iiij.

Angelus loquēs Esdre, volens ostēdere quāto
mundus amplius senescit, tā=
to homines sunt corpore mi=
nores / virtute debiliores, et
in moribꝰ nequiores. Introdu
cit exemplum de muliere, que
in iuuentute filios fortiores generat q̄ in sene=
ctute: quoniā quidem mulier diuturni partꝰ de
bilitat in senectute: ꝛ per consequēs debiliores
pueri generant. Et sic dicit, ꝙ mundus iuuenis
meliores ꝛ maiores homines produxit q̄ nunc
F mundus senex. Ideo ad idem dicitur, quod
ipsa priora meliora fuerunt. Ideo Bern̄. dicit,
qꝺ quāto plus viuimus, tanto plus peccamus,
Idē vero Esdras dicit: ꝙ quāto inualidū seculū 4.esdre
ad senectutē tēdet, tāto multiplicabunt mala ꝛc. 13.b

¶ Capitu. vij. Textus. Et dixit ad me: Initio terreni orbis, ꝛ anteq̄ starent exitus seculi. Mora. Ca. v.

Capitulo isto agi=
tur de futura resurrectiōe: ꝛ dr sic.
Anniculi īfantes loquunt vocibꝰ
suis: p̄gnātes īmaturos pariēt fe
tus: subito seminata loca appare
būt: non seminata ꝛ pulchra p̄m=
ptuaria subito apparebūt vacua:
amici ꝯ amicos preliabunt: vene fontiū siccabū
tur. ¶ Ista tempora vident spiritualiter aduenis
se: quia iaz videmus ꝙ aueri anniculi, idest iuue
nes homines ꝛ ignari: iā sumunt autoritatem lo
quendi: multiloquio, stultiloquio p̄ ceteris abun Moralitas
dant: cum tamē dicatur Eccl'i. Adolescens in cau
sa tua loquere vix. Pregnantes, idest matres no
stre prelati: iā īmaturos fetus idest insufficiētes Eccl'i.32.b
ꝛ insipientes personas pariunt: seminata loca et
promptuaria plena, idest subditos diuites per ra
pinas vacuant. Jamq̄ ad literam amici contra
amicos discordant: ꝛ vene fontium, idest fluenta
mie ꝛ gratie siccantur et hauriunt. Psal. Diru=
pisti fontes ꝛ torrētes: tu siccasti fluuios ethan.

¶ Exeo. ca. vj. Textus. b. Et videbunt qui recepti sunt homines. Moralitatum Capitulum vj.

Ps̄.73.c
b

Hic consequenter
dicit, ꝙ finaliter delebit malū: extin
guet dolꝰ: florebit fides: vincet cor=
ruptela: ostēdet veritas, q̄ sine fru=
ctu fuit tēporibꝰ tantis. ¶ Ista fue
rūt verificata in tēpore primitiue ecclesie: nūc ve
ro recesserūt. Ad illa tamē allegare potes si vis:
ꝙ ista debēt inueniri in nobis christianis, ꝛ maxi= Moralitas
me ecclesiasticis: quibus dicitur. Nisi abundaue
rit iusticia vestra plus q̄ scribarū ꝛ phariseorū,
non intrabitis in regnum celorum.

¶ Ex capitulo sexto. c. Et die secundo creasti spiritū firmamenti. Moralitatum Capitulum vij.

Mat.5.c

Hic ponit Esdras
alloquēdo dn̄m, ꝙ deꝰ ait dixit. Con
gregent aq̄ in locū vnū: posuit aq̄s
ꝯgregatas in sexta parte terre: sup=
posuit terrā esse septies maiorē: qꝺ ē
falsuz. Itē posuit ꝙ deꝰ creauit duas maximas
aias a p̄ncipio: nomē vni enoch, nomē alteri leuia
thā. Enoch aūt dedit in habitationē partē terre b
sicce, vbi sunt mille mōtes. Leuiathā vero i habita
tionē dedit septimā ptē aq̄. Nescio q̄d vult dicere
ꝛ io trāseo. Credo tn̄, ꝙ ex istis v̄bis potuerūt iu
dei accipere occasionē errādi: q̄ ponūt Leuiathā
eē piscē totū mūdū circūeuntē: quē Messias com= anilis hal
edēdū dabit: nec diminuet tn̄ (vt aiūt) aut cessabit. lucinatio
Ista igit sunt aliter exponenda sz nihil ad p̄sens
de sensu litere: qr nō q̄ro nisi mores ꝛ moralizatio
nes pscrutari atq̄ moralia. ¶ Hic videt ponere Moralitas
angelꝰ loquēs Esdre, ꝙ futurū seculū, idest para
disus seu hereditas beatoꝝ similis ē mari spacio
so, p̄ruptis iā rupibꝰ circūsepto: vbi tn̄ est strictꝰ
introitus, ad modū fluminis factus: ad quod per
iter angustū plenū periculis necessario habet in=

trare, quicunq; ad istud mare voluerit nauiga-
re. Comparat etiam istam hereditatē cuidā ciui
tati in pulchra ⁊ spatiosa planicie constitute: ab
vna tamē parte aqua circūdate, ⁊ ab altera igni-
bus circūsepte: vbi solus ptz ingressus solum ad
vestigiū vnius hominis: vel districtus inter ignē
⁊ aquā per medium constitutus: ⁊ quicunq; vo
luerit hereditatem, ciuitatem vel planiciem sub
intrare: necesse est per istud angustum periculū
pertransire. Quod declarando possumus adde-
A re: q̄z pro certo paradisus dicitur mare, propter
inexhaustibilem abundantiā dicitur ciuitas. i.
ciuium vnitas, propter indiuisibilem charitatis
amicitiam, ⁊ concordie colligantiam: dicit̄ plani-
cies, propter delectabilem amenitatem: dicit̄ spa
ciosa, propter inexterminabilē quātitatē. Unde.
Baruch 3.c. O Israel q̄ magna est domus dei. Sz reuera ad
illud mare seu ad istā ciuitatem valde difficilis
est accessus. Est enim necesse transire per artam
semitam iustitie, inter scopulos ⁊ asperitatē tri-
bulationum, inter gentes cupiditatum ⁊ malarū
inflammationum, ⁊ inter aquas voluptatū ⁊ ma
Eccli. 15. d larū delectationū. Unde dicit̄. Ignē ⁊ aquā ap-
posui tibi: ad qd̄ volueris extēde manum. Opor
tet igitur q̄ homo sit cautus: vt per artā semitā
iustitie transeat: ne forte in aliquod predictorū
periculū incidat: ⁊ ad hereditatē glorie non at-
Mat. 7. b tingat: sicut dicit̄ in euāgelio. Arta est via que
Aliter. ducit ad vitam: ⁊ pauci ingrediunt̄ per eā. ¶ Uel
dic q̄ pericula q̄ facilitatē vie celestis ⁊ salutis
impediūt: significāt eminentias, diuitias ⁊ deli-
cias. Scopuli enī eminentias significāt: ad quas
difficilis est ascēsus: facilis tñ et periculosus est
casus. Ignis significat diuitias: q̄ scz suos posses
B sores vrūt, ⁊ eos p̄ auaritiā fatigant ⁊ incēdūt.
Aqua vero significat delicias: que suos amato-
res mergūt: ⁊ eos per vitia putrefaciunt ⁊ corrū
punt. Caue igitur qui artam semitā religionis,
iustitie ⁊ penitētie progrederis: vt ita recte trāseas:
vt ita iuste ⁊ sancte viuas: q̄ ista pericula p̄
affectum ⁊ desiderium nō impingas: ne forte per
superbiam, auariciam ⁊ luxuriam pereas, et ab
Esa. 30. c ingressu glorie retrocedas. Unde Esa. Hac via
ambulate: non declinetis ex ea, nec ad dexteram
nec ad sinistram. ¶ Nota etiam q̄ hic dicitur, q̄
introitus huius seculi sunt periculosi dolentes,
mali ⁊ periculorū pleni. Istud applicat̄ ad vitā
presentē, per quā ingrediuntur in hūc mundū.

¶ Capitu. vij. Textus.

Et factum est cum finissem loqui verba hec. Moralitatū Cap. viij.

Hic ponitur il-
la prophetia de christo: q̄
a plurib⁹ doctoribus alle-
gat̄. Ecce inquit tēpus ve-
niet, et apparebit ciuitas: ⁊
ostendetur que nūc subdu
citur terra, reuelabitur fi-
lius meus Jesus cū his q̄
cum illo iocundabuntur: q̄
relicti sunt in annis quadringentis: ⁊ erit post
annos illos, morietur filius meus iesus: ⁊ hoīes
qui spiramen habent omnes: ⁊ conuertetur secu
lum in antiquum silentium diebus septē: vt fuit
in diebus prioribus initijs: ⁊ post septē dies ex-
citabitur quod nondū viuit seculū, ⁊ morietur
C corruptū: ⁊ promptuaria reddent que eis com-
mēdata sunt anime: ⁊ reuelabit̄ altissim⁹ sup̄ se-
dē iudicij: ⁊ pertrāsibūt miserie, ⁊ fides cōuale-
scet: ⁊ post subsequet̄, ⁊ merces ostēdet̄: iustitie
Moralitas vigebūt, ⁊ iniustitie nō dāpnabūtur. ¶ Ista ad lite-
rā vident̄ dicta de aduentu xp̄i: q̄z xp̄m ad primū
aduentū. s. in carne, numerat tp̄s qd̄ fluxit a tpe
illi⁹ visiōis vsq; ad tp̄s incarnatiōis, scz quadrin
gētorū annorū: ⁊ vt̄, idē ē ē tp̄s qd̄ numerat̄ a Da Dan. 9. f.
niele. Sub Nabuchodonosor ⁊ Baltasar p̄pheta Dan. u. per
uit. Iste aūt Esdras sub Cyro ista vidit: ⁊ q̄ post totum.
Nabuchodonosor cito regnauit. Ista est igitur
veritas q̄ post quadringentos annos a tempo-
re istius visionis: dei filius Jesus Christus fuit
reuelatus ⁊ natus: ⁊ tandē fuit mortuus ⁊ occi-
sus. Finaliter autē omnis homo spirans ⁊ viuēs
morietur: ⁊ corruptibile seculū dissoluet̄. Unde
illud Eccli. Omne opus corruptibile in fine defi- Eccli. 14. c
ciet: ita q̄ propter carētiā hoīm silentiū antiquū
qd̄ fuit ante creationē animaliū ante seculū re-
uertet̄. Uñ legit̄. Multi morient̄: in omni loco p̄- Amos. 8. a
ijciet̄ silentium. Tandē post septem dies forte ad
literam qd̄ non assero: vel saltē post septem dies
i. in fine septime etatis nouū seculū suscitabit̄: et
promptuaria. i. repositaria aiarum. i. paradisus
purgatorium et infernus animas cōmendatas D
ad resurrectionē euomēt: et sic in iudicio sedebit
altissimus, ⁊ merces suas singulis ostendet: et
opus premium subsequetur: tunc autem fides ⁊
iustitia in conscientia preualebunt: ⁊ oēs iniusti
tie dānabuntur. Ista tamē de numeratione tem-
poris ⁊ annorū, que fluxerunt inter Esdram et
christū precise non assero: sed lectorem ad Bedā
super Dan. ⁊ ⁊ glossas doctorum remitto.

¶ Capi. viij. Textus.

Et respondit ad me: et dixit. Hoc seculum fecit altissimus propter multos, futurū autē propter paucos. Moralitatū Capitulum ix.

Hic in hoc capi-
tulo dixit angelus ad Esdrā
conquirentē de dānatiōe ge-
neris humani: q̄ presens se-
culū factū est pro multis: fu-
turū vero factum p̄ paucis:
quemadmodū inquit de ma-
gna gleba terre fit vas fictile:
modicus puluis accipitur de
quo fit aurū: ac si diceret. Multi sunt peccatores
fictiles atq; mali: pauci vero erunt aurei ⁊ salua
ti. Uñ dicit Mat. Multi sunt vocati, pauci vero Mat. 20. d
electi. ¶ Uidit Esdras mulierē in dextera parte 4. Esd. 9. d
cāpi: que dissutis vestibus ⁊ effuso cinere sup̄ ca
put, tristis ⁊ flebilis deplorabat: cui cām luctus
inquirenti, respondens dixit se sterilem triginta
annis cum viro suo fuisse: ⁊ tandem a deo filium
magnis cū lachrymis impetrasse: ipsumq; cū la- E
borib⁹ nutriuisse, ⁊ tandē ad annos nubiles p̄du
xisse. Cūq; sibi p̄quisiuisset vxorē: die qua ipsam
despōsaturus erat, mortuus cecidit: ⁊ ideo p̄pter
eius mortē se miserā ⁊ flebilē esse dixit. Tandem
vidit Esdras subito faciē mulieris dicte fulgētē:
⁊ sic subito disparentē. Post hec vero stupidus,
vidit quoddā edificiū ciuitatis construi: ⁊ funda
mēta sursum erigi ⁊ ostēdi. ¶ Hic moralr̄, q̄ ista Moralitas
mulier significat aīam xp̄ianā: que triginta an-
nis. i. in fide trinitatis cū viro suo p̄manēs steri
lis quoad bona opera perseuerat: vnūq; filium
i. vnū bonū opus generat, sicut ad literā de mul
tis patet: q̄ licet fidem trinitatis habeāt: in mul-
tis tñ bonis operibus se exercent: sic cum quan-
doq; filium. i. bonum opus a deo impetrant: quē
etiam in seipsis nutriunt atq; fouent. Uñ legit̄.
Sterilis es, sed cōcipies ⁊ paries filium. Uerū Jud. 13. a
tamē sepe fit, quod vbi vxor diuine gratie ⁊ fu-

ture glorie isti filio, idest bono operi ⁊ proposito
speratur et procreatur: subito peccato interue-
niente iste filius moritur: ⁊ sic anima magis steri
Esa.47.d lis q̃ antea reperitur. Unde dicit Esa. Uenerunt
tibi simul duo hec, sterilitas et viduitas. Ideo ꝓ
certo ista debet tunc per contritionem dolere, ꝑ
confessionem clamare, ⁊ per satisfactionem plo-
F rare. Quod proculdubio si fecerit: statim per di
uinam gratiam in ea receptã, facies sue conscien
4. Esdre tie relucebit, et edificium paradisi sibi reedifica
ca.11. bitur et patebit. Uidit Esdras somniũ valde mi-
rabile: vidit enim quandam aquilam que tria ca
pita habebat: quorum medium ceteris maius
erat: quodlibet tamen istorum quiescebat. Uox
autẽ de illis capitibus nulla exibat: sed vox ma
gna de medio corporis aquile resonabat: habe-
bat etiam duodecim alas: quarum a contrario
penne multe oriebantur: que tandẽ in octo pen-
nacula modica distinguebantur. Ille igiť aqui-
le successiue vigilabant ⁊ dormiebant: ⁊ singule
temporibus suis regnabant: ⁊ vna post aliã defi
ciebat: et nunq̃ amplius comparebat. Ipsa etiã
pennacula, idest parue ale subalares successiue
defecerunt: et sic solum tria capita quiescentia in
corpore aquile remanserunt: tandem vero vnum
dictorũ capitũ euigilauit: et super totã terrã re
Allegoria. gnauit. ¶ Dicamus allegorice, ꝙ ista aquila si-
gnificat Christum: qui trium fuit naturarũ. Ha-
buit enim naturam diuinam anime ⁊ corporis in
vna ꝑsona: ⁊ sic habuit tria specialia capita in se
ipso quiescentia ⁊ manentia: quorum tamen me-
dium, scz natura diuinitatis: maius ⁊ nobiliꝰ fuit
ceteris. Iste igitur duodecim alas habuit. i. duo
decim apostolos in suo corpore mystico constitu
tos. Octo etiam minores alas habuit: inquantũ
septuagintaduos discipulos, qui constant ex o-
G ctonario nouies ducto: sibi cum apostolis adiun
Luc.10.a xerit. Uñ Luc. Designauit Jesus post hoc alios
septuagintaduos discipulos: quibus medianti-
bus vox predicationis euãgelice in omnem ter-
ram exiuit et prodijt. Iste igiť tam ale q̃ subala-
res. i. tam apostoli q̃ discipuli suis temporibus
vigilauerunt, ⁊ super ecclesiam regnauerunt.
Tandem vero vnus post alium defecerunt per
martyrium: vel alš recesserũt: finaliter tñ mediũ
caput. i. sua diuina potentia, que nunc dormire
videtur, euigilabit, scz in iudicio: ⁊ tunc super
terram in perpetuo imperabit: sanguinẽq; et la-
bores sanctorum suorum quos dissimulauerat,
vindicabit: malosq; puniet et damnabit: bonos
Ps.77.g saluos faciet ⁊ iuuabit. Unde dicit Ps. Excita-
tus est tanq̃ dormiens dominus: et tanq̃ potẽs
Ps.75.g. crapulatus a vino. Et alibi. Cum exurgeret do-
minus in iudicio: vt saluos faceret omnes man-
suetos terre. Quoniam cogitatio hominis confi
tebitur tibi: ⁊ reliquie cogitationis diem festum
Morali- agent tibi. ¶ Uel dic moraliter, ꝙ aq̃la est anima:
tas. que scilicet habet tria capita, idest tres potẽtias,
scilicet intellectum, memoriam et voluntatem: q̃
tandem ad fidem veniens, duodecim alas, idest
duodecim articulos fidei acquirit: octo penna-
cula, idest octo spirituales beatitudines quibꝰ
ad celum volat: recipit: de corpore autem eius. i.
de interiori pectore vox contritionis emanat et
exit. Fit tamen quandoq; ꝙ alas virtutum sua-
H rum per peccatum amittit: ita ꝙ preter tria ca-
pita. i. preter tres naturales potentias, nihil bo
ni, retinet aut custodit. Uerumtamen quandoq;
fit ꝙ medium caput scilicet voluntas, per peni-
tentiam euigilat: et regnum virtutum perditum
recuperat ⁊ restaurat: et ad celestia per cõtẽpla-
tionem et desiderium tanq̃ regina et libera, cal-
catis inferioribus se exaltat hec aquila. Unde
Job.39.d Job. Eleuabitur aquila: et in arduis ponet nidũ

suum. ¶ Uel dic ꝙ aquila est ecclesia: cuius tria Aliter.
capita que dormiebant, nec sonũ aliquem emit-
tebant: sed finaliter quodlibet eorum perijt: et
dextrum quod leuum fuerat deuorauit: signifi-
cant prelatos fide trinitatis imbutos: duodecim
vero ale significãt mediocres subditos in doctri
na duodecim apostolorum fundatos: octo vero
subalares, significant inferiores in octaua futu-
re resurrectionis sperantes. Igitur ista est veri-
tas ꝙ cum aquila. i. ecclesia habeat capita, alas
et sublaria, idest habeat prelatos et subditos
mediocres ⁊ infimos: ipsa capita. i. ipsi capita-
nei ⁊ prelati non faciunt hodie nisi quiescere, et
in delitijs dormire: nec sonũ predicationis aut
diuine laudis et eruditionis sciũt emittere: qua
propter necesse est ipsos finaliter deperire. Ad
hoc enim solum attendunt, ꝙ illi qui sunt ad de-
xteram. i. in statu ꝓsperitatis: illos qui sunt ad
leuã. i. in statu aduersitatis deuorãt. i. impellũt. A
Ista ergo est veritas, ꝙ ale leguntur vigilare, et
capita dormire: q᷑ subditi scz sunt magis ad bo- 1. Thes.5.a
nũ vigiles q̃ prelati, dicentes illud apli. Nõ dor-
miamus sicut ceteri: sed vigilemus ⁊ sobrij simꝰ. Mat.26.a
Cuius tñ contrariũ legiť de xp̃o: q᷑ scz ipse vigi- Aliter.
labat, ⁊ discipuli dormiebãt. ¶ Uel dic ꝙ aquila
est princeps vel rex: qui scz in corpe suo. i. in cu-
ria sua habet ⁊ capita ⁊ alas, ⁊ subalaria. i. ma-
gnos capitaneos ⁊ consiliarios mediocres iudi-
ces et inferiores ballíuos. Igiť hoc est verum, ꝙ
dum capita dormiunt, ale vigilant: quia dũ ipsi
superiores capitanei ⁊ magistri non cogitãt, sed
quiescũt: ale. i. inferiores ballíui pro ipsis ad ra- Luc.12.e
piendum vigilãt ⁊ intendunt. Unde Luc. Beati
sunt serui illi: quos cũ venerit dñs, inuenerit vi- Aliter.
gilãtes, scz ad predãdum. ¶ Uel dic etiam, ꝙ isti
officiales dum dñi sui hebetes in delitijs delectã
tur, ⁊ de regimine terre sue nihil aut modicũ me-
ditantur: isti ad vtilitatẽ propriam vigilãtes, ad Eodẽ.
predam preparãt panẽ liberis. ¶ Uidit Esdras
aquilam magnam que tria habebat capita, duo
decim alas, ⁊ octo subalaria: que scilicet a con-
trario alarum penne sunt orte: que tandem in
octo paruas alulas, quas vocat octo pẽnacula,
sunt distincte: ⁊ expandebat aquila alas suas su-
per omnẽ terram: ⁊ oẽs venti terre insufflabant
ad eam. Factum est ꝙ oẽs iste pẽne tẽporibꝰ suis
regnauerũt: et tandem successiue vna post aliam
defecerunt. Ipsa etiam capita tria quiescebant: B
et vnum erat maius alijs: quod euigilans ꝑ to-
tum mundũ regnauit ⁊ post hoc nõ comparuit:
de alijs vero duobus vnum quod ad dexte-
ram erat, reliquum deuorauit: de corpore vero
aquile, nõ de capitibꝰ vox exibat. Post hoc autẽ
exiuit leo de sylua rugiens: ⁊ vocem hoĩs ad aq̃-
lam mittens dicebat. Nonne tu es qui separasti
de quatuor animalibus, et totũ mundũ tenens,
potestatem cum labore ⁊ dolore possedisti: ⁊ tri-
bulasti mansuetos: lesisti quiescentes: dilexisti
mendaces: destruxisti fructificantes: afflixisti ti-
bi non nocentes: ⁊ ideo ascendit contumelia tua
ad altissimum, ⁊ respexit superba tempora: ⁊ ec-
ce finita sunt: Propter qđ non appares aquila, ⁊
ale tue horribiles, ⁊ pennacula tua pessima, ⁊ ca
pita tua maligna, ⁊ vngues tui pessimi, et totum
corpus tuum vanũ perierũt, vt refrigereť terra
liberata de manu tua. Quibus dictis, ecce totum
corpus aquile incendebať: ⁊ ipsa nequaq̃ am-
plius videbatur. ¶ Quãuis ista mirabilis aqui-
la multa significare possit: sed tamen ex sequẽti Moralitas
expositiõe põt innui istam esse romanũ imperiũ:
cuius initiũ, progressum ⁊ terminũ designauit.
Illud enim imperiũ proprie comparatur aq̃le:
tum quia rapaciter vixit, et per suam rapacem
violentiam altius ceteris volauit: et cunctis
mundi

mundi auibus,ideſt, cunctis hominibus impe-
rauit: ita quod omnes venti celi ad eam in-
C ſufflabant: hoc eſt, ꝙ omnes iuriſditiones ſeculi
Ps.71.b ab hoc imperio dependebant. Pſalm. Domina-
bitur a mari vſq; ad mare: ⁊ a flumine vſq; ad ter
minos orbis terrarũ. Jſta igiť habuit capita peſſi
ma,alas horribiles,ſubalaria maligna,vngues
etiaʒ acutos. Et reuera imperiũ romanũ habuit
quoſdã imperatores monarchas,qui fuerunt ſi
cut capita: quoſdã habuit minores ad currendũ
ꝑ mundũ, ⁊ acquirẽdũ terras, ⁊ ppl'os ſubiugan-
dũ agiles ⁊ feroces,qui fuerũt ſicut ale: habuit
etiam inferiores principes,ſub alis.i.ſub impera
toribus militantes: qui dici poterãt merito ſub-
alares. Et forte qui bñ vellet deducere: inueni-
ret tria capita.i.tres ſolos monarchas fuiſſe: duo
decim alas,ideſt duodecim magnos iperatores
ſucceſſiſſe: ſicut etiam Suetonius fecit librũ de
duodecim ceſaribus: nũc vero ſubalaria.i.modi-
ce virtutis imperãtes reſtare. Sed quicquid fue
rit de numero: conſtat ꝙ oẽs terribiles ⁊ horri-
biles fuerunt: vngues rapacitatis ⁊ violẽtie acu
tiſſimos habuerũt: quapropter populus ſuper
quem regnauerunt, tẽpore ſuo defecerunt, ⁊ vt
cõmuniter gladio perierũt: ⁊ vnũ caput reliquũ
deuorauit, inquantũ inter ſe qñq; preliũ habue-
runt: ſicut patet de Julio cõtra Caiũ, ⁊ de Pom-
peio cõtra Antoniũ. Uox em̃.i.lis ⁊ cõtrouerſia
de corpore ipſius imperij ſepe ꝓdijt: ſicut in bel-
lis ciuilib⁹ apparuit: ꝓpter qđ ipſa aquila ſemꝑ
in deterius ꝓcedendo ſucceſſit: ⁊ ſua potẽtia ſem
D per decreſcendo defecit, ſicut patet: q2 de capiti-
bus ad alas, de alis ꝓo ad ſubalares tranſiuit.
Dan.7.a Unde Dan. habebat alas aquile ſuper ſe, ⁊ reſpi
ciebã donec auulſe ſunt ale eius. Sed pro certo
leo de tribu iuda dei filius: de ſylua inculta: ideſt
de virgine maria proueniens: iſtam fortem aqui
lam, romanum ſcilicet imperium redarguit ⁊ re-
prehendit: ⁊ eius potentiam violentam, que to-
tum orbem turbauerat ⁊ oppreſſerat, a tempore
aduentus ſui reprehendit, ⁊ terrã de ſuis mani-
bus liberauit: ita ꝙ iam ſicut videmus, totũ cor
pus eius tribulationibus incenditur: ⁊ ipſa qua
ſi penitus euaneſcẽs, vix inter imperia hodie cõ-
Dan.2.a putať. Uñ Dan. Lapis enim de monte cadens, ſta
tuaʒ babylonis deſtruxit: q2 chriſtus de celo ve-
niẽs, huius imperij potentiaʒ eneruauit. ⁊ iõ de
Apo.5.b illo leone bene dicitur. Uicit leo de tribu Juda ra
Aliter. dix Dauid. ¶ Uel dic ꝙ aquila ſignificat rapaces
et ſuperbos principes ⁊ tyrannos qui habent ca
pita, ideſt malos capitaneos ⁊ cõſiliarios: alas,
ideſt ſuperbos iudices ⁊ officiales, ſubalares,
ideſt malos domeſticos ⁊ familiares. Omnes em̃
dicũtur peſſimi, terribiles, horribiles ⁊ maligni:
omnes etiam dicuntur vnguibus ⁊ rapinis, com
punctionibus ⁊ crudelitatibus communiti. Sʒ
pro certo iſti paruo tempore perſeuerant: quia
poſtꝙ aliꝙdiu regnauerunt, id eſt poſtꝙ officia
ſua aliꝙdiu tenuerunt, vel multa commiſerunt
omnes ſucceſſiue pereunt: ⁊ ſpiritualiter, immo
E etiam temporaliter cito deficiũt ⁊ ſuccumbunt.
Ps.54.d Pſal. Uiri ſanguinum ⁊ doloſi non dimidiabunt
dies ſuos. Jpſa etiã capita, ideſt ipſi maiores et
capitanei inter ſe inuicem per ambitionem ⁊ in-
uidiam diſcordãt: ⁊ ſe alternatim aliquotiens de
ſtruũt ⁊ impugnãt. Jpſa etiam rapax aquila.i.
ipſe tyrannus finaliter tribulationibus ſuccendi
tur: ⁊ mediante leone chriſto ⁊ eius occulta iuſti
cia de medio tollitur: ita ꝙ de ipſo capitibus alis
ſubalaribus, ideſt de ipſo et ſuis rapacibus
iniquis fautoribus, miniſtris et familiaribus
nihil penitus reperiť. Pſal. Uidi impiũ ſuperexal
Ps.36.g tatũ: eleuatũ ſicut cedros libani trãſiui: ⁊ ecce
nõ erat: queſiui eum, ⁊ nõ eſt inuentus locus ei⁹.

¶ Capitu. xiij. Textus.

Et factũ eſt poſt dies ſeptem ⁊ ſomnia-
ui ſomniũ nocte. Moralitatũ Ca. x.

Eſdras de no
cte ſominãs vidit quendaʒ
hominẽ aſcendentẽ de ma
ri, ⁊ ſurſum cum celi nubi-
bus aduolantem: ⁊ vidit ꝙ
hõ iſte cõualeſcebat: ⁊ vbi-
cũq; vertebat vultum, tre-
mebãt oĩa: ⁊ vbicũq; exibat
vox eius, exardeſcebãt oẽs
qui vocẽ eius audiebant. Et cum innumerabilis
multitudo cõtra illũ cõueniſſet: ſculpſit ſine ma-
nibus montẽ vnũ: ⁊ volauit cõtinuo ſuꝑ iſtũ. Et
cũ nõ haberet in manu vas aliquođ bellicoſum, F
emiſit de ore ſuo flatum ignis, de labijs ſuis ſpm̃
flãme, de lingua ſua ſcintillas ⁊ tẽpeſtates: ⁊ ſuc
cẽdit hos ſubito: ita ꝙ ſoluʒ cinis, puluis ⁊ odor
fumi de ipſis omnib⁹ apparet: ⁊ vocat ad ſe mul
titudinẽ aliã pacificã: ⁊ ducebanť ad eũ multi alij
qui triſtes veniebãt: alij qui ligati erant. ¶ Re-
cte videť ꝙ iſte homo ſic nocte viſus, eſt chriſtus Allegoria.
dei filius nocte natus. Jlle enim de mari, ideſt de
maria virgine nat⁹: ⁊ nubib⁹ celi.i. puriſſima hu
manitate velatus, mire potentie per mundũ voli
tans apparuit: ita ꝙ quicquid ſeueriter reſpexit
tremore mirabili percuſſit. Sicut apparuit quã
do in templo vendentes ⁊ ementes eijciebat: vbi Mat.21.a
ſm̃ doctores ſplẽdor ⁊ maieſtas eius vult⁹ alios
deterrebat. Sicut etiã apparuit i ei⁹ captiõe, vbi Joh.18.a
audita voce eius ſatellites territi ceciderunt.
Unde Amos. Leo rugiet, quis non timebit? Uox Amos.3.b
etiam ⁊ predicatio eius auditores ꝑ charitatem
inflammabat: ⁊ eos ꝓ deſideria bona ardeſcere fa
ciebat. Unde Luc. Nõne cor noſtruʒ ardens erat Lu.24.e
in nobis ⁊c. Poſt tamen multitudo iudeorum in-
numerabilis contra eum conuenit: ita ꝙ morte
interueniente ipſum ad montem ſculptuʒ ⁊ poli-
tũ, ſcʒ ad paradiſum ꝑ aſcenſionẽ recedere ⁊ euo-
lare fecerũt. Ubi cum videret multitudinẽ maxi-
mam, ideſt vniuerſos, tã iudeos ꝙ̃ gentiles con-
tra ſe per infidelitatem inſiſtere, legem eius re- G
pellere, ⁊ eum in ſuis fidelibus multipliciter im-
pugnare: igneʒ ſpiritusſancti in die penthecoſtes
de ore ei⁹ miſit: virtute cuius inimicos ſuos in-
fideles conuertens, ipſos in cinerem ⁊ puluerem
ꝑ humilitatẽ mutauit. Unde Luc. Jgnẽ veni mit
tere in terrã: ⁊ quid volo niſi vt ardeat? Et ſic fi- Luc.12.f.
naliter ad eũ multi ducti fuerunt per ſanctoruʒ
ꝓdicationẽ: quidã videlicet gaudentes ꝑ ſpei cõ
ſolationẽ: quidam triſtes ꝑ timorẽ ⁊ cõtritionem:
quidã ligati ꝑ charitatẽ ⁊ dilectionẽ: ⁊ iſtorũ mul
titudo, pacifica dicitur per vnitatẽ ⁊ concordiaʒ.
Unde dicit Paulus apoſtolus. Quaſi triſtes, ſem
per autem ⁊ gaudentes. Et Eſa. Uincti manibus 2.co.6.b.
poſt te current. ¶ Uel dic ꝙ talis homo ſignificat Eſa.45.c
bonũ prelatum: quia vere ad ipſuʒ pertinet ꝙ ha Aliter
beat in vultu venuſtã auctoritatem: quam viden
tes ꝓ reuerẽtia terreanť in verbis, ore ⁊ labijs ar
dentẽ, feruentẽ verboſitatẽ: quam audientes ad
bonum inflammentur. Requiriť etiam ꝙ a facie
impugnationum ſuarũ, ſcʒ tribulationum ⁊ ten-
tationum, aſcendat in montẽ paradiſi, ſcʒ cõtem-
plando ⁊ orando, vt ab ipſis liberetur. Jtem ꝙ
ignem ſeueritatis aſpere correctionis et repre-
henſionis de ore ſuo: etiam ſi neceſſe ſit, tempeſta
tem tribulationum mittat in talibus, vt corrigan
tur ⁊ puniant: ⁊ vſq; ad cinerẽ ⁊ puluerẽ.i. vſq;
ad ſui ꝯſiderationẽ, ⁊ ſue reſolutiõis meditatio-

nem humilientur: et ꝙ congregationē pacificam
b tam gaudentiū q̃ tristiū q̃ etiā ligatoꝝ.i.cōgre
gationem bonoꝝ tā desolatoꝝ q̃ letantiū ad se
cōuocet, vt secū gaudeāt et letentur. Uñ dicitur:
Esa.xi.a ꝙ spiritu oris sui interficiet impiū: et arguet in
iustitia pro māsuetis. Uñ Dañ. Fluuiꝰ igneꝰ ra-
Dañ7.c pidusq̧ egrediebat a facie eiꝰ. Ad quod videtur
etiā facere illud quod infra scribitur: vbi Esdre
in persona prelati vel cuiuscūq̧ iusti dr sic. Cor-
4.esd.24.b ripe populū tuum: cōsolare humiles eorum: re-
nūcia iam eorū procelle: dimitte mortales cogi-
tiones: eijce a te pōdera humana: festina transmi
grare a temporibꝰ his. ¶ Hic ponitur vnū quod
de decem tribubꝰ israel, que per Salmanasar re-
gem assyriorum antea fuerāt captiuate, dicitur.
Hic eñ populus in Babylonē et in Mediā trans-
latus, ꝑpter suā idolatriā ⁊ pctā: dolens ⁊ peni-
tens disposuit inter gentes non habitare: sed in
quandā regionem remotissimā, q̄ scʒ ꝑ iter vniꝰ
anni ⁊ dimidij distabat: ⁊ in quā nullus hominū
adhuc intrauerat, se transferre: vt sepati a genti
bus possent sua legitima q̄ in terra sua nō serua-
uerūt custodire. Isti igitur multis diebꝰ pagrā
tes regionē obsitā montibꝰ inuenerūt, in qua nul
lus patebat ingressus, nisi ꝑ euphratem fluuiū
intra angusta mōtium trāseuntem introierunt:
sed diuina potentia fluuius stetit seu arescebat
B et sic populus interiꝰ subintrauit: statim ꝓo flu-
uius ad suum alueum reuersus, populum in lo
cum illum montibꝰ obsitum interclusit: populꝰ
ibi māsit. In fine tñ tēporū (vt ait) iterato vene il
lius fluuij scaturiēt: ⁊ iter eis diuina ꝟtute ape-
rietur, ⁊ ad filiā dei pacifice colligent: regio autē
illa vbi nūc sunt, arzaret nūcupat. Quāuis ista
videt pati eclipsim: ex hoc ꝙ vel ortus fluminis
Euphrates nō distat a medio vbi populꝰ ille trās
latꝰ fuerat: non solū per annū cū dimidio, immo
nec per mēsem: cū in mōtibꝰ caspijs ꝓpe arcā noe
dicat ouiri. Quinimmo etiā nec totꝰ mūdus per
iter anni cū dimidio duraret in longū, duʒ tñ ho-
mo posset cōtinue ⁊ quotidie diebꝰ cōpetētibus
ꝑagrare: de hoc tñ nihil ad presens. Josephus
autem de decem tribubus aliter videtur sentire
sicut recitat Comestor i scholastica historia. Di-
cit enim, ꝙ dum Alexander partes persidis ⁊ me
die peragraret: venerunt ad ipsuʒ populi animo
redeundi ad terram israel de qua translati erāt,
licentiā postulantes: qui audita causa trāslatio-
nis: ⁊ quō deum suū q̄ tot sibi contulerat benefi-
A cia, reliquerāt indignatꝰ, nō solū licentiā nō de-
dit, sed eos inter montes caspios interclusit: et
muris validissimis de mōtibus ad montes ꝓten-
sis, ipsos includere attentauit. Uerū vt dicit ibi-
dem: labor humanus ad premissa nō sufficiebat
ergo rogabat deū quem ipsi dereliquerant, vt
implere vellet quod desiderabat. Sic igitur dei
potentia factum est, ꝙ in cōspectu principis ter
remotu facto mōtes ad mōtes accesserūt: et in-
Moralitas. grati populi sunt inter mōtes inclusi: ⁊ iter gog
et magog. i. inter castra sic nominata vsq̧ ad tē-
pora iudicij sedes suas acceperant. De istis aūt
castris gog et magog, vbi sita sunt non legi: nisi
quia in descriptiōe sphere seu in tractatu d theo
rica planetarū recolo legisse me, ꝙ hec sunt i septi
mo climate i septētrionali sita latere: qđ etiā vi-
det scriptū in descriptiōe mappe mūdi. ¶ Sʒ cū
de istis mihil ad sensuʒ moralē possit deseruire:
⁊ ꝓpter hoc si vis moralizare illđ primū quod hic
scribit Dic ꝑ certo ꝙ sic dʒ facere penitens sicut
iste. Uidēs eñ peccator populus, qui de terra is-
rael perlatus est in babyloneʒ id est de statu gra
tie ad peccatum: debet dolere et penitere, et per
penitentiam de medio gentium id est, de potesta
te demonum se subtrahere: et regionem remotaʒ
id est desertum penitentie et religionis querere,
et per fluuium lachrymarum intrare, et sine exi-
tu ibi stabiliter permanere; et sic quilibet talis
potest cōparari illi de quo dicitur: ꝙ homo qui-
dam abijt in regionem longinquam accipere si-
bi regnum. In fine autem iste fluuius lachryma
rum et tribulationum penitentium siccabitur: ⁊
iter ad altitudinem paradisi parabit: et de augu Luc.19.b
sto loco mundi vel corporis penitēs ad celestia
deferetur. Unde: Justꝰ de angustia liberabitur.
¶ Illud autem quod dicit Josephus, potest alle-
gari ad hoc: ꝙ isti qui de beneficijs acceptis in- pro.11.b
grati sunt: et benefactores suos siue sit deꝰ siue Aliter.
sit homo, effugiunt, relaxationē seu gratiam ha C
bere non debent: sed potius arctiꝰ includi et pu
niri merentur. ¶ Uel illud applica ad beneficium Aliter
orationis: quia scʒ deus ad preces vnius paga
ni montes transtulit: et principis crudelis preci-
bus satisfecit: multo fortius fidelium ꝑces exau-
dit, qñ cor deuotum preces huiusmodi sibi fun-
dit. Ideo dicit Mat. Amen dico vobis: quicquid
credentes petitis, accipietis ⁊c. Ad illud quod
Rabanus libro suo de naturis rerum li.v.c.iiij.
et multi alij doctores dicunt de Esdra: ꝙ legē do
mini et prophetie libros qui per caldeos succen
si fuerant, reparauit: facit quod hic legitur ca.
xxiiij. ¶ Dicitur hic, ꝙ Esdras querens qualiter mat.21.c
post mortē suam nasciturus populus mandata
dei faceret, cuʒ lex dei incensa fuisset: propter qđ
quid faciendum, et que fuissent opera dei, de ce-
tero nullus sciret: rogauit dominum vt sibi spi-
ritū sanctuʒ immitteret: ita vt leges et libros ꝑ-
ditos diuinitus recuperare valeret. Angelꝰ igit
lucernam intellectus sibi dare promittit: ⁊ ꝑ qua
draginta dies a populo se abscōdit: vna cuʒ scri
ptoribus sibi dixit. Quo facto calix plenꝰ aque
colorio ignei esdre per angeluʒ porrigit: quo bi
bito, statim intellectus: sapientia et memoria si-
bi datur. Sic igitur esdra dictāte, et in spiritu lo
quente: lex et ꝓphete a quinq̧ scriptoribꝰ scribū
tur: et sic infra quadraginta dierū spacium ple-
narie resortit. Angelꝰ autem in lege populū iu-
bet edoceri: ⁊ q̄daʒ iubet palā fieri. Quedā inqt
palā facies: q̄ daʒ sapientibꝰ abscondite trades. D
Scriptores igitur per diē scribebāt, nocte ꝓo co
medebāt. Esdras autē per diē loquebat et dicta- Moralitas.
bat: nocte etiā nō tacebat. ¶ Ista pñt applicari
ad hoc ꝙ necesse est vt intellectū, sapientiā et me
moriā spiritualē quis habeat ad hoc ꝙ legē di-
uinaʒ, id est diuine legis intelligentiā cōsequat:
qr scʒ homo se debet a cōmuni tā hominū q̄ ne-
gocioꝝ, q̄ēt cogitationū more secernere, ⁊ secre
tū solitudinis mētalis itrare. Debet etiā qua-
draginta diebus: per quos status penitentie in-
nuitur ibidem: ⁊ in statu pnīe ⁊ abstinētie ꝑseue
rare: qr reuera illi soli diuinas reuelatiōes pci-
piūt q̄ q̄dragenā pnīe obseruare nouerūt: sicut
exēplū de moyse habemꝰ: q̄ q̄dā vice q̄draginta
diebꝰ in mōte cū dño stetit: ⁊ legē dñicā accepit.
Ascende ad me in mōtē, ⁊ esto ibi q̄draginta die-
bus. Alia aūt. s. quō angelꝰ inspiratiue loqtur: ⁊
quō ēt q̄dā sunt in lege ⁊ i scriptura q̄ publice pñs
dici oībꝰ: alia q̄ secrete sunt dicēda solū sapiēti-
bus ꝑ se patēt. In capl'is q̄ sequunt, multa de fu-
turo iudicio ꝑtinent. Sʒ qr nil ponit ꝑ modū vi-
sionis: ideo non inueni ꝙ ad aliquid aplicabile
iudicauerim.

¶ Moralitatum libri quarti Esdre Finis.

Moralitatum Liber decimusseptimus super Tobiam.

¶ Capitulū j. Textus.

Tobias ex tribu et ciuitate neptalim/ꝙ est in superioribus. Moralitatū Ca. j.

TObias de tribu et ciuitate neptalim: cū esset iunior/et oēs irent ad vitulos aureos adorādos: hic solus fugiebat cōsortia hoim: et pergebat dominū adorare ad templū suū in hierusalē. Cū vero factus fuisset vir/accepit vxorē de tribu sua/et genuit ex ea filiū: quē ab infantia timere deum docuit/ꝛ abstinere ab omni peccato: ꝛ finaliter in captiuitate positus/de cibis gentiliū nō comedit: ꝛ cū cōtribules ꝛ amici eꝰ passim comederēt: ipse/vxor et filius abstinebant: desolatos cōfortans circūibat/monita salutis dādo. Cūqꝫ monita salutis suis captiuis daret: esuriētes alebat: mortuis sepulturā ꝓbebat: quapropter in cōspectu Salmanazar regis gratiā inue-

F nit: qui ipm plurimū honorauit: a Sennacherib

Moralitas. vero crudeli tyrāno tribulationes plurimas sustinuit: et occidi etiā iussus fuit. ¶ Tobias ꝙ interpretat̄ cōuersus: in oībus istis typū gerit boni secularis/ꝙ ad vniuersa pietatis opera se cōuertit: qꝛ licet iste sit inter idolatras .i. inter malos seculares/ꝙ idola et boues aureos .i. peccata, ꝛ aurū et argētū ꝑ auariciā colūt: ipse tñ deū colit et diligit: templū eius ꝑ deuotionē frequētat: ꝛ idolatriā cōtribuliū .i. vitiorū cultū fugit ꝛ spernit: ꝛ filios suos in timore dei instruit: ciboſqꝫ gentiliū .i. delicias carnales abhorret: ꝛ se immaculatū custodit: ꝛ dato ꝙ qñqꝫ contingat ipm captiuitatē et tribulationē incurrere: non cessat tñ captiuos et turbatos cōsolari, indigentibus necessaria largiri, mortuis sepulturā dare, ꝛ pietatis opera preparare. Quapropter ꝓ certo sepe ad literā prouenit, ꝙ regū et principū deo faciente gratiā et beniuolentiā acquirit: ꝛ econtra

Psal.33.d qñqꝫ ad maiorē sui ꝓbationē, sennacherib, id est

Tobie.12.c tyrānorū maliuolentiā et tribulationē incurrit. Multe em̄ tribulationes iustorū sunt: sicut et isti dictū fuit infra per angelū: quia acceptus eras deo, necesse fuit vt tentatio probaret te.

¶ Capitulū ij. Textus.

Post hec vero cum esset dies festus domini. Moralitatum Capitulum ij.

CUm quadā die Tobias fatigatus de sepulturis occisorū, quos per plateas niniue iugulatos iueniēs abscondebat: et nocte cōtra mādatū regis sepeliebat: ꝓpter quod interfici iussus fuerat,

G iuxta parietem obdormiuisset: accidit ꝙ ex nido hirūdinū stercora calida super oculos eius caderēt: ꝛ ipsum penitus excecarēt. Qui plaga cecitatis percussus/nō est iracūdia motus: sed ma-

Moralitas. gis per patientiā ad gratiarū actionē ꝓuectus. ¶ Ista allega exēplariter/ꝙ iustus tribulationibus nec fortuitis seu infortunatis casibꝰ nō debet turbari: sed potius quicꝗd sibi accidat/debet in dei iusticiā reducere/ꝛ se iuste pati dicere: et patiēter cum gratiarū actione oīa substinere:

Job.1.d exēplo Job qui dicebat. Dñs dedit/dñs abstulit. Non em̄ contristabit iustū quicquid ei acciderit. Sepe etiā accidit/ꝙ iustus vltra voluntatē tyrannorū opera misericordie exequit̄: dicens ipsi

Act.5.e sennacherib .i. ipsi tyranno illud Act. Obedire deo oportet magis ꝙ̄ hominibꝰ. Et tñ talis vt cōmuniter citiꝰ et facilius infortunijs flagellatur.

prouer.3.b Quem enim dñs diligit/corripit: ꝛ quasi pater in

Aliter. filio/sicut dicit sapiēs/in eo delectat̄. ¶ Uel dic ꝙ Tobias est homo: ꝙ qñqꝫ aduertēs ad parietes, id est ad mundi negocia se deflectit: qñqꝫ in delicijs et ꝓsperitatibꝰ delectat̄ et dormit. Hirūdo vero diabolus/qui more hirundinis in aere .i. in superbia pascit̄: homo hoc vidēs/stercora diuitiarum in oculis cordis eius per cōcupiscentiā ꝓijcit: ꝛ sic visum spiritualis visionis seu discre-

b tionis ꝛ sapiētie/necnon lumē diuine gratie sibi tollit: ꝛ eū per auariciā excecat et peruertit: ita ꝙ in illis que ad deū et ad salutē pertinēt ipsum totaliter cecū reddit. Unde tales ꝙ iuxta parietem terrenarū possessionū per auariciā excecan-

Esa.59.b tur/vident̄ posse dicere illud Esa. Palpauimus quasi ceci ad parietē: et quasi sine oculis attrectauimus. Ille enim qui fatigatus ad sepulturas dormitionē acceperit .i. ille qui in bonis operibus difficultatē ꝛ lassitudinē delectabiliū querit: et ab huiusmodi bonis et pijs operibꝰ cessat et quiescit: talis dico cecitatē vitiorū incurrit/et lumē gratie perdit: qđ tamen nullatenus perdidisset/si infatigabiliter in bonis operibus vigilasset. Non oportet igitur in bonis operibus fatigari/nec per malam cōplacentiā dormire/aut

1.Tessa.5.d in vitijs et in prosperis delectari. Apl's. Nō dormiamus sicut ceteri, sed vigilemꝰ ꝛ sobrij simus.

¶ Capitulū iij. Textus.

Tunc Tobias ingemuit. Moralitatum Capitulum iij.

TObias vt supra inter idolatras dñm querebat: ꝛ bonis operibus deo insistebat: qui postꝙ̄ filiū habuit/excecatꝰ est. Filius vero eiꝰ associato sibi raphaele angelo in rages ciuitatē medorū pro recuperādis decē argēti talentis descēdit, vbi Sarā filiā raguelis ꝙ scilꝫ septē viros habuerat: quos tñ demoniū noie asmodeꝰ

A occiderat/in vxorē assumpsit: et eam a demonis potestate liberauit: ꝛ eam in domū patris ceci cū magna substātia secū duxit: quē canis associans reuertentē ꝓcessit. Ille etiā piscē qui eum deuorare voluerat occidit: et cū felle eius patrē cecū ad consiliū angeli finaliter illuminauit: sicut oīa

Allegoria. illa apparent infra .vj. xj. ꝛ. xij. ca. ¶ Et hic beda per Thobiā allegorice populū iudeorum intelligit: qui in principio solus deum coluit ꝛ amauit: et inter gentiles ꝛ idolatras solus fide ꝛ bo-

Amos.3.a nis operibus deo seruiuit. Amos. Tantūmodo vos cognoui ex omnibꝰ gentibus domus israel. ¶ Uerūtamen iste postꝙ̄ filium suum, id est christum de israel sm̄ carnē natum produxit aut genuit: per infidelitatem excecatus est: inquātum scilicet fidem Christi recipere recusauit. Sara vero que in rages medorū habitabat, id est gentilitas que in mundo vagabatur: cuius viros et doctores et magistros per infidelitatē et idolatriā diabolus occiderat: ab ipso iuniore Thobia et angelo secum iuncto, id est ab ipo Christo cum angelo, id est cum dei filio copulato fuit liberata: et in domo Thobie ceci, id est in ecclesiā loco excecati iudaici populi substituta. Cañ. Ap-

Cañ.8.a prehendā te/et ducam in domum matris mee, ꝛ cubiculum genitricis mee, id est synagoge. Sic igitur factum est/ꝙ piscis, id est diabolus qui in

B flumine passionis ipsum Thobiā iuuenem, id est

Christū deuorare voluit/ab ipso victus extitit. Fuit etiā per ipsum euisceratus ꝛ apertus:inquātum sui cordis malicias hominibus reuelauit:ꝛ fel sue malicie in scripturis reposuit ad illuminationem legentiū:et locauit:ꝛ quicquid de corpore eius,id est de mēbris ipsius, scilicet de peccatoribus cōuertēdo accepit:igne charitatis assauit:et sale sapiētię condiuit:et ad vsus proprios reseruauit. Finaliter tamē pater eius cecus,id est populus iudaicus/per ipsum illuminabiꝛ: in fine scilz temporū/quādo totus israel saluus erit.

Aliter. ¶ Uel dic ꝙ septē viri sare sunt septē sacramēta vel septē dona spiritussancti cōcessa anime christiane:que proculdubio diabolus sibi per peccatum subtrahit:ꝛ eam viduā et miseram derelinquit. Uerūtamē postꝙ orationibus et fletibus se vult dare:solet sibi Thobias iunior,id est christus ipse perseuerāter per gratiā iungere:quem diabolus nō poterit superare:matrimoniū enim virtutū cum anima nō perseuerat/nisi fletus et oratio precedant. Tunc vero perseuerāter virū accipit:cū lachrymis suis stratum suū spargit:ꝛ cum per orationem depositū suum deo cōmittit.

¶ Capitulū v. Textus.

Tunc respondit Thobias patri suo et dixit. Omnia quecunqꝫ. Moralitatum Capitulum iiij.

c THobias pater qui dudum gabelo cōsanguineo suo egenti decē argenti talenta mutuo dederat:filiū suū vna cum angelo quē ductorē sibi dederat,in rages ciuitatē medorū misit:q̄ in via desponsauit sibi saram:cuius mariti septē fuerāt a diabolo interfecti. Piscem qui ip̄m deuorare voluerat,interfecit ꝛ exenterauit:et de vētre eius medicinale membrū extraxit:demoniū qꝺ maritos vxoris sue occiderat,angelus in deserto ligauit: patriā recuperauit:canem patris secū sociū habuit:ꝛ rediēs vxorē in domū patris duxit.

Allegoria. ¶ Recte videꝛ ꝙ iste Thobias potest significare deū patrē:filius aūt eius vna cum angelo christū dei filiū significat:in quo angelus et homo : diuinitas ꝛ humanitas sociant. Nec est inconueniens: cum sm̄ sanctorū doctrinā Christus inquātū ad suas naturas in isaac et in ariete figuraꝛ. Gabelus consanguineus thobie significat genus humanū qꝺ de gn̄e thobie.i.de genere patris diciꝛ pro eo qꝺ ad similitudinē est creatū,quod etiam egenū et inops fuit:propter ade peccatū fuit de paradiso captiuatū:ꝛ dono immortalitatis nudatum:gratijs ꝛ virtutibus spoliatū:sicut bene apparuit in adam ꝛ eua,qn̄ post peccatū cogno-

Gen̄.3.b uerunt se esse nudos. Decem talenta significant

D decē legis mādata isti gabelo.i.humano generi pro subleuanda pauperie mutuata. Sara vero gentilitatē significat:cuius viros.i.cuius populos asmodeus.i.idolatria perimebat. Piscis significat diabolū:venter significat infernum. Fel amarū ꝛ medicinale,qꝺ exinde extractū est:significat sanctorū patrū collegiū. Igiꝛ ista fuit veritas ꝙ thobias deus pater qui a principio ꝑ moysen gabelo.i.humano generi indigēti et pauperi tradiderat decē talenta argēti.i.decē legis mandāta:thobiā minorē filiū suū cum ductore angelo,id est Christū deum ꝛ hoīem filium eius benedictum in rages medorū.i.in mundū destinauit: et canem.i.predicatores eidem adiunxit:qui in illo itinere saram.i.ecclesiā de gentilitatibus sibi iure hereditario debitā desponsauit. Piscē diabolum qui in torrente passionis deuorare crediderat:et ob hoc mortē et passionē eius procurauerat et prostrauit ꝛ superauit:ꝛ de ventre eius.i. de inferno fel amarū ꝛ medicinale.i.sanctos patres qui in amaritudine languebāt/extraxit:decem talenta.i.decem mandatorū executionē:et opera a gabelo.i.ab humano genere reportauit:et vxorē assumptā.i.ecclesiā in domū patris sui in paradisum ꝑduxit:ꝛ hoc est qꝺ dicit apl̄s. Gal.4.a

Quod misit deus filiū suū natū de muliere/factū sub lege:vt eos qui sub lege erant/redimeret.

¶ Hic habemus ꝙ thobias volens dare ductorē filio suo:inuenit quēdam angelū noīe raphaelē: Eodē ca.

q̄ sub humana specie latitabat. Inuenit igiꝛ eū E

quasi quēdam iuuenē splēdidū et tanꝙ p̄cinctū; et quasi paratū ad ambulandū. Huic igitur filiū suū cōmisit:qui ipsum in itinere cōduxit:vxorē sibi accepit:ꝛ cū magna sua substātia ipsum ditauit:decē talēta argēti sibi recuperauit : piscē qui ip̄m vorare voluerat/ipsum superare fecit/ꝛ ip̄m patrē suū illuminare fecit.

¶ Sic re uera sup oīa charissimi cura dꝫ esse thobie seniori.i.p̄lato superiori:ꝙ filio suo.i.subditorū populo:de bono ductore.i.de bono curato vel rectore ꝓuideat:ꝛ ꝙ bonū prelatū sibi assignet et p̄ficiat:qui in via huius mūdi ip̄m custodiat atqꝫ regat:ille etiā dꝫ querere sibi et p̄ficere aliquē angelū latentē sub hoīe:vt aliquē virū sanctū et angelicū:sanctitatem tn̄ suam occultantē sub humana benigna et cōi effigie:qꝛ quicūqꝫ alijs p̄ficiꝛ in p̄latū in vita angelicus/humanus in conuersatione benignus esse teneꝛ. Unde de bono rectore diciꝛ. Quod ip̄e Malac.2.b angelus dn̄i est:sicut in Apoc.dr. Septē (inquit) Apoc.1.d stelle/angeli sunt septē ecclesiarū. Ille igiꝛ debet inueniri iuuenis ꝑ fortitudinē vigorosam:splendidus per mūdiciā gratiosam:stans ꝑ cōstantiā virtuosam:p̄cinctus ꝑ diligentiā curiosam:paratus ad ambulandū ꝑ obedientiā studiosam:debet dici raphael.i.medicus ꝑ fructuosam sapiētiā:vt sic de tali angelo dicaꝛ illud Apocal. Uidi Apoc.10.b angelū dei fortē. Igiꝛ ille postꝙ curā/ducatum, F p̄laturā et officiū sup istū filiū.i.super subditos accepit:ille ꝓculdubio debet eos vna cū cane.i. vna cū bonis predicatoribus regere ꝛ cōducere: decē talenta argēti.i.decē mādata sibi debet recuperare:saram vxorē.i.diuinā gratiā debet sibi coniungere:ꝛ diuitias virtutū sibi debet cum ea ꝓcurare:piscē.i.carnē docere/apprehēdere:cōsiderare:ꝛ sic ꝑ cōsequens faciet ad patrē suū deū letanter cum vxore sua et diuitijs.i.cum diuina gratia ꝛ virtutibus reuenire:ita ꝙ tunc poterit patrē suum superiorē illuminare.i.spirituali leticia recreare:qꝛ sicut diciꝛ in Prouer. Gloria pa Puer.15.c tris est filius sapiens. Ideo breuiter de tali angelo poterit dn̄s dicere illud Exod. Ecce ego mit Exod.23.c to angelum meū:qui precedet te/et custodiet in via ꝛc. ¶ Uel si vis per Thobiam seniorē intellige deum:per angelum ꝓlatum:ꝛ per minorem subditum populum/sicut supra. Aliter.

¶ Capitulū vj. Textus.

Profectus est autem thobias:et canis secutus est eum. Moralitatū Ca. v.

CUm angelus thobiam iuniorem cōduceret,cōtingit ꝙ circa tigrim fluuiū prima mansione manerēt. Uolēs igiꝛ iuuenis pedes suos lauare i fluuio: ꝛ ecce piscis immanis exiuit ad deuorandū eū. Quo timēte inuadi/dixit angelus ad eū. Apprehēde brāchiā

B eius:⁊ trahe eum ad te. Piscem igitur in siccum
traxit:⁊ statim palpitare cepit:⁊ ex mãdato an-
geli piscẽ exenterauit:fel/cor et iecur reposuit ⁊
seruauit:cetera vero assauit et saliuit:⁊ ꝓ viati-
co custodiuit. Angelus vero sibi dixit/ꝙ fumus
cordis illius piscis super carbones positi/omnia
demoniorũ genera ab hoie fugat: fel vero ocu-
lis cecis ⁊ albuginosis impositum/ipsos illumi-
Moralitas. nat. ¶ Quãuis videat̃ satis mirabile/ꝙ res cor-
poralis agat in spiritum:⁊ ꝙ fumus piscis fuget
diabolũ:vel ꝙ sonus cithare faciat recedere spi-
1. Reg. 16. d ritum immũdum/sicut supra positũ est:q̃ tñ ad
moralia tendimus:de disputãdo super hmõi nõ
curemus. Igit̃ dico ꝙ iste piscis potest peccatũ
significare:vel etiã carnẽ fluxibilẽ atq̃ mollẽ:qđ
scz sub aqua mundane ꝓsperitatis ⁊ voluptatis
abscondit̃:vbi thobie.i.cuicũq̃ homini insidiat̃:
vt scz ip̃m per culpã ⁊ penã absorbeat ⁊ predet̃.
Puer. 23. c Unde in Prouer. Insidiat̃ in viis quasi latro:et
quos incautos viderit/interficiet. Ista est ergo
veritas:ꝙ qñq̃ homo accipit mansionẽ suã sup
tigrim fluuiũ:q interpretat̃ sagitta:ꝓ eo q̃ sicut
sagitta velociter currit.i.in mũdi fluxibilitate q̃
cito deperit atq̃ fluit:⁊ in aqua voluptatis ⁊ ꝓ-
speritatis vult recreari:q̃cq̃ sibi prima facie spe-
ret ⁊ intẽdat ablui et mũdari:statim tñ adest pi-
h scis iste.s.pctm̃ vel tẽtatio superbie/luxurie vel
auaricie:vel etiã ipsa caro q̃ sibi insidiat̃: ip̃mq̃
attrahere et deuorare satagit et molit̃:sed reue-
ra ad cõsiliũ angeli testamẽti scz christi vel boni
predicatoris:ipse dz istũ piscẽ scz pctm̃ vel carnẽ
vel tentationẽ per cõsiderationẽ apprehẽdere:⁊
ad siccitatẽ abstinẽtie et pnie trahere:⁊ ipsum dz
exenterare.i.qualis sit et qđ infra ipsum est re-
spicere et videre. Quod ꝓ certo si fecerit/in ipso
tria reperiet:vnde cõtra vitiorũ infirmitatẽ re-
media multa sumet. Inueniet enim ꝙ in ipso est
cor/iecur ⁊ fel.i.vanus amor ⁊ falsa delectatio:⁊
finaliter inueniet ꝙ est ibi fel.i.amara desolatio
⁊ dãnatio. Igit̃ si iecur.i.peccati delectatio cum
carbonib⁹ desolatoriis.i.cũ cõsideratione ignis
infernalis iungit̃:fiet ꝙ fumus ille cõpunctionis
et memorie exinde ꝓueniẽs/demones ⁊ demonũ
tentationes fugabit. Unctura vero fellis/cogi-
tatio.i.timor amaritudinis albuginẽ carnalita-
tis/de oculo mẽtis curabit. Nihil enĩ proficit ma
gis contra vitia et demonia/q̃ cogitare/q̃ falsa
sunt carnis et peccati oblectamẽta:et q̃ dura et
fellea subsequunt̃ tormẽta. Fel igit̃.i.cõsidera-
tionem amaritudinis eterne dz homo in oculis
patris sui scilz intellectus apponere:vt sic possit
Hiere. 23. c eum per gratiã illustrare/dicẽs illud Hiere. Ecce
Aliter. potabo eos ⁊c. ¶ Uel dic si vis/ꝙ iste piscis est
diabolus/qui pro certo illis qui in flumine reli-
gionis/deuotionis vel cõpunctionis se balneãt:
A ⁊ in tigri.i.sagitta diuini timoris ⁊ cõtritionis se
mundificant:⁊ ibidem affectuum pedes lauant:
piscis diabolus insidiat̃: ⁊ qui ꝑ peccatũ ipsos
sibi põt deuorat ⁊ ꝓdat̃. Sed reuera homo dz
ipsum viriliter ꝑ bona opera inuadere:⁊ ipsum
per cõsiderationẽ exenterãdo ⁊ aperiẽdo/quid
in ventre et in corde suo habeat discernere: et
pro certo ibi inueniet cor.i.maliciam: iecur qđ
amare cogit.i.delectationis fallaciã: vel etiam
fel qđ est amarũ.i.prauã intentionis nequitiam
⁊ future dãnationis amarã angustiã. Que pro
certo si bene cogitauerit:⁊ carbones ignis eter-
ni/fumiq̃ lachrimarum ⁊ obscuritatem tenebra
rum que in inferno sunt adhibuerit:sibi ad spi-
ritualem cecitatem tollendam/⁊ ad demonũ ef-
Aliter. fugandum q̃ plurimũ proficiet ⁊ valebit. Alle-
ga vt supra. ¶ Uel dic ꝙ thobias iste est xp̃s:pi-
Aliter. scis vero diabolus:sed de hoc vide supra ca. v.
¶ Uel dic ꝙ iste piscis immanis significat diui-
tem magnum vsurariũ ⁊ tyrãnum:qui in fluuio
mundane prosperitatis versatur:et ibidẽ tanq̃
in proprio domicilio moratur. Ezechi. Ecce ego Ezech. 29. d
ad te draco ⁊c. Igitur si contingat ꝙ thobias.i.
aliquis pauper appropinquet ad istum fluuiũ.i.
ad prosperitatis statum:vel ad alicuius diuitis
domũ vel locum:statim cum tales pisces.i.tyrã-
ni/vsurarii et diuites ip̃m velle ditari/vel se velle
iuxta se locari vel edificari vident:sibi immedia-
te detrahunt et inuident/⁊ eum deuorare/et ra- B
pinis et exactionibus impugnare festinãt:ita ꝙ
ipsos compellunt ad angelũ.i.ad dñm clamare:
et cõtra eos auxiliũ implorare. Dñe inquiũt,in-
uadit me. Job. Anime vulneratorũ clamabunt.
Periculosum est igitur talibus appropinquare Job. 24. b
et eorũ habitationibus,et eorũ domibus,⁊ pos-
sessionibus vicinare:quia fluuiũ mundane pro-
speritatis solũ sibi volunt appropriare:et ideo
solent oẽs vicinos et socios impugnare:nec pa-
tiuntur aliquem quem impedire valent, pedes
suos lauare.i.recreationem aliquã obtinere. Ui-
dentur enim dicere illud Ezech. Nobis data est Ezechi. 11. c
terra in possessionẽ. Thobias igit̃.i.pauper: ab
angelo.i.a deo cõsulit̃/ꝙ istum piscẽ.i.istum diui
tem per cõsiderationẽ apprehendat et ꝙ ipsum
de fluuio mundane prosperitatis per considera-
tionem extrahat:et ad siccũ.i.ad mortis austeri-
tatem et sterilitatẽ imaginãdo deducat. Hoc est
dictu:ꝙ statũ vite eius cito defecturũ et statum
mortis sue cito successurũ cogitet ⁊ attẽdat:⁊ sic
ꝓ certo ipsum cogitare poterit palpitantẽ.i.du-
bium/miserũ et timentẽ. Unde de diuitibus dicit̃
Sapiẽ. Quod ipsi turbabunt̃ timore horribili/di Sapiẽ. 5. a
centes intra se/ penitẽtiã agẽtes,et pre angustia
spiritus gemẽtes. Consiliũ etiã est ꝙ pauper qui
videt gloriã iniquorũ,ipsos per considerationẽ
exenteret:hoc est ꝙ quales sunt interius cõside-
ret:vt scilicet non gloriã suam exteriorẽ,sed ini-
quitatem interiorẽ cogitet atq̃ spectet:quia scz
tunc videt ꝙ illi qui sunt terribiles quo ad mũ-
dum,sunt abhominabiles quo ad deum. Iuxta C
illud Luce. Quod hoibus altũ est:abhominatio Luc. 16. b
est apud deũ. Talẽ considerationẽ videt̃ habere
dauid in Psal. vbi de ꝓsperitate maloꝝ sic dicit, Psal. 72. b
Ecce ipsi peccatores in seculo obtinuerũt diui-
tias ⁊c. Et dixi. Ergo sine causa iustificaui cor
meũ ⁊c. Donec intrem sanctuariũ dei:⁊ intelligã
in nouissimis eoꝝ. ¶ Uel si vis dic ꝙ thobias iste Aliter.
est deus:quẽ pro certo piscis immanis.i.aliquis
malus diues in ꝑsona pauperũ ⁊ religiosorũ de-
uorat:⁊ eũ in mẽbris suis fatigat ⁊ infestat. Sed
pro certo deus talẽ de fluuio ꝓsperitatis ad sic-
citatẽ mortis extrahit:⁊ eũ exenterat:⁊ proster-
nit:⁊ sup carbones inferni assat et cõburit:et de
vẽtre eius.i.de suis intrinsecis et abditis: medi-
cinas pauperũ,scz diuitias quas diu absconde-
rat,extrahit:et de his cecos,id est inopes qñq̃
illuminat:inquãtũ de auarorũ substãtiis ipsos
post mortẽ taliũ cõsolat̃ ⁊ ditat:caneq̃.i.tpales
substãtias:istorũq̃ officia ⁊ bñficia que tenebat:
sibi ⁊ angelo reseruat:inquãtum in persona pau
perum se nutriri predicat. Esa. Reffice lassum:et Esa. 28. c
ecce hoc meũ refrigeriũ. Impios et tyrãnos tol-
lit de medio:vt saltẽ post eorũ mortẽ de eorũ di-
uitiis iustos alat:et vt eorũ bona que auare ag-
gregauerat,per plurimos distribuat et distin-
guat:vt patet ad literã de clericis tenẽtib⁹ plu-
ra beneficia:et auaris habentibus plures diui- D
tias:q̃ scilicet post mortẽ eorũ plures ditant̃,et
beneficiant̃:et thobias et angelus,id est paupe-
res et iusti,vel ipse deus in persona pauperum
multiplr̃ recreant̃. Igit̃ dicitur Sap̃. Quod iusti Sapiẽ. 10. d
tulerũt spolia impiorũ. Et alibi dr̃. Quod reser- Puer. 13. d
uat̃ iusto substantia peccatorũ, Unde dr̃ de malo Job. 10. c

diuite. Qui cōfligens nudauit pauperes: domū rapuit, et non edificauit eā: nec est satiatus venter eius. Educetur egrediens de vagina sua: vadent et venient super eū horribiles: ⁊ deuorabit eū ignis qui nō succendet: et de eodem dr̄ ibidem, ꝙ diuitias quas deuorauit, euomet ⁊c.

¶ Caplm viij. Textus.

Postq̄ vero cenauerūt: itroduxerūt iuuenē ad eā. Moralitatum Capi. vj.

Hic dicitur ꝙ cū sacra filia raguelis septē viros habuisset: ⁊ eos diabolꝰ occidisset: thobias ipsā ducere timuit: tn̄ ad angeli ꝯsiliū ipsam duxit: nec eū diabolꝰ nocuit seu lesit. Nā ad consiliū angeli iecur piscis mortui sup carbones posuit: ⁊ odore fumi eius demones fugauit. Quē raphael accipiens in desertū superioris egypti relegauit. tandē ꝟo in timore dei vxorē instruēs: ⁊ ad orōnē inuitās cū ipsa tribꝰ diebꝰ orōni vacauit: ⁊ sic intrās ad puellā, in dei benedictiōe sine nocumēto eā suscepit. Sicut em̄ angelꝰ sibi dixerat: demoniū solum super illos ptātē habebat: qui sicut equus ⁊ mulꝰ
e
sine timore dei cū suis vxoribꝰ habitant: ⁊ qui in
Moralitas. actu ꝯiugali nihil p̄ter delectationē ꝗmāt. ¶ Ista exēplariter ad lr̄am pōt allegari cōtra libidinosos: qui scz sicut bruta sine dei timore solā delectationē ꝗrunt: q2 ꝓ certo tales ꝑ spm̄ fornicatiōis pereūt: inquantū etiā cū ꝓpriis vxoribus fornicationē cōmittūt. Justi ꝟo cū dei timore et bona intētione ⁊ orōne debēt cōiugiū celebrare: et sic nō habē: demoniū. i. spm̄ luxurie formidare: ⁊ potissime si piscis mortui iecur. i. si xp̄i morientis mortē sup carbones feruentis charitatis per ꝯsiderationē voluerint adhibere. Dicat igit bonꝰ cōiunx vxori sue illud qđ iste dixit hic. Filij sctōꝝ sumꝰ: ⁊ nō possumꝰ ꝯiungi sicut gentes q̄ ignorāt deū. ¶ Uel dic ꝙ vxor nr̄a est bn̄ficiū vl ecclesia nobis data: q2 ꝓ certo q̄cunq3 isti vxori brutaliter: et solūmodo ꝓpter lucrū ⁊ delectationem ⁊ vtilitatē tpalē ꝯiungit: ⁊ eidē ꝑ ꝓmotionē ꝯiugat: necesse est ꝙ a diabolo spūaliter ⁊ tē-
Aliter. poraliter pimat. Ille ꝟo q̄ taliter vxorē accipit: nō vt pōsit, sed vt ꝓsit: nō vt libidini ⁊ voluptatibus vacet: sed vt cū timore diuino ⁊ orōni diuine laudi se applicet: a demōe nō ledit sed sanꝰ et incolumis spūaliter repitur: ⁊ cū vxore hmōi, ꝓle bonoꝝ operū iocūdat: ⁊ diuitiis tpalibꝰ ⁊ spiritualibꝰ prosperat. Ps. Uxor tua sicut vitis abū-
ps.127.a f dans in lateribus domus tue.

¶ Ex eodē caplo octauo

Textꝰ b. Et factū est circa pullorū cātū accersiri iussit raguel. Morali. Ca. vij.

Hic habetur ꝙ raguel pater sare: postq̄ thobias filiā suā in vxorē acceperat: ⁊ ad eā intrauerat, timuit ne forte sibi sicut aliis accidisset: hoc est, ne forte a demone suffocatꝰ fuisset: fecit de nocte i domo sua foueā facere vt ipm posset terre cōmēdare: ⁊ sicut alios sepelire disposuerat: sed ipm sanū reperiēs, i laudes dei ꝓperat ⁊ exultat: ⁊ duas vaccas ⁊ quatuor arietes occidēs, nuptias p̄parat ⁊ istaurat. thobias igit angelū ad gabellū mittit q̄ pecuniā recupat, ⁊ ipm ad nuptias adducit. Tādē ꝟo raguel medietatē bonoꝝ suoꝝ filie sue tradidit: ⁊ sic cū magna substātia thobias cōiugē secū duxit. Qui p̄cedēs felle piscis oculos patris illuminauit: ⁊ cadēte albugine q̄si mēbrana oui, visum recuperat: ⁊ vidēs filiū suū, dominū
benedixit. ¶ Ista exponūt quidā allegorice. Di- Allegoria.
cunt em̄ ꝙ raguel est populꝰ gentilis: cuiꝰ filiam id est ipsā gentilitatē seu gētiliū cōmunitatem: thobias id est xp̄s in vxorē duxit: inquantū ipsā ad fidem cōuertens, de ea ecclesiā suam fecit: sed
reuera in principio ille raguel, scz gentilis ppl̄s b
dubitauit: ⁊ timuit ne forte ille esset verꝰ maritꝰ: ⁊ ne forte mūdū decipiēdo fuisset a demone mortuus vel oppressus: quapropter ipsum sepelire disposuit: inquātum in persona tyrannoꝝ nomē christi ⁊ eius fidem opprimere et tollere festinauit: sed finaliter cantu galloꝝ. i. doctrina predicatorū instante: ipsum verum ecclesie maritū, virum sanctum et legitimum reperit et cognouit: ⁊ tunc nuptias vere ⁊ firme fidei statuit ⁊ inducit: in quibus ꝓculdubio vaccas et arietes. i. martyres ⁊ cōfessores de populo suo preparat ⁊ exponit. Constat autē ꝙ de populo gentili conuerso, multi in primitiua ecclesia more vaccarū agrum dominicū coluerūt: ⁊ tandē per martyriū obierūt. Multi arietes et prelati ⁊ duces in ecclesia fuerūt
qui mortē ꝓ domino subierūt. Tunc in nuptiis Math.22.a
thobie ⁊ sare. i. xp̄i ⁊ ecclesie de seipsis enceniū p̄buerūt. Un̄ Matth. Tauri mei ⁊ altilia mea occisa sunt: et oia parata sunt: venite ad nuptias. i. ad fidem xp̄i. Gabelus ꝑ angelū adducit: q2 scilz ad fidē xp̄i quotidie nouꝰ populus ꝑ predicatores angelicos aggregat. Sara em̄. i. gētilitas: cū magna substātia thobie tradit: q2 etiā de gen-
tibꝰ cū diuitiis diuersarū scientiarū ad fidē ve- h
niens dn̄o desponsat. Et finaliter tn̄ iste thobias scz xp̄s: patrem suū cecum. i. populū iudaicū excecatū, per fidem illuminat: inquantū in fine tpis lumen sue fidei seruat: quia tunc exultādo clamabit ⁊ dicet. Ecce video thobiam filium meum: quando albugo infidelitatis de occulis eius ceciderit: ⁊ q̄n se errasse fatebit ⁊ cognoscet: ⁊ q̄n se media etate illuminatum aduertet, dicēs illud
Joā. Cum cecus essem, modo video. Albugo em̄ Joā.9.a
proprie cecitatē populi iudaici significat: q̄ se albū ⁊ iustū credit ⁊ estimat. Et ista etiā cecitas et albugo quasi mēbrana oui esse dr̄: ꝓ eo ꝙ adhuc xp̄m tanq̄ de ouo nasciturū expectat: sed tūc talis albugo de oculo sue mētis cadet quādo christū iā venisse cognoscēs, se errasse ꝑcipiet. Unde apl̄s. Uelamē ē positū sup cor eoꝝ. Cū aūt auer-
si fuerint, auferetur velamen. ¶ Hic potes sub- 2.Cor.3.d
dere exemplariter: quomodo angelus eleemosy-
nam, orationem et ieiunium cōmendat: et quo- Tho.12.c
modo ex hoc promeruit thobias ꝙ a deo tentaretur, et tentatus consolaret. Uide ca. xiij. Nihil videtur in aliis capitulis huius libri figurale.
¶ Moralitatum super thobiam Finis.

Moralitatū liber decimusoctauus super Judith.

¶ Caplz. j. Textus. Arphaxat itaq3 rex medorū subiugauerat multas gentes. Moralitatū Capi. j.

Nabuchodonosor rex Assyriorum cum contra Arphaxat regem medorum victoriam obtinuisset: eleuatum est cor eius in superbiam: et omnem terram voluit suo imperio subiugare. Nam non suffecit sibi regnum medorum acquisi-

aliſſe:quinimo nuncios ſuos ad libanum/ciliciā/
ſyriā et damaſcū vſqꝫ in hieruſalē miſit:vt tribu
ta ſibi ſoluerent:ꝛ vt eum in regē reciperent per
nuncios imperauit.Et quia oēs vno animo con
tradixerūt ei:ꝛ remiſerūt nūcios vacuos:et ſine
honore abierūt:indignatus ipſos per potentiā
opprimere et ſubiugare voluit.Ideo holofernē
principē militie cum exercitu infinito contra re=
gionē occidētis miſit:ꝛ omnē terrā ſibi ſubiuga=
ri mādauit.Qui mādatis eius obtēperans mul=
tas ciuitates ꝛ terras confregit:multoſqꝫ ipſum
voluntarie recipiētes in dn̄m/in deditionē rece=
pit.Terras que prius mandata nabuchodono=
ſor cōtempſerant/ꝑ violentiā eius imperio ſub=
Moralitas. iugauit. ¶Iſta poſſunt applicari cōtra ambitio
ſos et preſumptuoſos.Ille enim nabuchodono=
B. ſor:qui interpretaꝛ ſedens in anguſtia:preſum=
ptuoſos et ambitioſos ſignificat:qui per ſolici=
tudinem ſemper anguſtiant,vt ad ſtatū altiorē
Tren.1.a promoueant.Tren.Sedet in anguſtia dn̄a gen=
tium.i.ambitio cōtra arphaxat.i.facit aliquod
factum notabile:propter quod regnū medorū.i.
aliquā dignitatem obtinet ꝛ acquirit:nō ſufficit
ſibi ꝙ rex ſit aſſyriorū:ꝛ ꝙ efficiaꝛ rex medorū.i.
nō ſufficit ſibi dignitas quā ab antiquo habuit,
vel quā de nouo acquiſiuit:quinimo ad altiora
accendiꝛ:ꝛ ad altas dignitates et officia ambire,
et ea vſurpare molitur.Quod potiſſime fit,quā=
do videt aliquod beneficiū vel dignitatem vaca
re:qꝛ ſcilicet tunc magis ſolet ad dignitatē aſpi=
3.Reg.1.a rare.Adonias aūt filius agith eleuabaꝛ,dicens.
Ego regnabo.Quid igitur fit?Pro certo iſti tūc
quādo vidēt electionē inſtare ſolent nūcios pro=
locutores ꝛ proſeuchas ſuos mittere:et nūc ad
vnum,nunc ad aliū diſcurrere:multa et magna
promittere:vt ad regnandū ſuꝑ ipſos,ꝛ ad pre=
laturam vel officiū obtinendū ipſos valeāt incli
2.Reg.15.a nare:dicētes cum abſalone illud qꝺ diciꝛ.Quis
me cōſtituat iudicē ſuper terrā,vt ad me veniāt
oēs:vt iuſte iudicem?Sed reuera iuſto dei iudi=
cio fit ꝙ omnes vno animo cōtradicūt ei:et nun=
cios prolocutores,et ſuos ſecretos repudiāt et
cōtemnunt:et ꝙ in die electionis vbi ſe eligi for=
C ſan exiſtimabat:omnes electioni ipſius ſe oppo=
Luc.19.e nant,dicētes illud Luc.Nolumus hunc regnare
ſuper nos.Quod vidēs ille ad holofernē princi=
pem militie.i.ad principum ꝛ laicorū potentiā ſe
cōuertit:totqꝫ per eos tribulationes excitat cō=
tra iſtos/ꝙ ciuitates et munitiones.i.tēporales
poſſeſſiones iſtorū impedit et ſubuertit:dicēs il=
Luc.19.a lud Luce.Illos autē qui noluerunt me regnare
ſuper ſe/adducite huc ꝛ interficite.Et ſic ꝑ vio=
lentiā ad cōſentiendū in eum ipſos cogit.Ita ꝙ
breuiter iſti cōpelluntꝛ dicere illud qꝺ etiā iſti di=
xerūt.Deſinat obſecro ira tua cōtra nos.Sequi
tur.Ueni nobiſcū pacificus dn̄s:ꝛ vtere ſeruitio
Aliter. noſtro ſicut placuerit tibi.¶Uel allega ꝙ nabu=
chodonoſor.i.diabolus:qui videns ſe ſuperaſſe
arphaxat cū exercitu.i.cum malorū multitudi=
ne:nō ſufficit ſibi/niſi in alios.i.per malos princi
pes et eorū officiales non ſibi ſubiectos.i.in bo=
nos ꝛ religioſos manumittat:qui primo nūcios
ſuos.i.tentationes leues ad eos mittēs/repul=
ſam patiꝛ:quia ſcꝫ ſtatim hoīes a principio obe=
dire vel ſubdi diabolo dedignanꝛ.Ideo ſepe fit
ꝙ principē militie ſue holofernē:qui interpretaꝛ
infirmans vitulū ſaginatū.i.peccatū luxurie:qꝺ
inter alia vitia obtinet principatū:et qꝺ impin=
guatos/delicioſos vitulos/iuuenes et laſciuos
infirmat:cōtra ipſos dirigit:quo mediante mul=
tos ſuperat:paucos vero ꝗ in auxilio ſancte mu
lieris vidue.i beate virginis ipm̄ vincant/inue=
nit.Ubi em̄ aliȷ̄ nūciȷ̄.i.alia vitia deficiūt:holofer
nes.i.luxuria principaꝛ.Unde diciꝛ,ꝙ cecidit ti=
mor holofernis ſuper omnes habitātes terram. D

¶Capitulū iij. Textus.

Tunc miſerunt legatos ſuos vniuerſa=
rum vrbium.Moralitatum Ca. ij.

Hic dicitur ꝙ cū ho
lofernes omnē terrā ſuo dominio
ſubiugaſſet:et quoſdā virtute ar=
morum/quoſdam voluntarie cum
hymnis et canticis obuiātes eiſdē:
in ditionem ſuam ſumpſiſſet:de vniuerſis vrbi=
bus viros fortes ſibi in auxiliatores accepit:
cum quorū adiutorio leuius ceteros ſuperauit.
¶Sic vero diabolus:qui quoſdā virtute armo= Moralitas.
rum.i.violentia tentationum ſuperat:quoſdam
vero volūtarie et quaſi ex induſtria peccantes:
de quibus diciꝛ.Quaſi ex induſtria receſſerunt a Job.34.c
deo:ſibi ſubiugauit de omnibus vrbibus/et de
omnib⁹ ſtatibus quoſdā fortes auxiliatores.i.
quoſdā hereſiarchas vel aliorum peccatorū pa=
tronos ſibi aggregauit:quibus mediantibus de
aliȷ̄s facilius victorizat.Iſti em̄ ꝗ alios ad pec=
catum incitant/diaboli ſunt auxiliatores:quorū
opere vincit facilius peccatores.¶Hic habes ꝙ Eodē ca.d
nabuchodonoſor preceperat holoferni principi
militie ſue ꝙ omnes deos terre deſtrueret et de=
moliretur:vt ipſe ſolus deus ab his nationibus
que per holofernē poſſent ſubiȷ̄ci diceretur.Sic
igitur factum eſt/ꝙ iudith ſancta mulier caput
holofernis amputauit:et ſic nabuchodonoſor E
potentiam et ſuperbiam eneruauit.¶Iſtud ap= Moralitas.
plica contra preſumptuoſos et inuidos qui ſo=
lum volunt diȷ̄/dn̄i excellentes et inclyti reputa=
ri:quapropter totis viribus laborant/ꝙ aliȷ̄,id
eſt magni potētes famoſi eradicentur:vt ſolum
ipſi apparere inter homines videanꝛ.Sicut de
ſaturno legitur:ꝙ ericthonium filium ſuum occi
dit,et hoc quia vidit eum ſapientem:et timebat
fame ſue poſſe detrahi propter eum:cum ſolus
deus ab omnib⁹ vellet credi.¶Iſta poſſunt ap=
plicari cōtra imperium romanorū:qui medians
te militia ſua deos terre,id eſt reges mūdi ſub=
uertebant:et nomen eorum de medio ſubmoue=
bant:regnaqꝫ ipſorum et prouincias redimebāt:
et ſic cum effuſione ſanguinis totum mundū ſuo
imperio ſubiugabant:ſoliqꝫ diȷ̄ terre/imperato=
res et domini dici in toto orbe volebant:ꝛ quod
abominabilius videbatur/leges et ſtatuta ſcri=
bebant:in quibus nō debere dici aut eſſe in orbe
regem preter ceſarem dicebant.Hiere.Ero deus Hiere.31.a
vniuerſis cognationibus iſrael ꝛc.Quod vtiqꝫ
valde abſurdū extitit:vt reges in diuerſis mun=
di prouinciȷ̄s ex cōſenſu populorū legitime fa=
ctos vel a deo inſtitutos/ſola autoritate et vio=
lētia ſubmouerēt:ipſoſqꝫ regnis et dignitatibus
ſpoliarēt:ſibiqꝫ totū applicaret:ꝛ ſe ſolos reges F
in orbe vocari iuberent:totūqꝫ mūdum a princi=
pio liberū tributis ꝛ ſeruitutibus ſubiugarent,
dicētes illud quod ſequitur infra.Sciat vniuer= Judith.5.d
ſa terra ꝙ Nabuchodonoſor eſt de⁹ terre:ꝛ pre=
ter ipſum alius non eſt.Non eſt mirum igitur ſi
illud tam violentum ſtare nō potuit:et ſi ſancta
mulier iudith,id eſt ſancta prouidentia occulta
vel eccleſia/iſtius crudelis principis caput ꝛ po
tentiam amputauit.Dignum enim fuit/ꝙ qui ſo
lum diȷ̄ terre dici volebant:propriū caput,id eſt
propriam imperatoriam dignitatem amitterent
qua gaudebant.Sicut et nunc patet:quia impe
rium ad tranſlationem aliam eſt tranſlatū:ꝛ nul
lus alius habet imperiȷ̄ poteſtatem/vel principa
tum.Dignū enim eſt:ꝙ qui vſurpat aliena/iuſto
dei iudicio perdat ſua.Ideo iſti ciuitati poteſt

hodie dici illud qđ antiquit⁹ dictū est babyloni.
Esa.47.b Audi derelicta, habitans in cōfidentia: q̄ dicis in
corde tuo: ego sum: ⁊ preter me nō est amplius.
Non sedebo vidua: ⁊ sterilitatē ignorabo. Et se-
Eodē.c.c quitur. Uenient tibi sterilitas ⁊ viduitas. ¶ Hic
habes ꝙ cū oēs gn̄aliter se holoferni redderēt:
⁊ se potētie ei⁹ subÿcerent: ⁊ se ⁊ vxores ⁊ filios,
ciuitates ⁊ bona sua eius dominio subiugarēt: si-
bi q̄ ⁊ exercitui suo cum lāpadibus, tubis ⁊ tym-
panis occurrerent. Dicitur tñ ꝙ ista faciētes nō
B poterant ferocitatē sui pectoris mitigare. Qua
Moralitas propter cito ignominiose dicitur periÿsse. ¶ Qđ
scz contra tyrannos crudeles pōt allegari: quoꝝ
tanta est superbia: ꝙ subditorū obsequÿs, bene-
ficÿs, blādicÿs deliniri nō possint: sed ex hoc ad
deterius prouocātur: ⁊ sepe ad crudelitatis ope
ra fortius inardescūt: quapropter sepe fit, ꝙ isti
in sua potentia gloriātes, ⁊ desolationibus ho-
minum nō parcentes, iusto dei iudicio succūbūt.
Aliter. ¶ Uel dic ꝙ iste est diabolus: quia pro certo qui
recipiunt ipsum: et ei consentientes complau-
dēt fatui sunt, si eius ferocitatem mitigare cre-
dunt: q̄ reuera propter hoc ipsis nō parcet: sed
contra ipsos in inferno fortius inardescit. Unde
Prouer.5.d in Prouerbÿs. zelus et furor non parcet in die
vindicte.

¶ Capitu. iiij. Textus.

Tunc audientes hec filÿ israel qui habitabāt terrā iuda. Moralita. Cap. iÿ.

Audientes filij israel potentiā holofernis: timuerunt valde, ne forte hierusalē caperet: templū destrueret: sancta pollueret ciuitates eorum frangeret: vxores et filios captiuaret
D ⁊ ideo oēs se saccis operuerunt: ieiunÿs et orationib⁹ se humiliauerūt: ⁊ sacerdotes etiā operti cilicio ⁊ cinere, sacrificia obtulerunt: ⁊ fortiter ad dñm clamauerunt: ⁊ occupauerūt oēs vertices montium, ⁊ muris circūdederūt vicos suos: ⁊ preparauerunt frumentum contra obsidionē pugne. Sacerdos vero summus heliachim noie per ciuitates circūibat ad orandū ⁊ recurrēdū ad dominū: ⁊ oēs vniuersaliter commonebat: precepit etiam angustas vias inter montes ꝑ quos iter poterat esse i hierusalē custodiri, ne pateret trāsitus holoferni. Sic igitur finaliter factum est ꝙ holofernes diuino munere fuit victus: ⁊ hierusalē de sua crudeli potentia liberata. ¶ Sic vero charissimi moraliter loquēdo videmus ꝙ nos filÿ israel. i. christiani qui deū ꝑ fidē cognoscim⁹: videm⁹ ⁊ audim⁹ ꝙ holofernes diabolus cū exercitu vitioꝝ ⁊ tentationū, infirmitatem hominum nō cessat subiugare: ⁊ sua potentia oia cōcutit ⁊ cōturbat: q̄ sicut dr̄ Job. Nō est potestas sup ter
Job.41.d rā que cōparet ei: quod q̄ ꝯtra nos ꝑparat. Ideo vald: debemus a facie eius timere: ⁊ illius malicias precauere: ⁊ hoc ne forte hierusalem. i. animā per peccatū capiat: ⁊ templū deuotionis destruat: sancta nostra. i. sanctam viā polluat, ciuitates, hoc est ciuiū vnitates, ac per hoc cōcordiā nostram dirūpat: ⁊ vxorē ⁊ filios. i. charitatem ⁊ bona opera nobis tollat: ⁊ ideo ad obuiandū
A malicÿs eius quilibet debet occurrere: verticem montiū. i. celsitudinē contēplatiōis occupare: ieiunÿs se affligere: sanctū cilicium. i. asperitatem penitētie induere, ⁊ cinere mortis, scz memoria se aspergere: deo per bona opa sacrificare: ad deū per oratione clamare: ⁊ frumentū. i. eucharistie sacramentū cōtra obsidionē. i. cōtra tētamenta diaboli preparare. Sacerdos etiam noster. i. sacer dux bonus ⁊ discretus: debet per circūspectionē discurrere: ⁊ oēs potētias anime visitare: ⁊ ꝙ angusta loca sensuū corporaliū: per q̄ tñ iter pōt esse ad hierusalē. i. ad animā capiēdā discrete custodiāt: debent se sollicite premunire: vt sic holofernes. i. diabolus: q̄ bene dicit holofernes i. infirmans vitulū saginatū: ꝓ eo ꝙ leues carnales pingues ⁊ opulentos inficiat, possint machinationibus obuiare. Qui enim taliter cōtra ipm se preparauerit: nunq̄ spūaliter ab eo vict⁹ erit. Bene igitur dicit. Fili accedens ad seruitutē dei,
sta i iustitia ⁊ timore ⁊ para aiam tuā ad tētatio- Eccl.2.a
nē. ¶ Uel si vis, dic ꝙ hierusalē est eccl'ia: de qua Aliter.
viri israel. i. viri ecclesiastici: valde debēt timere ꝙ ab holoferne diabolo ꝑ vitia destruat: ⁊ ideo eliachim sacerdos. i. quilibet bonus prelatus dz discurrere: ⁊ fideles ad orandū ⁊ resistendū periculo: ⁊ artos passus ⁊ transit⁹ ꝑ quos habent ingredi hostes. i. ad vota religiōis, mādata legis,
articulos fidei sacramenta ecclesie que quidem B
sunt principales ingressus eccl'ie custodiēdū: et principaliter occupandum monere: necnō vt ad muros regularis discipline reedificāde intēdere velint, ⁊ orationi vacare: montes contēplationis
occupare: frumenta meritorū ⁊ virtutum prepa 1.reg.7.a
rare: ipsos debet docere, dicens illud. Preparate corda vestra domino ⁊c.

¶ Capitulū v. Textus.

Nunciatūq̄ est holoferni principi militie assyriorū. Moralitatū Cap. iiÿ.

Achior pr̄iceps filiorū amon, holoferni petēti de filÿs israel q̄ se preparabāt cōtra eū defendere: quidnā esset incepit iterrogare. Qui dei israel mirabilia cepit predicare: et legē populi israel cōmendare: ⁊ inter alia dicere: ꝙ si de⁹ eoꝝ ipos iuuare decreuerit nunq̄ holofernes vel q̄cūq̄ ali⁹ possit preualere. Indignatus holofernes ipm ad filios israel duci fecit: ⁊ cū ipsis extūc esse voluit: ⁊ hoc cū capti essent filÿ israel quorū deum cōmendauerat: ipse cū eis gladio assyriorū verberaret: ⁊ sic nullum aliū deū esse dñm terre q̄ nabuchodonosor experiret. Ducit igit achior i bethuliā:
sed occurrētibus balisterÿs de israel, ipsum du- C
cere ad ciuitatē nō potuerūt: quapropter ipsum ad arborē ligantes ⁊ recedentes, ab exercitu dimiserunt: quē tandē filÿ israel soluentes, ⁊ in ciuitatem suā ducentes: oia que contigerāt, audierunt ⁊ post fletus ⁊ orationes ciuitate saluata
ipsum circūdederūt, ⁊ in suū consortiū receperūt Moralitas.
sicut scriptū est ⁊c. ¶ Ista possunt applicari ad quemlibet sanctū pro christi noie crucifixū sicut ad Andreā ⁊ petrū. Achior em̄ iterpretat frater meus montanus: significans illos scz qui fratres ꝑ charitatē fuerūt: ⁊ montani ꝑ mentis sublimitatem, ⁊ contemplationem, vel per vite eminentiam dici poterāt. Cōstat em̄ ꝙ isti corā holoferne principe. i. corā nerone vel cōtra alios tyrānos potentiam dei israel, scz christi p̄dicabāt, ⁊ fidē ipsi⁹ cōmendabant: factum est ꝙ ꝑ eum in bethuliā, que interpretat dom⁹ pturiens dñm. i. paradisum: qui nobis dñm parturiuit et misit: morte intercedēte sunt missi: hoc est per istos ad arborem scz ad crucem fuerunt ligati in crucemq̄ morte dānati: ⁊ a cruce per filios israel, idest ꝑ angelos quātū ad animam sunt soluti: in bethuliam. i. in paradisum deducti: ⁊ a carne sua, idest

a corpore circuncisi per mortem in ipsorū israeli
tarū.i.in ipsorum angelorū cōsortiū sunt assum
pti. Ipse vero holofernes.i.tyrāni finaliter mor
Luc.19.a te turpissima sunt consumpti. Luce. Ascendit in
arborem sycomorum vt videret iesum.

D

¶ Capitulū vj. Textus.

Holofernes aūt altera die precepit exer citibus suis. Moralitatum Ca. v.

Holofernes volēs capere ciuitatē bethulie z alias
ciuitates:z filios israel subiuga=
re:primo studuit fontes z aquas
eis auferre:z iō cōductū p quem
aqua fluebat in ciuitatē,cōfregit:
fontesq̄ q̄ circa ciuitatē erāt,custodiri fecit:z sic
populū ciuitatis horrēdo sitis ardore confecit.
Judith. Vñ etiā sicut infra dicit:sanguinē pecorū suorū bi
1.c bere pponebāt:z ad oleū z frumenta q̄ dño deo
suo cōsecrata fuerāt,cōtra fas,z iusticiā manus
suas volebāt extendere:q̄ tñ cōtingere nō debe=
Moralitas bāt. ¶ Sic vere dico,q holofernes diabolus,q̄ cō
tinue ciuitatē ecclesie vel aīe per tētationes ob=
sidet:z summe studet aquā gratie z deuotionis
subtrahere,z fontē lachrymarū z cōpunctionis,
necnō fontē mīe et cōpassiōis siccare. Quo facto,
statim sitis z ardor malorū desideriorū,scz auari
cie z carnalis cōcupiscētie in illa ciuitate cōsurgit:
q̄ habitatores ei9 afficit z affligit:intantū q iam
oēs a dicti sitiz auaritie tēperādā,sanguinē pecorū.i.
tpalē substātiā simpliciū vel subditorū suorū bi=
būt:rapinis z exactionibus illū sugūt:qđ potissi
me ptz de illis q̄ i mūdo habēt iuridicā potestatē:
qui scz sanguinē alienū.i.vitā z substantiā tpalē
Nu.23.d bibere delectant. Vñ in lib. Nume. Nō accubabit
E leo donec rapuerit predā:z occisorū sanguinē bi
bat. Isti etiā nō sufficit sanguinē pecorū idest sub
ditorū suorū bibere:quinimo ad oleū z frumētū
dño cōsecratū.i.ad bona ecclesiastica dño cōsecra=
ta atq̄ dedicata:manū mittere,z ipsa fraudulen
ter vel violenter ab ipsis ecclesiasticis subtrahe
re vel auferre studēt:sicut ad literā patet de ma=
lis principibus,z malis iudicib9 z malis p̄latis z
officialib9:de malis balliuis z lictorib9 ptz:q̄ oēs
sanguinē subditorū bibūt:z qñ possunt bona deo
z eius seruitoribus dedicata:que ipsis non lz tā
Judith. gere,deuorāt z cōsumūt. Vñ sequit infra. Qui hoc
11.c. faciunt,certū est q in perditionē dabuntur.

¶ Capitulū ix. Textus.

Quib9 abscedētibus iudith ingressa est oratorium suum. Moralitatū Ca. vj.

Volēs iudith placere principi holoferni,primo orōni se
dedit:cilicio se induit:z cinerem su=
per caput suum posuit z oratoriū in
trauit. Tandē vo de loco surgēs,i quo corā dño
pstrata iacuerat:vestimēta viduitatis exuit cor=
pus suū lauit:myrrha optima se inunxit:crines
capitis sui discriminauit:z iocūditatis vestimen
F tis se vestiuit:myrrham capiti suo imposuit:san=
dalia pedib9 suis circūcinxit,assumpsitq̄ dextra
lia,inaures anulos z lilia:z ornamētis oib9 se pa
rauit. Ista igit sic ornata,a pñcipe cōcupiscit:z in
tabernaculo ei9 introducit:z a cūctis seruis ipsi9
Moralitas. honorat. ¶ Si vis dic de iudith in bono,q̄ interp̄ta
tur glorificās q significat aīam christianā:q̄ deū
glorificare tenet. Igit si illa vult placere princi=
pi nostro christo:dz intrare oratoriū secrete me=
ditatiōis:accipere ciliciū.i.asperitatē penitentie
z maceratiōis emittere ad deū vocē z gemitū orō
nis:tandē dz de terra.i.de terrenis p affectionem
celestiū,surgere:vestimēta viduitatis.i.conuersa
tionē pcti seu veterē hoiem exuere,p lachrymo=
sam cōpunctionē se lauare:z crines capitis.i.affe
ctus z cogitatus cordis p cōfessionē pectinare z
expādere z discriminare:miro odore deuotionis
se vngere:vestibus iocunditatis.i.conuersatiōe
honesta se induere:myrrham alte z eleuate con=
templatiōis capiti siue cordi suo debet imponere
sandalia diuini timoris pedibus affectionū sua=
rū cōponere:z dextralia bonorū operū suis bra=
chiis applicare. Debet etiā acipere inaures q̄ au
res ornāt:virtutē patiētie,qua.s.patienter au=
diat:anulos qui faciliter voluunt.i.virtutē obe
diētie:lilia q̄ colorē candidū sortiunt.i.candorem
castitatis z cōtinētie. His igit si aīa sic ornata fue
rit:proculdubio principi militie nostre christo
mirabiliter cōplacebit:z vsq̄ ad tabernaculum
eius.s.ad paradisum veniet:z in eterne quietis B
cubiculū subintrabit. Ps. Audi filia z vide z in= Ps.44.c
clina aurē tuā zc. Dicit etiā christo de aīa beata.
Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato
circundata varietate. Ipsi vo aīe subdit illud im
mediate positum. ¶ Vel si vis dic q holofernes Aliter
quē iudith volēs occidere taliter (vt p̄missum est)
se ornauit,est diabolus:quē p certo iudith id est
sancta anima vel sancta ecclia spūaliter vin
cit z superat,qñ p̄dictis ornamētis z virtutib9 se
ornat. ¶ Vel dic q iudith est beata virgo:q̄ p cer Aliter
to principē militie superborū seu reproborum.s.
diabolū:q̄ populū israeliticū.i.populum fideliū
tentationibus oppugnat:aquā deuotiōis ipsius
subtrahit:z ciuitatē ecclesie capere et destruere
tentat:destruxit z superauit:z potentiā ei9 ener
uauit:z dei ppl'm de ipsius manib9 liberauit:ipm
etiā nunc q̄tidie superat:z deuotos suos ab ipso
liberat z defendit. Vñ proprie dr: Una mulier he=
brea fecit cōfusionē in domo Nabuchodonosor. Judith.
14.d

¶ Capitulū x. Textus.

Factum est autē cū cessasset clamare ad dominum. Moralitatum Capi. vij.

Cum holofernes princeps militie regis assyriorū
esset in obsidione bethulie:factū
est q quedā mulier iudith noie D
variis apparata ornatib9 se suo
cōspectui p̄sentauit. Qui statim
specie z pulchritudine ei9 rapt9
in cōcupiscentiā carnis exarsit:z ipsius cōcubitū
exq̄siuit. Ille igit multo vino inebriat9 z sopit9
cubiculū intrat:sz mulier illa vidēs ipm ebriū et
sopitū,euaginato ipsius holofernis gladio,ca=
put eius amputauit:z ipm ancille sue tradidit:z
euoluto corpore conopeū eius abstulit z recessit.
Mane autem facto,cū cubilari9 ipsius ipm in so
lo mortuū reperisset,z caput a corpore videret
abesse:incepit dicere z clamare. Ecce holofernes
inquit iacet in terra:z caput eius non est in eo.
Quo audito,exercitus dilabit:z pjiciētes arma,
relictis copiis fugere cōpellunt. Hostes vo sui a
ciuitate exeūtes,z ipos virilr psequentes:tēto=
ria z supellectilia oia depdant:z de diuitiis fugi
tiui holofernis exercit9 vniuersaliter locupletā
tur z cū festis z cōuiuiis iocūdant. ¶ Holofernes Moralitas
iste pōt significare mūdi z ecclesie pncipes z recto
res in glia exercit9 z subditorū multitudine glo=
riātes;ista aūt iudith pōt malā z ornatā mulierē
vel etiā pctm luxurie designare. Et pculdubio
ista est veritas,q principes nostre militie christia
ne,tā seculares q̄ ecclesiastici,multo vino z pom

delitijsq̃ et vitijs hodie inebriati: per somnolen-
A tiã, negligẽtiã malarũq̃ mulierũ pulchritudinẽ
decepti ⁊ allecti, carnis cõcubit⁹ apphendũt: ita
ꝙ habere secũ in suis cubiculis hmõi mulieres
delectãtur. Ideo iste sunt q̃ caput. i capitale suũ
⁊ tpalem eius substantiam tollunt: ⁊ ipsos ꝓstra
tos et pauperes in suo sanguine. i. in luxuria vo
luptatis diffamatos deserunt ⁊ recedunt: caput
suum. i. capitale ⁊ diuitias secum tollũt. Nõ cu-
rãt em̃ mulieres de luxurioso, postq̃ caput suũ
habere possunt: quia statim postq̃ diuitias suas
exhauserunt, de ipsis amplius non curãtes rece
Iudic. 16. a dunt. Unde Illud Judic. Rasis crinibus Sanso
nis, cepit Dalila eum abijcere. Sic igit̃ fit ꝙ prin
cipe vel prelato carnaliter per luxuriã mortuo
vel oppresso: exercitus eius, idest subditorũ po-
pulus per diuersa vitia dilabit̃: ⁊ ꝓpter defectũ
correctionis virtutum ⁊ morum vnitas dissipa-
tur. Facile est enim ꝙ subditi deuient ⁊ corã ho-
stibus suis. i. demonibus et tentationibus succũ
bant, vnitatẽ ⁊ charitatẽ amittãt: quando princi
pem, prelatum vel superiorem a mulieribus ca-
ptũ, et per luxuriam infamẽ ⁊ spiritualiter esse
Zach. 14. a mortuum vident. Unde dicit̃. Percute pastorem:
⁊ dispergent̃ oues gregis. ¶ Uel si vis dic ꝙ ista
Aliter. deceptrix mulier malos principũ consiliarios et
adulatores designat: qui cum specie amicitie
ipsis magnatibus adulantur: et tanta sciunt di-
cere et facere, ꝙ vsq̃ ad cubiculum. i. vsq̃ ad se-
creta consilia admittuntur. Ubi cum se introdu
ctos viderint, ⁊ eos in amore suo bene raptos co
gnouerint: eos ebrios ⁊ dormientes. i. ignaros et
negligentes inuenerint statim ad auferendũ eis
B caput, idest debitã intentionem ⁊ conscientiam
conuertuntur, inquantum scilicet ipsorum malo
consilio mediante, et eorum adulatione falsa suf
fragante: vie et consilia reperiuntur: quibus
isti principes et domini ad exactiões et rapinas
contra deum et iustitiã concitantur, inquantũ ca
pite consciẽtie perdito, in sanguine crudelitatis
volutantur: et in terra terrenorum amore iacẽt
totaliter et versantur: et inde fit ꝙ exercitus sub
ditorum dilabitur et grauatur. Unde de talibus
malis consiliarijs et adulatoribus potest dici il-
2. reg. 4. d. lud quod de Isboseth dicitur. Quod duo latro-
nes ingressi inuenerunt regem dormientem sup
lectum in conclaui: ⁊ eum interficientes, sublato
capite abierũt. Duo enim latrones, sunt duo ge
nera personarum, scilicet mali consiliarij seu de-
tractores et adulatores: qui pro eo latrones di-
cuntur: q͛ principib⁹ caput et cõscientiam, alijs
vero famam et temporalem substantiam furant̃.
Aliter. ¶ Uel dic ꝙ ista mulier significat falsos amicos:
qui omnino student diuitum amicitias et fami-
liaritates contrahere: ad hoc vt possint capita,
idest capitale et diuitias eorum subtrahere: ⁊ lu
crum temporale inde recipere et acquirere. Qđ
cum fecerint, et ipsos pauperes mortuos ⁊ de-
pressos viderint, statim solent eos dimittere, et
C de ipsis amplius non curare. Sufficit enim eis,
Eccli. 13. a quod possint caput talium secum ferre. Unde il-
Aliter. lud Ecclesia. Si nihil habueris derelinquet te:
si habueris aliquid tecum, conuiuet. ¶ Uel dic
quod ista mulier significat auariciam, symo-
niam seu carnalem affectionem: que reuera mul-
tis modernis principibus taliter hodie intiman
tur: ⁊ multos taliter infatuat, quod caput recte
intentionis et debite conscientie ipsis subtrahũt
vel furantur. Quod patet de multis, qui tantum
in ꝓprio sanguine volutati, idest in proprio amo
re consanguineorum suorum implicati sunt ꝙ iã
in terra. i. in terrenorum amore iacere, ⁊ de celestib⁹
nihil curare penitus comprobant̃. Et hoc est qđ
hic dicit̃. Ecce holofernes iacet in terra: ⁊ caput

eius non est in eo. Ideo reprehendunt̃ tales in li-
bro Josue: cui in ꝑsona prelati dicit̃. Surge: cur
iaces pron⁹ in terra? ¶ Moralizationem allego- Josue. 7
ricam ⁊ etiam mysticam quam ponunt doctores Allegoria
⁊ glosse: scz ꝙ per iudith itelligatur ecclesia: per
Nabuchodonosor diabolus: ꝑ holofernem anti-
christus intelligatur: omitto causa breuitatis.
Diabolus enim principem exercitus reproborũ,
scilicet antichristum mittet: cui se mundus par-
tim spõte, partim coacte subijciet: quẽ, tñ sancta
mulier ecclesia in fide perseuerando finaliter vin
cet. Unde dicitur. Hec est enim victoria que vin-
cit mundum, fides nostra. Joh. 5. a

¶ Moralitatũ libri Judith Finis. D

Moralitatum Liber Decimusnonus super libro Hester.

¶ Capitulum j. Textus.

In diebus Assueri qui regnauit ab in-
dia vsq̃ Ethiopiam. Moralitatum

Capitulum j.

Assuerus assy-
riorũ rex, qui regnabat ab
india vsq̃ in ethiopiam sup
centũ ⁊ viginti septẽ ꝓuin-
cias: anno tertio regni sui
fecit grande conuiuiũ prin
cipib⁹ ⁊ pueris suis fortissi
mis persarũ ⁊ medorũ incly
tis prefectis ꝓuinciarũ lon
go tpe: ⁊ hoc in illa domo mirabili: de qua legit̃
in historia Alexãdri: qđ colũne erãt argentee: te-
ctũ sicut firmamentũ gẽmis lucentib⁹, instar stel
larũ ⁊ signorũ distinctum: septem aũt diebus fie-
bat preparatio: postea autem preparatũ est con
uiuiũ in vestibulo hort. nemoris, qđ regio cultu
⁊ manu erat consitũ: erant aũt ex vtraq̃ pte tẽto-
ria mira contexta varietate: et in pauimento le-
cti aurei (vt dicit Comestor) vineã habebat mira- E
bilẽ: hort⁹ eius. i. vites erant argentee: palmites
aurei: botri diuersarũ gẽmarũ varietate distincti:
populũ aũt vniuersum qui inuẽt⁹ est in susis, ad
cõuiuiũ inuitauit. ¶ Assuerus iste q̃ interpretat̃ Moralitas
beatitudo, atriũ vel ostiũ: significat xp̃m: qui est
rex magn⁹ sup oẽs deos: ⁊ q̃ est btitudo ad glori
ficãdũ: atriũ ad recipiendũ: ostiũ ad nos in para
disum introducẽdum. Unde. Ecce ego sum ostiũ. Joh. 10. b
Ille igit̃ tertio anno regni sui. i. tertio tpe mũdi
s. in tpe gratie: cũctis suis fidelibus in horto re-
gio ecclesie sctẽ mr̃is mirabile ꝯuiuiũ ꝑparauit:
in quo scz corpus ꝓpriũ comedendũ dedit: et in
quo sanguinẽ suũ loco vini effudit. Unde Luce.
Homo q̃dã fecit cenã magnã, ⁊ cõuocauit mul-
tos. Conuiuiũ aũt dicit̃ a con ⁊ viuo viuis: q͛ ibi Luc. 14. d
simul viuit̃: ⁊ sic ꝓprie fidem ecclie designat: vbi ⁊
in qua diuerse natiões ⁊ ppl̃i viuere cõprobant̃.
Et q͛ nobilitatẽ conuiuij fecit hospitis seu domi
cõditio, loci dispositio, ciborũ appositio, ꝯuiuarũ
ordinatio: igit̃ si de rege querit̃: dico ꝙ ille Assue
rus est xp̃s ⁊c. Sed supra si q̃rit̃ de loco: dico ꝙ
illud cõuiuiũ fit in domo ⁊ in horto. i. in ecclesia: F
que dicit̃ dom⁹ rõne securitatis: dicit̃ hortus ra
tione fructuose amenitatis. Dicit̃ dom⁹, vbi co-
lumne argentee, i dest predicatores eloquentes
⁊ argentei debent esse: tectũ vero superius. i. pre
latorũ superiorũ status quasi firmamentũ ꝑ ꝯstã
tiam debet eminere: ⁊ in eis debet stellarum et si-

Gen.1.b gnorũ.i.virtutũ copia splẽdere. Vñ. Stellas po
suit in firmamento celi. Hort⁹ etiã ille vineã sa-
cre scripture cõtinet: que vites argenteas p elo-
quentiã/palmites aureos p sapiẽtiã/vuas de la
pidib⁹ pciosis p virtutẽ ꝛ documentorũ oim lu-
culentiã possidet. Habet ẽt iuxta ortũ istũ vesti-
bulũ religionis: qꝺ ex omni parte habet tẽto-
ria.i.psonas ad deũ p affectionẽ extẽsas: q̃ scilꝫ
mire fuerũt sanctitatis et pulchritudinis ꝛ ho-
Cañ.4.d nestatis. Habet etiã lectos aureos charitatis: ꝛ
pauimentum spaciosissime humilitatis. Unde in
Cañ. Hortus conclusus ꝛc. Itẽ si querit/q̃ fue-
qr dicit tẽperat⁹, iust⁹, fortis ⁊ prudẽs. Un⁹ etiã
dicitur in medio alterius p intimã charitatem:
qr quilibet dz habere aliũ in medio sui cordis p
memoriam, compassionem, charitatẽ ⁊ vnitatem.
Rota enim in medio ponit: quando p memoriam
⁊ amorẽ alter in medio. i. in corde alterius stabi Pũ.18.c.
litur sicut dicit in Prouer. Frater qui adiuuat a Gal.6.a
fratre tanq̃ ciuitas firma. Et Apostolus. Alter
alterius onera portate ⁊c. Acsi dicat sic. Alter in
medio alterius. Rota tamen ista super terrã ap
parere dicitur, qr quilibet vir iustus sup terrã. i.
super terrena p ipsorũ contẽptũ esse tenet. Eccle
Tu super terram. Dico igitur ꝙ iste rote scz bo A
ni religiosi vel subditi debẽt apparere super ter Eccle.5.a
rã: contemnendo ⁊ spernẽdo terrenã ꝓsperitatẽ.
debent esse iuxta sancta animalia. s. frequentãdo
societatẽ. Debet esse quatuor facieꝝ: continendo
quadruplicẽ virtutũ cardinaliũ quaternitatem.
Debet eẽ vnus in medio alterius per mutuã dile
ctionẽ ⁊ charitatem. Debet etiam esse in eis vna
similitudo p cõmunem victus ⁊ habitus parita
tem, ⁊ per mutuam morum cõformitatem: vt sic
alter posset dicere alteri illud Esa. nostri similis Esa.14.c
es effectus. Aspectus eoruz dz esse quasi visio ma
ris per contritionis amaritudinem, ⁊ ꝑpnie aspe
ritatẽ. Debet etiã in eis esse statura per cõstantie
firmitatẽ, altitudo p mẽtis sublimitatẽ: ⁊ aspect⁹
horribilis per squaloris abstinentie hispidam Ps.75.d
difformitatẽ. Ps. Terribilis es: ⁊ quis resistit ti Job.4.c
bi? Job. Inhorruerunt pili carnis mee. Item isti
debent ire in quatuor bonas affectiones, vt scz p
gaudium de bono, ⁊ dolorem de malo: timorem
de suppplicio: spem de premio ad bona opera am
bulent ⁊ incedant. Reuerti etiam non debent cũ
ambulauerint: quia nunq̃ debẽt desistere vel re
trocedere a bono quod inceperunt: quia dicitur
Nemo mittens manum suam ad aratrum ⁊ re Luc.9.g
trospiciens: aptus est regno dei. Item tales ple

B ni oculis esse dicuntur: qr viri iusti oculis discre
tiōis ꝛ circūspectionis illuminati esse tenent: vt
sic videant ꝛ cōsiderēt quicqd ad salutē ptinere
Apo.4.c videat. Apoc. Plena erant oculis ante et retro.
Ezec.10.d. Unde Ezech. dr. Qd rotarū corpus, colla, man⁹
ꝛ penne et circuli plena erant oculis, ad similitu-
dinem caude pauonis: ad denotandū ꝙ isti boni
religiosi ꝛ subditi debēt habere pennas contem-
plationis: manus bone operationis: collum gu-
statiue deuotionis: ꝛ oculos discretionis: ꝛ simi-
litudinem caude pauonis.i.picturam bone con-
uersationis. Et quocunqȝ declinabat que prima
erat, sequebātur: qr scilicet inter bonos religio-
sos ꝛ subditos debet esse tāta humilitas, obediē-
tia, ꝛ talis morum cōformitas: ꝙ vbicūqȝ vident
declinare et inclinari illos qui primi ꝛ superio-
res sunt inter eos: scȝ bonos prelatos ꝛ honestio
res ꝛ seniores personas: pro certo alij debent se-
Matth.8.c qui: per imitationem ꝛ obedientiam inclinari.
Matth. Magister sequar te quocūqȝ ieris. Ille
igitur rote, scilicet boni subditi: debent sequi ani
malia sancta, idest bonos prelatos ꝛ viros do-
Eze.10.d ctos: scilicet obediendo, ꝛ se eis conformando.
Ezech. Gradientibus illis rote quocunqȝ subse-
cute sunt. Ita cum eis debent ire bene operādo:
cum eis stare fortiter perseuerando: cum eis ele
uari a terra terrena despiciendo, et celestia affe
ctando. Eleuata sunt de terra coram me: et ratio
est: quia spiritus vite debet esse in eis, idest spiri
tussanctus: qui debet eis virtutem ꝛ gratiam da
Esa.1.c re: ipsi vero debent eum sequi: et inspirationi et
C voluntati ipsi⁹ obedire. Ezech. Ubi erat impet⁹
Eodē.c.c spiritus, ibi gradiebantur. ¶ Consequenter vi-
dit Ezechiel firmamentum super capita anima-
lium sanctorum quod erat de specie crystalli: et
in firmamento erat sedes de lapide saphiri: et in
throno sedebat similitudo filij hominis: qui in se
gerebat per circūitum speciem ignis ꝛ electri: ꝛ
circa se habebat quasi similitudinem arcus celi:
acsi fuerit in die pluuie ꝛ in nube. Sed pro certo
quando supra firmamentum celi, quod erat su-
pra caput eorum, fiebat vox: statim animalia pē-
nas suas submittebant: ꝛ sic vocem que facta
Moralitas fuerat audiebant ¶ Dic ꝙ firmamentum signifi
cat ecclesiam: que bene fundata est supra firmā
petram, que crystallina dicit: quia in ea splendor
veritatis fidei, et etiam stabilitas perpetue per-
manentie reperitur. Sub isto etiam firmamento
dicuntur animalia sancta habitare: quia nullus
est bonus aut sanctus, nisi illi qui in firmamento
ecclesie per fidem et gratiam dinoscuntur ma-
nere. Genes. Stellas posuit in firmamento celi.
Gen.1.b In isto autē ecclesie firmamento est thronus ec-
clesiastice, et maxime apostolice plature: quia
scilicet de saphiro cuius est color celestis, dicitur
esse: pro eo ꝙ ecclesiastica iurisdictio celestis, et
spiritualis totaliter debet esse. Esa. Fundabo te
Esa.54.a in sapphirū: et dabo iaspidem, idest iustitiā pro-
pugnacula tua. In isto etiam throno.i. dignita-
te ecclesiastica: debet sedere filius hominis: idest
persona rationalis: per honestatem ad modum
electri debet fulgere: per charitatem more ignis
debet feruere: per sapientiam debet splendere:
arcum etiam celestem.i. iustitiam debet circa se
possidere. Qui tamen in die pluuie et in nube es-
se dicitur: pro eo ꝙ iustitia semper debet esse cū
misericordia, et cū dulcedinis profluuio. Unde
Gen.9.b Gen. Arcum meum ponam in nubibus. Quid igi-
tur? proculdubio si contingat quod de firmamē
to ecclesie, et quod de throno iudiciarie potesta
tis, et a filio hominis, idest a prelato exeat ali-
qua vox.i. a domino preceptum vel statutū: sta-
tim animalia sancta que sunt subtus.i. subditi
boni debēt statim alas pōpe ꝛ supbie deponere,

et illud qd mandatur, reuerenter audire. Nunqȝ
enim debet esse aliqs tā grossum animal, nec ita
alta, nec sancta aut solēnis persona, quin māda-
ta dei ꝛ prelatorum verba documentaqȝ maiorū
ꝛ seniorum debeat reuerenter audire, et omnem
pompam submittere: ꝛ pennas cuiuslibet nobili
tatis vel sufficiētie sue postponere: ꝛ qd dicit vel
predicat, humiliter auscultare: dicēs illud. Dñe Abacuk
audiui auditū tuū. ¶ Uel dic ꝙ thron⁹ saphire⁹ 3.a
est beata virgo: ꝛ si querat quare dicit saphirea: Aliter.
tractatū est supra de lapidib⁹ cap. de sapphiro.
Fili⁹ aūt hois est xps: q scȝ in isto throno per in-
carnationem sedet: ꝛ ibi sicut splendidus ꝛ feruī
dus apparuit. Qn igit vocē istius audiuimus:
statim alas superbie deponere debemus, ꝛ cū re
uerentia exequi quod nobis mādatum sentim⁹. Ps.94.b
Ps. Hodie si vocē eius audieritis. Arcū etiā pre E
dicationis ꝛ iustitie habuit quo peccatores sa-
gittauit. In pluuia fuit: p eo ꝙ spe venie ipsos
dulciter cōsolatus refrigerauit. Predicatio eni
arcus dicit: qr dȝ pungere: in die pluuie: qr debet
vrgere. Apo. Sedens super equum habebat ar- A.
cū. ¶ Uel dic ꝙ ille fili⁹ hois.s. dei filius in throno Aliter.
sedebit in iudicio: vbi per magnum rigorem quē
pretendit, igneus apparebit: ꝛ ibi arcum iusticie
tēdet, quē tn̄ pluuia misericordie q̄tū ad bonos
tēperabit: malos autem sagittabit: ita ꝙ omnes
submittent alas suas, inquātū vocem suam ois
creatura timebit. Gen. Uocē tuā domine audiui Gen.3.b
ꝛ timui: eo ꝙ nudus essem. Et tunc dicet peccato-
ri, quando se nudū ꝛ sine indumēto charitatis ꝛ
gratie sentit, ꝛ qn̄ nude quicquid fecit, oibus no
tum fiet. Hier. Nudaui femora tua ante faciem Hiere.13.d
tuam: ꝛ apparuit ignominia tua ꝛc.

¶ Capitu.ij. Textus.

Hec visio similitudinis glorie domini. Et vidi. Moralitatum Cap. ij.

COnsequēter postqȝ Ezechi-
el animalia mirabilia et dei glo-
riam conspexerat, ad terram ce
cidit pre timore: sed ingressus in
eum spiritus domini, statuit eū
supra pedes suos, precipiens ꝙ
quicquid sibi daret, comederet
et voraret: ꝛ ecce quasi manus de celo mittitur,
in qua quidam liber clausus et inuolutus cōti- F
nebatur: q corā eo expanditur, ꝛ ante eius ocu-
los explicatur. Hic liber scriptus intus et foris
erat: scripturāqȝ mirabilem continebat.s. lamen
tatiōes, carmē ꝛ ve: scripture series possidebat.
Isto igitur libro Ezechiel fuit orbatus, ꝛ in ore
eius ad modū mellis extitit dulcefactus. ¶ Eze- Morali
chiel in isto loco significat humanum genus: qd tas.
per Ade peccatū primitus cecidit: sed tandē per
spūssancti mysterium resurrexit: qui scȝ ipsum su
pra pedes.i. ad statum gratie statuit et erexit:
manus enim diuine munificentie de celo homi-
ni missa fuit: vel manus.i. beata virgo: que librū
salutis nostre.i. christū nobis attulit: q q̄uis ab
eterno fuisset per secreta diuine prouidētie a no
bis inuolutus ꝛ clausus vtpote qr nondū fuerat
hominibus reuelatus: ipsum tamē finaliter de⁹
pater per natiuitatem ꝛ crucem ꝛ mortem corā
nobis expandit. Apoc. Alius liber apertus est q Apoc.20.d
est vite. Iste enim scriptus erat intus per deita-
tem, ꝛ foris p humanitatē. Et pro certo ista scri-
ptura in se habuit sacramentorū fidei corpalē ve
ritatē, qr in ista apparuerūt lamētationes penitē
tiū, carmina ꝯtēplātiū, ꝛ gras deo agentiū, ꝛ feli-
citer in patria viuentium: ꝛ ve damnatorū ꝛ per-
euntium. In isto eni libro, ꝛ in verbis ei⁹ potes si

vis legere lamēta pnie. Uñ dr. Q̄r gaudiū est an
Lu.15.c gelis dei sup vno pctōre pniam agēte. Item ibi
sunt carmina spei ⁊ misericordie ⁊ future glorie
b Matth. Uenite bñdicti patris mei/percipite pa=
Mat.25.c radisum. Itē ibi est ve dānatiōis ppetue: et hoc
cū dicit. Ite maledicti in ignē eternū ⁊c. Hic aūt
Mat.15.d liber quādo p deuotionē comedit/dulcis et sa=
Ps.118.g pidus inuenitur. Ps. Quam dulcia faucibus
Aliter. meis eloquia tua: sup mel ori meo. ¶ Uel dic qđ
iste liber est liber sacre scripture: qui intus est
scriptus per sensum spiritalem/et foris per lite=
ram historialem: qui scz est inuolutus per figu=
rarum consignationē: expanditur tamen coram
nobis per doctorum expositionem. Iste liber cō
tinet lamentationes mundane miserie ⁊ incola=
Ps.119.b tus: sicut est illud Ps. Heu mihi quia incolatus
meus prolongatus est. Et alia similia carmina
Ps.116.a laudis ⁊ spūalis cōsolatiōis: sicut illud. Lauda
te dominū omnes gentes cū similib⁹. Et ve eter=
Ecclī.18.c ne damnationis ⁊ excōmunicationis: sicut illud
Ezech. Anima que peccauerit/ipsa morietur. Sz
ille liber in ore hominis fit suauis/quando per
os predicatorum ⁊ doctorum de scriptura pro=
rumpit aliquis sermo dulcis.

¶ Capitu. iiij. Textus.

Et tu fili hominis/sume tibi laterem et panes. Moralitatum Cap. iij.

Preceptū fuit in
visu ezechieli/ q ciuitatē hie=
rusalē oppugnaret/ ⁊ q inter
se ⁊ ciuitatē sartaginē collo=
caret. Preceptū etiā fuit sibi
b q durāte obsidione ipse dor=
miret sup lat⁹ suū sinistrū pro
iniquitate dom⁹ isrł: ⁊ qđ dormiret super latus
dextrū pro iniquitate domus iuda. Preceptū
etiā fuit sibi/q panē faceret quē sub stercorib⁹
cooperiret: et q ipm manducaret in pondere: et
Moralitas. aquā suā biberet in mēsura. ¶ Charissimi: per
ciuitatē hierłm intelligit ciuitas pacifica padisi
quem quilibet debet velle acquirere: ⁊ ideo vt
ipsam habeat/ nō debet cessare cū machinis bo=
norum operum eam impugnare. Uerūtamē sar=
taginem mortis vel ignis infernalis/ videlicet
vbi peccatores frixantur/debet inter se et ciui=
tatem paradisi per cōsiderationem ponere: ⁊ q
istā magis q̄ paradisi gloriam meruerit/debet
cum formidine cogitare: ibiq3 cor suū debet per
timorem frigere vel versare. Dum durat autem
ista obsidio id est ista bonorum operum pro ac=
quirenda superna hierusalem executio: homini
precipitur tria facere: scz de latere in latus dor=
mire/panem suum stercorib⁹ tegere/et panem ⁊
aquā in pondere et mensura comedere: que sunt
tria que homo spiritualiter debet facere/si vult
ciuitatem paradisi acquirere. Et primo debet
per contemplationem dormire super latus sini=
a strum infernalis aduersitatis: deinde super la=
tus dextrū eterne felicitatis: qr homo debet per
cōsiderationē iacere ⁊ dormire, nūc in latere si=
nistro cogitādo de inferno: nūc in latere dextro
2.Cor.6.b cogitādo de padiso. Aplš. A dextris ⁊ sinistris
per arma iusticie ⁊c. Scđo debet panē suū, id est
mūdi psperitatē stercoribus cooperire: vt cogi
tare nō cesset sperma fetidū, saccū stercorū, ⁊ ci=
bum vermiū se esse, sm Bernardū ⁊ Innocētiū.
Debet cogitare q oia ista sunt vilia, ⁊ viliora q̄
Phi.3.b stercora reputanda. Aplš. Oia arbitrat⁹ sum si
cut stercora. Tertio dz panē ⁊ aquā, id est mun=
di delicias ⁊ diuitias in pōdere ⁊ mēsura come=
dere ⁊ bibere: vt scz superflue nō appetat diui=
tias habere, nec delicias frequentare: sed vsum
eorum in mensura studeat temperare. In vsu eīm
diuitiarū ⁊ deliciarū dz esse pondus: qr scz hō dz
ponderare q̄ difficile acquirunt, q̄ timide cōser
uant, q̄ dolorose perdunt. Itē ibi dz eē mēsura vt
scz nulla sit superfluitas: immo cū Salomone di
cat illđ Prouer. Diuitias nec pauptatē mihi dc=
deris dñe, tribue tamē victui meo necessaria. Et Prou.30.b
iuxta illud. Sapiens debet facere quicquid fa=
cit in numero, pondere ⁊ mensura. Sap.11.d

¶ Capitu. viij. Textus.

Et factū est in anno sexto, in sexto mēse, in quinta mensis: ego sedebam in domo mea. Moralitatum Capi. iiij.

Cum ciuitas hie=
rusalem ⁊ seniores tēpli dñm re=
liqssent, ⁊ idolatrie dediti essent,
ita q diuersa idola in tēpli parie
tib⁹ depinxissent: factū est q simi
litudo manus apprehendit eze=
chielē q erat captiuus in babylone: ⁊ adduxit eū
in hierusalē in visiōe dei: cui dixit dñs vt videret
abominatiōes magnas, quas faciebāt filij israel:
vt pcul recederet a sanctuario suo. Uidit igitur
ezechiel in templo primo in porta aquilonis ido
lū zeli: qđ erat ibi factū ad puocandū emulatio=
nē: q tādē fodiēs parietē, vidit similitudines re=
ptilium aīaliū, idola domus israel. Uidit etiā se=
niores israel: q in cōspectu istorū reptiliū adole=
bāt incensuz. Itē cōuersus ad aliam partē: vidit
mulieres q plangebant adonidem. Itē cōuersus
ad alios partes: vidit quosdā viros in templo:
q scz dorsuz ad altare vertebāt, ⁊ ad orientē ado
rabāt. Alios vidit q ramos ad nares suas appli
cabāt. Iste igit erāt abominationes idolatraruz
quas filij israel faciebāt in tēplo, ⁊ in secretis cu
biliū suorū: ppter q deū a suo sanctuario recede=
re faciebāt: pp̄ter qđ dñs terrā dereliquerat, et
eorū scelera nō videbat. Aduerte aūt q adonis
fuit quidā gratissimus iuuenis fili⁹ martis: quē
dea venus intantū dilexit, q de eo amicum suum
fecit. Hunc igitur ab aproquem venabatur occi c
sum, ceperūt mulieres plāgere, ⁊ rediuiuum cre
dere: ⁊ inde gentiles mulieres cōsueuit mos plā
gendi mortem adonidis inolere: sicut Ouidius
metamor. li. xiiij. dicit. Reuera per istas abomina
tiones que fiebāt, in templo a filijs israel possunt
intelligi quedam vitia que hodie fiunt in ecclesia
a quibusdam fidelibus christianis. Isti enim a
proposito videntur delinquere: vt deum a san=
ctuario suo. i. ab amore eclesie faciant fugere ⁊ re
cedere: ipsamq3 necesse habeant in tyrannorum
manibus dimittere, ⁊ de ea nō curare. Unde dicit Job.34.c
Job. Qua si de industria recesserūt a deo. Si eīm
parietem foderimus: ⁊ si de babylone, idest de
mundo ad cōsiderationem hierusalem. i. ecclesie
ducti fuerimus: proculdubio multa abhomina= Hier.13.b
bilia et enormia videre poterimus. Unde hier.
In agro vidi abominationes. Sunt igitur ista
quinq3 per ordinē detestāda. s. idolum, reptilia, ⁊
eos adorantes, plorantes adonidem: dorsum ad
altare vertentes: ⁊ ramos ad nares applicātes.
Per idolū igit zeli, intelligunt immūdi detracto=
res: qui zeli ⁊ inuidie sunt idola ⁊ repsentatores:
qr scz illi sunt q verbis detractorijs emulationē
⁊ inuidiā puocāt: ⁊ rixas ⁊ odia sepe mouēt. Uñ
dicit Psalm. In sculptilibus tuis ad emulatio= Ps.77.f
nem eum sepe prouocauerunt. Per reptilia depi
cta intelligo mundi malos diuites ⁊ potentes. q
dicuntur reptilia: qr reptāt p auariciā circa tem= D

poralia. Isti eñ ornatu sup̄fluo depingūtur et a sentoribus.i.a malis aduocatis ⁊ consiliarijs/⁊ ab alijs adulatoribus coluntur:et malis consilijs ⁊ adulationibus/aliorūq₃ accusationib⁹ in=
Act.25.a censant. Vñ dr q̄ seniores iudeorū postulabant aduersus paulū dānationem. Isti aūt principes ⁊ diuites bene vniuersa reptilia dicūtur:q₂ quidā bufoni inflato per superbiā/alij lacerto caudato per maliciā/alij limaci viscoso per luxuriā
Ps̄.103.c assimilant ⁊ sic de alijs. Ps̄. Hoc mare magnū et spaciosum manibus:illic reptilia quorū non est numerus. Per plorantē Adonidē/intelligo iuuenes ⁊ iuuēculas ⁊ curiosas:q̄ de alijs personis iuuenibus plorare vident:inquātū pro eorū malo amore suspirare videntur: dicentes il=
Cañ.2.a lud Cāticorū. Fulcite me floribus:stipate me malis:q₂ amore langueo. Per vertētes dorsum ad altare intelligo malos religiosos et ecclesiasticos:qui oculos mētis ad ortū solis.i.ad claritatē mūdane p̄speritatis vertunt:ab altari vo.i.a dei seruitio ipsos diuertūt,⁊ magis q̄rūt secu=
Hiere.2.f laria q̄₃ regularia/⁊ tp̄alia q̄₃ spiritualia. Hiere. Verterūt ad me dorsū/⁊ nō faciē. Per illos aūt q̄ applicāt ramos ad nares intelligo deliciosos qui sc₃ in ramis ⁊ reb⁹ odoriferis delectant:⁊ in hoc excedere comprobant. Hec eñ oīa abomi=
Malach. 2.c nabilia sunt apud deū/⁊ detestabilia apud mūdum. Unde dicit. Abominatio facta est in israel ⁊ in hierusalem.i.in ecclesia et religione:q₂ cōta
E minauit iudas sanctificationem domini:q̄ñ dilexit filiam alieni id est p̄speritatē mūdi:quare aūt ista faciāt apparet:quia ipsi vident credere
Ps̄.72.b q̄ dereliquit dñs terram:⁊ q̄d non videat. Ps̄. Dixerunt/quomodo scit deus?

¶ Capitulū ix. Textus.

Et clamauit in auribus meis voce magna/dicēs. Appropinquauerūt. Moralitatum Capitulum v.

Ezechiel vidit viros sex.i.sex angelos/qui habebant vnusquisq₃ vas interfectionis/id est gladiū:erat in medio vir indut⁹ lineis/habens atramētariū scriptoris i manu sua. Isti igit p̄ceptū est a voce dñi de glia exeunte:q̄ signaret thau sup frontē virorū dolentiū ⁊ gementiū sup cunctis abominationibus que fiunt in medio hierl̄m. Alijs aūt qui portāt gladios/dictum est:vt per mediū ciuitatis transirent/⁊ q̄ homines vtriusq₃ sexus occiderēt:⁊ q̄ a sanctuario dñi inciperent: ⁊ q̄d nulli penit⁹ parcerēt/nisi super illis in fronte signū thau viderent. Sic igit factū est/q̄ cōtami
F
Moralitas. nauerūt domū:⁊ impleuerūt atria interfectis:⁊ ratio reddit ibidē/q̄ iniq̄tas dom⁹ israel magna est nimis valde:et repleta est terra sanguinib⁹. ¶ Moraliter p̄ signū thau quod factū est ad modum crucis/significatur crux vel cōmemoratio diuine passionis:p̄ illū qui indut⁹ est lineis intelligitur predicator:qui sc₃ verbis ⁊ exemplis imprimit in frontibus.i.in mentib⁹ hominum signum illud:qui sc₃ per castitatē est lineis indutus:⁊ per sciētiam debet esse scriptoris atramētario munitus. Iste eñ est angelus qui portat
Apo.7.a signum vite vel dei viui. Apoc. Per angelos autem cum gladijs intelliguntur angeli iudices: qui sc₃ ad executionē iudiciorū parati sunt. Vñ
Cañ.3.c in Can. Uniuscuiusq₃ ensis sup femur suū. Quid igitur? Pro certo finaliter q̄ñ viderit dñs q̄ domus iuda/id est ecclesia que per fidez trinitatis confitetur:quia per iudā interp̄tat cōfitens:⁊ domus israel.i.religio/que per cōtemplationē debet eum videre:et terra.i.mund⁹ bene fuerint pleni sanguinib⁹ carnalitatis:⁊ eorū iniquitatibus bñ increuerint.s.in fine mūdi:tūc mittet angelos suos vt gladios iusticie vindictā sc₃ eterne dānationis exerceāt in eisdē:⁊ sic fiet q̄ nulli penit⁹ parcēt:imo senes ⁊ iuuenes ⁊ virgines q̄ male fecerūt/interficient:⁊ sup oīa a sanctuario dñi.i.a statu ecclīasticorū incipiēt:⁊ eos pre cūctis puniēt atq₃ ledēt:q₂ quāto q̄s p̄pinquior ē deo statu ⁊ gradu ⁊ scia:tāto si delinq̄t/acri⁹ est puniēd⁹:q₂ dicit. Seru⁹ sciēs volūtatē dñi ⁊ nō faciēs vapulabit plagis multis. Breuiter igit il= Luc.12.f
lud est verū/q̄ solū viri gemētes ⁊ dolētes sup
p̄ctis suis ⁊ alio₂/signū thau.i.crucis x̄pi mēoriā i cordis frōtib⁹ deferētes:tūc tp̄is saluabuntur:⁊ ab angelis p̄cutientib⁹ ⁊ p̄ctores morti ⁊ dānationi tradētib⁹/non ledent:sed ab ipsis angelis diuino munere defendent. Vñ Apoca. No= Apoc.7.a
lite nocere terre ⁊ mari/neq₃ arborib⁹/quousq₃ signemus seruos dei in frontibus eorum.

¶ Capitu. xij. Textus.

Et factus est sermo dñi ad me dicens. Fili hominis vaticinare. Moralitatū Capitulum vj.

Receptū est ezechieli/q̄ vasa aurea more trāsmigrātiū ⁊ se mutare volētiū p̄pararet:sibiq₃ dictū ē. Fili hominis fode parietē:i humeris portaberis:i caligine efferreris faciē tuam velabis/vt non videas terrā:⁊ dictū est sibi q̄ hoc significabat q̄d p̄nceps iuda.s.zedechias esset captiuand⁹ excecādusq₃/⁊ in babylonē captiuus ducendus:⁊ tñ eā nō visur⁹ ibi moritur⁹. ¶ Illud p̄t dici de hoīe Moralitas
mortuo. Iste eñ de hoc seculo ad aliud trāsmigrat:paries/id est sepulchrum fodit/⁊ in humeris portatur:in caligine mortis effert:et sibi fa= b
cies sudario operit. ¶ Uel dic de homine peccatore/qui per spem future penitentie in infernū Aliter]
defertur:facies mentis sue sudario, id est amore mundane glorie inuoluitur:in caligine ignorantie ⁊ peccati portat:⁊ per obstinationē penitus excecatur:ita q̄ terra/id est,mūdum ⁊ terrena bona que vehit in babylonem/id est in infernum/ad quem captiuus ducit:videre per cōsiderationem nō dicit:quia peccator dū est in mūdi prosperis/nunq̄₃ in talibus meditatur. Unde de anima peccatrice dicitur. Sordes eius in pedibus eius:nec recordata est finis sui.

¶ Capl'm xvj. Textus.

Et fact⁹ est sermo dñi ad me dicēs. Fili Trchi.a.
hois notas fac. Morali. Cap. vij.

Describit eñ Ezechiel ciuitatē hierusalem,vel synagogam a deo prius dilectam: sed tandem idolatria damnatā: sub figura puelle dicens: quod erat quedam puella: cuius radix ⁊ generatio fuerat de terra chananea: pater suus Amorreus: mater sua cethea. Ista a principio quando nata est, non fuit a suo sanguine munda:nec aqua lota:nec sale salita: nec prescissus vmbilicus eius,nec pannis inuoluta. Quidam tñ dñs vidēs eā super faciē terre pro=

fectam, sanguine infectam ⁊ nudam/atq̧ confu-
sione repletam/misertus est eius: ⁊ quia iam ad
mundum muliebrem venerat/ ⁊ vbera eius intu-
muerant/pilusq̧ eius germinauerat/ita ꝙ iam
amari poterat: expandit pallium super istam/et
operuit eius nuditatem: et iurato pacto ipsam
accepit vxorē. Istam igitur aqua lauit: sangui-
ne mundauit: oleo vnxit: discoloribus vestiuit:
hyacintho calciauit: bysso tinxit: subtilibus co-
loribus induit: ornamento ornauit: armillas in
manibus dedit: torquem collo circūdedit: inau-
rem super os eius posuit: circulos eius aurib᷒
inseruit: ⁊ coronā decoris in capite eius posuit:
similam/mel ⁊ oleum ad comedendum dedit: et
sic pulcherrima facta fuit/ita ꝙ nomen et fama
ipsius ad gentes pertransiuit. Ipsam etiam vir
suus auro et argento ditauit: ⁊ bonis omnibus
ampliauit. Sed ista fiduciam hn̄s in decore suo:
ingrata viro qui tāta sibi dederat ⁊ nō recorda-
ta dierū adolescentie sue/cū pluribus fornicata
fuit: quos etiam de bonis que sibi marit᷒ dede-
rat ditauit: ⁊ quicquid pro ornatu suo accepe-
rat/ad complacendum lenonibus cōuertit: que
tandem publica meretrix facta est: nec tn̄ taliter
satiata/se indifferenter exposuit omnibus. Que
omnia videns vir suus, vestib᷒ ⁊ bonis cōcessis
B expoliauit: ipsamq̧ nudā ⁊ cōfusam dimittens,
tanq̄ adulteram dānauit. Hec igit̃ in manibus
inimicorū suorū tradit̃ a quibus lapidatur: tru-
cidat̃ ⁊ cōburit̃: ⁊ ei᷒ lupanar qḋ sibi edificaue-
rat, destruit̃: ⁊ sic su᷒ vir de ea vindicat̃. ¶ Ista
Moralitas. puella potest significare humanā naturā: cuius
primus ortus ⁊ generatio fuit de terra chana-
nea, in agrum in cāpo damasceno qui est in syria,
que dudum fuit terra chananea, fuit Adam sm̄
sanctos creatus, ⁊ natura humana sibi cōstitu-
ta. Pater suus adam fuit amorreus. i. amarus
mater eius eua fuit cethea. i. confracta: quia pa
ter ⁊ mater: id est adam ⁊ eua cōfracti sunt tēta-
tione, ⁊ amaricati sunt tribulatiōe. Ista igitur
a principio nata est cum vmbilico peccati origi-
nalis, cum sanguine carnalis libidinis ⁊ delecta
tionis, sine sale debite discretionis: ⁊ sine pānis
honeste conuersationis: sed pius dn̄s. i. dei fili᷒
videns istam puellam. s. humanā naturā super
faciem terre iacentē, ⁊ a terrestri paradiso pro-
iectā, ⁊ in terrenis per auariciā implicatā, san-
guine carnalitatis infectā, nudā virtutib᷒, ⁊ vi-
tiorū cōfusione plenā, ad amandum tn̄ habilem
vberibus naturalis compassionis tumidā, ⁊ pi-
lis cuiusdā naturalis affectionis bone fecundā
ipsam dilexit: ⁊ eā per incarnationem et gratiā
matrimonialiter sibi iunxit: aqua baptismi eam
lauit: sanguine originalis peccati purgauit: et
ruth.3.b sub pallio fidei sue ipsam operuit ⁊ inuoluit. Un-
de dicitur. Extēde pallium tuum, quia propin-
quus es ⁊c. Istam etiam vnxit oleo pietatis: ve
stiuit discoloribus honestatis: calciauit etiam
eam hyacintho: id est amore celestis ciuitatis
C tinxit bysso castitatis: et induit eam subtilibus
innocētie ⁊ intimioris puritatis: ⁊ ornauit eam
ps.44.c ornamēto totius sanctitatis. Un̄ ps̄. Astitit regi
na a dextris tuis in vestitu deaurato circūdata
varietate. Iste igit̃ aīe seu etiā nature tali mō
deo ... grām adiūcte vel copulate: ⁊ a statu pecca
cati misericorditer releuate: in manibus armilla
bone opatiōis tradit̃: collū elatiōis sue torque,
id est vinculo diuinorū mādatorū cingit̃: os lo-
cutionis sue nature tēperātie ornat̃: auris sua
circulo ꝓ̄pte obediētie inserit̃: ⁊ caput suū. s.
eccli.45.b cor, corona. i. vitiorū victoria isignit̃. Un̄ dr̄. Co
rona aurea sup caput ei᷒ ⁊c. Ista igit̃ tādē nu-
trit̃ simila sancte doctrīe ⁊ eruditiōis: melle grē
⁊ deuotiōis: oleo charitatis ⁊ dilectiōis: ditatur

auro sapiētie ⁊ argento eloquētie ꝑdicatiōis: ⁊
sic efficit̃ decora ⁊ pulchra: ⁊ pulchritudine to-
tius moralis ꝑfectiōis famosa ⁊ vulgata/ꝑ diffu
sionē sue bone opiniōis. Un̄ in Can̄. Pulchra es
et decora filia hierl'm. Sed ꝓ certo sepe accidit/
qḋ ista puella. s. aīa: de sua pulchritudine et sua
morali ⁊ naturali ꝑfectiōe superbit: ⁊ sic lenoni-
bus. i. demonib᷒/mūdo ⁊ carni per diuersa pec-
cata se tradit: ⁊ cū eis fornicās suū virū xp̄m de
serit: ⁊ bn̄ficiorū ei᷒ oblita/cūctis indifferēter vi-
tiis se exponit: quinimo donaria grārū natura-
liū q̄ a viro suo deo acceperat/in vsum leccato- D
rū suorū. i. mūdi/carnis ⁊ diaboli: ⁊ sic ipsam vi-
lem ⁊ abominabilē deo facit. Quod vidēs dn̄s,
ipsam bonis tēporalib᷒ ⁊ naturalib᷒ spoliat: et
tortorib᷒ infernalib᷒ tradēs/igni ⁊ gladio mor-
tis perpetue velut adulterā eā dānat: quia pro
certo illud est verū: ꝙ natura humana seu pec-
catrix aīa ad ipsum deū ꝑ incarnationē assum-
pta: vel per penitentiam resumpta: ⁊ ad morum
pulchritudinem ⁊ perfectionem reducta: quan-
do gratiis sibi factis male vtitur: ad eternum
suppliciū iudicatur: ⁊ in inferno cōcremāda dā-
natur. Un̄ Ezec. Uiri igitur isti iusti sunt: ⁊ indi-
cabūt eas iudicio. ¶ Uel dic ꝙ ista puella est ec- Ezec.23.g
clesia q̄ in principio fuit nuda per paupertatem Aliter.
⁊ per diuitiarū tenuitatē/ ⁊ per credentium pau-
citatem: fuit sanguine plena per martyriū pena
litatem: ad terram proiecta per contēptū ⁊ ad-
uersitatē: a fecibus errorū nō bene lota/nec sale
perfecte sapientie salita: per fidei sanctitatē/per
heresum abstersionem ⁊ puritatem: veruntamē
dn̄s misertus eius/ipsam ab erroribus lauit et
purgauit/reddita pace sanguinem martyrū iā
ab ea abstersit: ⁊ eam prius deiectam, iam mira-
biliter dilatauit: ⁊ predictis virtutibus adorna-
uit: auroq̧ ⁊ argento ditauit: gratiis ⁊ scientiis,
honore ⁊ regimine ampliauit. Sed q̄d? Ista vi-
dēs se decorā ⁊ prosperitate floridā, iā nō cessat
virum suum xp̄m et eius seruitium contēnere:
quinimo iam videtur tempus adolescentie sue
⁊ paupertatem illam quam habuit in principio
obliuioni tradidit: ⁊ nō cessat cū leonibus. i. cū
mundo, carne diabolo per vitia fornicari: ⁊ diui- E
tiis a deo receptis ipsos oblectare: bonaq̧ eccle
siastica in vsus deputare demonū: quia propter
hoc videmus ꝙ xp̄s istam tanq̄ adulteram iam
respuit: vestimentisq̧ bonorū terrenorum exuit
eam: ⁊ in manibus tyrannorum eā tradidit, que
scilꝫ ipsam lacerant tribulationibus: ⁊ diuersis
afflictiōibus eā cremāt. Nā q̄r ecclesia bonis si-
bi a deo concessis male vtitur: iusto dei iudicio
fit, vt a principibus affligatur: vt sic ista que pri-
mitiui sui status oblita, deo tantis bonis ingra
ta extitit, cogatur de tribulationibus ad eū re-
uerti quem dereliquit. ¶ Uel si vis applica con-
tra quasdam mulieres: que cū sint de vili plebe Aliter.
quāq̧ assumātur: ⁊ ornamētis, diuitiis ⁊ deliciis
impleant̃: iste tn̄ aliquotiens fornicant̃: ⁊ iste cō-
buri merentur. ¶ Uel dic contra ingratos, qui
de nihilo eleuati, benefactorem suum deserunt, Aliter.
⁊ aliis se committunt: tempus pristine pauper-
tatis sue obliuiscuntur: ⁊ bona sibi concessa ab
homine vel a deo in vsus superbie, ⁊ in offendi-
culum creatoris sui vel benefactoris expendūt:
sicut ad literam patet de multis, qui de vili sta-
tu ad diuitias peruenerunt.

¶ Capl'm xvii. Textus.

Et factum est verbū dn̄i ad me dicēs.
Fili hominis propone. Moralitatum. F
Capitulum viii.

SIcut ponit eze-
chiel in p̄senti capi. q̄dā aqui-
la grādis magnarū alarū lō-
gò mēbrorū ductu/plena plu-
mis et varietate venit ad liba
nū: tulit medullā cedri ꝛ sum-
mitatē frondiū eius auulsit:
ꝛ transportauit eā in vrbē chanaā in vrbē nego
Moralitas. ciatorū. ¶ Aquila ista est fili⁹ dei: q̄ ꝓpter immē
sitatē essentie fuit magnus: ꝛ plumis virtutum
oim fuit plen⁹. Iste em̄ venit ad libanū hui⁹ mū
di/ q̄ in cedro. i. in altissima virgine tulit nr̄e hu-
manitatis medullā: cui⁹ frōdes. i. defect⁹ auulsit
ꝛ abstulit: ꝛ eandē ipsam in vrbē negociatorū. i.
in paradisum que est vrbs sanctorū in ascēsione
Eodē ca. b portauit. ¶ Postq̄ aquila dicta medullā cedri i
vrbē negociatorū trāstulit: plātauit vineā sup
aquas multas in terra bona/ vt faciāt fructū: ꝛ
sic creuit in vineā grandem: ita tn̄ q̄ rami vinee
aquilam que ipsam plātauit/ respicere teneant.
Facta est igitur vinea ꝛ fructificauit/ et emisit
propagines: sed quedā alia aquila erat magna
rum alarū: ad quā vinea incepit respicere: ꝛ au-
xiliū ab ea petere propter qđ aquila prima que
ipsam plātauerat eā euulsit: ꝛ vetus vrēs ipsam
Allegoria. arefecit: oēmq̄ ꝓsperitatē amisit. ¶ Sic ꝟo ho-
die et quotidie loquendo allegorice constat qđ
vera aquila. i. dei filius: postq̄ medullā cedri. i.
humanitatem nostram acceperat: ꝛ in vrbem ne
B gociatorū. i. in paradisum vbi sancti negociato-
res et mercatores: qui scilʒ eterna pro terrenis
mercari sciuerunt cōmorantur, eam ascendendo
detulit: vineā eccl̃ie sue plantare voluit: ꝛ eā. in
terra bona. i. in fide xp̄iana: sup aquas. i. super
fluuiū gratiarū et sciētiarū fundauit. Ista igr̄
creuit in vineā latam: ꝛ iam quasi per totū secu-
lū/ e diffudit: propagines. i. fideles euulsit: ꝛ iam
fructus diuitiarū multarū acquisiuit. Unde dr̄.
Gen. 2. b Plantauit dn̄s deus paradisum voluptatis a
principio. Istud tn̄ verum est q̄ rami huius vi-
nee. i. filij ecclesie: semper ad istam aquilam scilʒ
ad deū tenebantur respicere: ꝛ per fidem spem ꝛ
deuotionem in ipsum oculos mētis figere: et ad
Ps. 120. a eam totis affectib⁹ anhelare. Unde Psal. Ad te
leuaui oculos meos. Sed ista vinea cum ramis
suis iā videtur deū plantatorē suum xp̄m despi-
cere: ꝛ aliā aquilam huic inimicā. i. ad mūdū vel
ad mūdi principes ꝛ raptores: oculos mētis fle-
ctere/ et ab ipsis auxilium et fauorē, implorare:
quapropter fit q̄ prima aquila. i. xp̄s: istam vi-
neam cum ramis. i. ecclesiam cum filijs suis de-
spicit: et ipsam, tyrānis ꝛ hereticis mediāte ven-
to tribulationum cōburit: qr̄ dū ecclesia ꝛ eccle-
siastici sperare in dn̄o omiserunt: ꝛ ad auxilium
seculariū principū cōfugerunt: ipse dn̄s suū re-
traxit auxiliū: ꝛ contra eos venti tribulationū
increuerūt: ita q̄ prosperitatē ꝛ gloriam perdi-
derunt. Igr̄ respiciam⁹ primā aquilā/ non secū-
b dam: ꝛ speremus in dn̄o/ nō in mūdo. Ps. Spe-
Ps. 36. a ra in dn̄o ꝛ fac bonitatē: ꝛ pasceris in diuitijs ei⁹.
Ps. 79 b Ideo de tali vinea dr̄. Uineā de egypto. i. de gē-
tilitate et paupertate transtulisti: eiecisti gētes
ꝛ plātasti eā. Extēdit palmites suos vsq̄ ad ma
re. Etiā sequir̄. Ut quid destruxisti maceriā ei⁹:
ꝛ vindemiāt eā oēs pretergredientes viā. Exter-
minauit eā aper de silua ꝛc. ¶ Uel dic q̄ talis vi
Aliter. nea significat sortilegos: quos prima aquila. i.
deus in ecclesie fide plātauit: ꝛ qn̄ in ecclesie be-
neficijs: qui tn̄ postea cū altera aquila. i. cū dia-
bolo se confederāt/ ꝛ ab ipsa auxiliū ꝛ rn̄sa po-
stulant: qui. i. in fine cōburunt et dānant. ¶ Cō-
sequēter dn̄s promisit se plātare aliquem ramū
cedri super montē excelsū: et q̄ faciet fructum,
ꝛ fiet in cedrū magnā: ita q̄ volucres sub eo habi
tabūt: ꝛ humiliabitur lignū sublime: ꝛ exaltabir̄
lignū humile: siccabir̄ lignū viride, ꝛ frondescet
lignū aridū. ¶ Illud applica q̄ deus de vno mo- Moralitas
dico ramo facit qn̄q̄ magnā cedrū. i. magnā ꝛ ho
norabilē ꝑsonam: ꝛ in monte excelso alicuius di-
gnitatis cōstituit eum: ita q̄ volucres. i. nobiles
sub ipso ꝯmemorant: ꝛ sic fit q̄ de⁹ quotidie facit
siccare sublimes ꝛ virides. i. supbos ꝛ carnales:
exaltari ꝟo frondescere facit et per ꝓsperitatis
gloriā humiles ꝛ pauperes. Unde dicir̄. Deposuit Luce. 1. e
potentes de sede, ꝛ exaltauit humiles.

¶ Capitu. xix. Textus. a

Et tu fili hominis assume planctum sup
principes israel. Moralitatum Ca. ix.

QUedam leena
tulit vnū de leunculis, ꝛ leo
factus est: ꝛ didicit capere
p̄dam, ꝛ homines deuorare,
viduas facere, ꝛ ciuitates
in desertum ducere: ita q̄ de
solata est terra a facie rugi
tus eius: ꝛ audierunt gen-
tes: ꝛ non absq̄ vulneribus
ceperunt: eum miseruntq̄ eū in carcerē, ne audi- Moralitas
retur amplius vox ipsius sup montes ꝛc. ¶ Ta-
lis leo significat quosdā malos officiales ꝛ puer
sos: q̄ in p̄ncipio sunt leunculi. i. parui balliui vel
aduocati: vt qr̄ mater ipsorū. i. ecclesia vel religio
ciuitas vel prelat⁹, ipsos ad aliqđ officiū assumit:
q̄ tandē lapsu tēporis leones. i. magis crudeles
tyrāni efficiunr̄: ita q̄ ab eis per rapinas homines
deuorantur: ꝛ ciuitates etiam deserte ꝛ paupe- 1. pet. 5. b
res efficiuntur: ita q̄ rugitu suorum pauperes
totius patrie deterrenr̄. Un̄ dr̄. Tanq̄ leo rapiēs
ꝛ rugiēs circuit querens quem deuoret ꝛc. Sed
finaliter querela gentiū q̄ cōtra tales solet insur
gere, ꝛ post multa tribulationū vulnera qn̄q̄ ꝓ-
curanr̄, q̄ ipse in carcerē, vel in mortē, vel in depo
sitionē tradir̄, ita q̄ extunc vox minarum ꝛ iniu-
riarū suarū sup montes. i. in altis dignitatibus ꝛ b
officijs amplius nō auditur. Ita quotidie vide-
mus ad sensum in curijs dominorū: vbi leones cō
siliarij seu officiales crudeles finaliter destruun- Mat. 7. a
tur: ꝛ iusto dei iudicio eadē mensura qua alios
mensi fuerāt metiunr̄. ¶ Consequenter dicir̄ ibi. Eodē. c. c
Mater tua sicut vinea plantata in sanguine: cui⁹
fructus ꝛ frondes eius creuerunt ex aquis mul
tis: ꝛ facte sunt ei virge solide in sceptra domi-
nantiū: ꝛ exaltata est statura sua inter frōdes: sed
tandē euulsa est in irā: in terramq̄ ꝓiecta est: et
ventus vrens siccauit eam: arefacte sunt virge
roboris eius: ꝛ ignis comedit eā: ita q̄ non fuit
amplius in eis virga. i. sceptrum dominantium. Moralitas
¶ Talis vinea ꝟo dr̄ esse ꝓgenies tyrannorū: ipsorū
q̄ domus imperium ꝛ maiestas: que scʒ in sangui
ne ꝛ violētia, ē fundata: ꝛ cū effusiōe sanguinis in-
troducta. Dato enim q̄ ista possunt ꝓsperari: et
q̄ eorum domus videatur exaltari, ꝛ maxime re
putari: virgeq̄ solide. i. homines fortes qn̄q̄ so-
lent exinde generari: qui etiā alijs habebant sce-
ptro ꝛ imperio dominari: finaliter tamē domus a
deo euellir̄: ꝛ ita igne tribulationis arescit ꝛ cōsu
mir̄ q̄ nulla virga fortis. i. nulla ꝑsona nobilis: nul
lum sceptrum dominantium. i. nullus qui ha-
beat dominium inuenitur in eis: q̄ breuiter illud
est verū q̄ vinea. i. dom⁹ vel ciuitas vel iurisdictio
seu quecūq̄ respublica q̄ a sanguine crudelita- c
tis, ꝛ rapina sumpsit ortū: non solet diu stare, sed
finaliter arescere ꝛ perire: sicut patet de imperijs
gothorū, vuandalorū, ꝑsarū, grecorū, ꝛ romanorū

rum: ⁊ sicut potissime p3 de domibus italie tyrā
Es.9.a nom: qr sicut dr. Vestimētū mixtū sanguine erit
Aliter. in cōbustionē ⁊c. ¶ Vel dic φ vinea plātata i san
guine est persona ecclesiastica, vel vna cognatio
vel cōgregatio: q̄ affectu sanguinis ⁊ cōsangui-
nitatis pmouet: que q̄uis aliquādiu psperent:
ita φ exinde virge solide .i. psone notabiles p-
ducantur. finaliter tñ deficiunt, arescūt ⁊ siccan-
Michee tur: ita φ nulla virga fortis .i. nullus notabilis
3.d in eis reperitur. Ideo bene dicitur. Ve qui edifi-
catis sion in sanguinibus.

¶ Capitu. xxi. Textus.

Et factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis, pone faciem tuam.

Moralitatum Cap. x.

Dominus minatur ciuitati hierlm, φ ipse
educet gladiū suū de vagi-
na sua ad omnē carnē. Gla
diū dico suū limatū ⁊ exa-
cutum, ⁊ irreuocabilē. Gla
dius inqt me⁹ vt splendeat
limatus est: vt cedat victi-
mas exacutus est: precepit
dñs φ duplicet gladius, aut triplicet. Hic est in-
quit gladius occisionis magne. Sequitur. Mu-
cro euaginare ad occidendum. Et dicit φ pre ti-
D more istius gladij tabescet omne cor: dissoluent
vniuerse manus: infirmabitur omnis spūs: ⁊ per
Moralitas cuncta genua fluent aque. ¶ Talis gladi⁹ videt
esse mors. Iste est gladius qui est acutus ad pe-
netrandū: ⁊ est limat⁹ ⁊ splendidus ad terrēdū:
⁊ etiā gladi⁹ qui q̄nq̄ est duplex, inquātū occi-
dit corpus ⁊ aiam: q̄nq̄ triplex inquantū occidit
animā, corpus ⁊ famā. Iste etiā irreuocabilis di
cit: qr postq̄ de vagina dispositionis sue ipsum
dñs immiserit: irreuocabiliter illum quem vult
percutere, vulnerat. Et ideo iste ad omnē carnē
mittit: qr omnis caro cū gladio isto trucidat: et
ꝓpter hoc iste gladius dr magne occisiōis: qr iste
Deut.32.h est cā gnalis ois hois interfectiōis. Vñ in Deut.
Inebriabo sagittas meas sanguine: ⁊ gladi⁹ me⁹
deuorabit carnes. Qui igit istū gladiū bene vi-
det ⁊ cōsiderat: necesse est φ cor eius pre timore
tabescat: ⁊ φ ois spūs supbie refrenet: ⁊ φ aque
lachrymose cōpunctionis per genua humilita-
Aliter. tis fluere censeant. ¶ Vel dic φ tales gladij sunt
tyranni: q̄ sunt exacuti ad pungitiue rapiendū: ⁊
ad occidendum per crudelitatem: splendidi, ad
pompatice incedendum per prosperitatē. Sunt
irreuocabiles per obstinationis ⁊ malii sui ꝓpo-
siti firmitatē: qr scz isti per seuitiā sunt acuti: per
E inanem gloriam sunt splendidi: pre precipita-
tionem ⁊ fatuitatem irreuocabiles possunt dici.
Nullo eñ timore dei, vel nullo amore pximi, vel
nullo consilio alicuius boni viri a sua malicia re
uocari pñt. Istos igit diabolus de vagina sue ini
quitatis euaginat, ⁊ cū eis iustos dilacerat ⁊ de-
trūcat: ⁊ diuersis tribulationib⁹ eos turbat: qua-
propter omne cor ⁊ ois spūs merito metuit et
Aliter. formidat. ¶ Vel dic φ gladius est lingua detra-
Ps.56.a ctionis. Ps. Lingua eoꝝ est gladius acut⁹. Que
limat ornate loquēdo: splēdet adulatoria inferē
do: sed tandē pungit aspere inscindēdo ⁊ detra-
hēdo: ⁊ est irreuocabilis: vix aut nūq̄ famā quā
abstulit restituēdo: ⁊ ideo iste gladius dr dupli
catus: inquātū detractor plures simul interficit
obloquēdo: qr ipse ledit se ⁊ illum quē diffamat
⁊ eū quē auscultat. Vñ Hugo lib. ij. de aia, volēs
ostēdere φ dr lingua a ledendo, a lingēdo / vel li-
gando / ⁊ a lābēdo: dicit sic, φ lingua dr: qr lingit
adulando: mordet detrahēdo: occidit incidēdo,
ligat ⁊ ligari non potest: labit ⁊ teneri nequit: la
bit vt anguilla: penetrat vt sagitta: tollit amicos:
multiplicat inimicos: mouet rixas: seminat discor
das: ⁊ multos interficit vno ictu: blanda est: sub-
dola ⁊ lata, et parata ad miscenda mala, ⁊ extra-
henda. Unde in Prouerb. Qui custodit os suum, Prou.21.d
custodit animam suam. Et ibidem. Qm mors et Prou.18.d.
vita in manu lingue. Bernardus etiam in quodā ff
sermone dicit. Quod verbum leuiter profertur,
sed non leuiter reuocatur.

¶ Capit. xxiij. Textus.

Et factus est sermo dñi ad me, dicens. Fili hoīs, due mulieres.

Moralitatum Capitulum xi.

Oola et ooliba
fuerunt due mulieres filie
matris vnius: sicut figurat
hic ꝓpheta: de ciuitatibus
hierusalē ⁊ samarie: ⁊ fue-
rūt impudicissime meretri-
ces: ita φ prima Oola pmo
insaniuit in Assyrios amato
res suos, vestitos hyacin-
tho: principes ⁊ ascensores equorū ⁊ iuuenes cu-
pidinis: sed finaliter isti amatores sui occiderūt
eā: ⁊ discooperuerunt ignominiā eius. Q̄ cū vi-
disset soror eius ooliba: magis ad hec insaniuit
libidine: qr videns imagines chaldeoꝝ depictas
in parietib⁹, expressas coloribus, accinctas bal
theis renes: ⁊ tiaras in capitibus ad similitudi-
nem filioꝝ babylonis insaniuit libidine: et misit
ꝑ eis in patriam suā vt dormirēt cū eadē: qua-
ꝓpter factū est φ ipsi sui amatores, ipsam nudā
spoliauerūt, ⁊ vestimenta eius tulerunt: nasum
eius ⁊ aures preciderunt: ⁊ que reliqua fuerāt
gladio conciderunt. ¶ Istud pōt allegari cōtra Moralitas
malas mulieres, qr dato φ aliqua videat φ so-
ror ipsi⁹ vel vicina fuerit ex hoc diffamata, de- G
pauperata ⁊ spūaliter iterfecta: ipsa tñ fieri libi
dinosa ꝓpter hoc non omittit: imo comptos et
etiam pictos iuuenes diligit: quapropter nuda
⁊ pauper remanet: ⁊ vitā fame ⁊ glorie inde pdit. Aliter.
¶ Vel dic φ tales male mulieres sunt anime pec
catrices: que ab ista matre videnf concepte: ⁊ ab
isto pre pmogenite vel create. Iste eñ cū assyrijs
i. cū aduersarijs suis .i. mundo, carne vel diabo-
lo fornicari vident: inquantū in coꝝ suggestio-
nibus pompis ⁊ prosperitatib⁹ delectant: ita φ
cū ipsis per diuersa vitia fornicant. Ita eñ ama
tores sui, mundus, caro, ⁊ demonia: q̄ ipsum nūc
amare se simulāt, istas vestib⁹ virtutū spoliant:
naso deuotiōis ⁊ aurib⁹ .i. auditu vbi dei eas pri
uant: ⁊ sic dānatiōis gladio eas finaliter trūcāt.
Et dato φ ista prima pereat in oculis alioꝝ: alie
tñ priores se ꝓpter hoc non castigāt, imo ad idē
vna exēplo alteri⁹ magis pābulat ⁊ declinat ad Aliter.
suppliciū. ¶ Vel dic φ tales sunt male religiose
psone: q̄ dato φ gloriā mundanoꝝ appetētes, cū
ipsis q̄nq̄ per apostasiā fornicant: ita φ ide etiā
ad periculū ⁊ carcerē deducunt: alij tñ nequāq̄
ꝓpter hoc castigant, imo ad eundē casum cur-
rere quotidie comprobantur.

¶ Capi. xxvij. Textus. D

Et factum est verbum domini ad me, dicens. Tu ergo fili hominis assume.

Moralitatum Cap. xij.

Mirabilem figu-
ram vnius nauis videtur hic
describere ꝓpheta: cõparãs ci-
uitatem tyri naui: pro eo qđ in
mari sedebat: ⁊ multa nauigia
possidebat. Isti igitur naui seu
ciuitati sic loquitur. O tyre tu
dicis: perfecti decoris ego sum: et in corde maris
sita: finitimi tui qui edificauerunt te, impleuerũt
decorem tuum: abietibus de sanir extruxerunt
te: cedrum de libano tulerunt, vt facerẽt tibi ma
lũ: quercus de basan dolauerũt ad remos tuos:
transtra tua fecerunt tibi de ebore indico: p̄reto-
riola tua de insulis italie, byssus varia de egy-
pto texta est tibi in velum: vt poneretur in malo
hyacinthus et purpura de insulis: eliza facta
Moralitas sunt operimentum tuum. ¶ Per istam ciuitatem
que naui comparatur, intelligitur ecclesia mili-
tans: que dicitur tyrus: que interpretatur angu
stia: propterea quod semper ista in tribulationi-
bus ⁊ angustijs viuit: et more nauis in fluctibꝰ
Prouẽ. 31. b amaricationũ semper sistit. Unde in prouerbijs.
Facta est quasi nauis institoris. Abietes que sunt
E arbores leuissime, sunt pauperes qui fuerũt pri-
mitiue ecclesie fundatores: qui de sanir (quod
interpretatur deus luminis) esse dicuntur: pro eo
ꝙ ipsi fundatores ecclesie a patre luminum con-
stituti noscuntur: qui etiam fuisse luminosi ⁊ sciẽ
Jac. 1. c tifici esse cõprobantur. Unde dicitur. De sursum
est descendens a patre luminum. Cedrus arbor
altissima significat prelatum: qui in dignitate et
statu ceteris esse altior: ⁊ in cõtẽplationis celsitu
dine debet alijs esse maior: qui etiã de libano (q̄
interpretatur candor) esse dicit̃: ꝓ eo ꝙ prelatus
candidatus per castitatem esse tenetur. Unde in
Cant. 5. c Canti. Dilectus meus candidus et rubicundus.
Iste igitur malus in naui ecclesie erecta, quãdo
ad prelationis dignitatem assumitur: q̄ꝛ ꝓ cer-
to de cedris. i. de altis cõtemplatiuis ⁊ perfectis
ꝑsonis debet malus nauis. i. prelatꝰ ecclesie fie-
Ps. 91. c ri: et ad prelature officiũ eleuari. Ps. Justus vt
palma florebit. Quercus arbor durissima ⁊ for-
tissima significat martyres: q̄ fortes ⁊ solidi exti
terunt: qui scilicet de basan (quod interpretatur
zacha. 11. a siccitas) fuerunt dicti: pro eo quod fuerunt pe-
nis ⁊ abstinentijs desiccati. zacha. Ululate quer-
cus basan. Igitur isti remi ecclesie facti sunt: in-
quantũ ipsam ad portam paradisi ducunt. Uerũ
tamen isti per martyria fuerunt dolati: et a cun-
ctis superfluitatibus gladijs detruncati. Trans
F tra istius nauis significant confessores: qui de
ebore indico dicuntur esse: pro eo ꝙ isti castitatis
candore pre cunctis visi sunt floruisse. Pretorio-
la vero. i. apothece doctores significãt: qui aro-
mata scientiarũ in se reponũt: et de insulis italie
(que interpretatur mens excedens) dicunt̃ esse:
pro eo ꝙ per profunditatem scientie humanam
indaginem excedunt. Byssus igitur que est linũ
candidissimum, puritatem designat conscientie.
Hyacinthus cuius color est celestis, significat cõ
uersationem spũalis et celestis apparentie: pur-
pura vero designat ruborem ⁊ ardorẽ charita-
tis et amicitie: q̄ꝛ scilicet velum. i. conscientie se-
cretum de bysso. i. purissimum ⁊ mundissimũ esse
debet: operimentũ vero exterioris cõuersatiõis
debet esse per charitatem purpureũ: ⁊ per celestẽ
Hier. 10. b vitam ⁊ apparentiã hyacinthinum. Hier. Hyacin
thus et purpura indumentum eorum. Dico igit̃
ꝙ nauis vel ciuitas ecclesie facta est de abietibꝰ
de sanir. i. de pauperibus luminosis: et a patre lu
minum per gratiam illuminatis. Mali etiam, id
est prelati ipsius, facti sunt de cedris libani. i.
personis in deum eleuatis ⁊ velo byssino. i. puri-
tate conscientie decoratis. Quercus etiam de ba-
san. i. persone fortes et constantes sicce ⁊ abstinẽ
tes, scilicet martyres: transtra eborea. i. casti con
fessores mente alios excedentes, decorem ipsius
compleuerunt: hyacinthusq̄ celestis apparẽtie:
purpura vero patientie sibi operimentũ charita
tis dederunt. Sic igitur potuit antiquitus dice-
re nauis ista. Perfecti decoris ego sum: et in cor- G
de maris sita. i. in plenitudine omnium bonorũ
spiritualium collocata. Isti igitur tunc tempo-
ris poterat dici illud Hiere. Similam, mel et Hiere. 16. b
oleum comedisti: et decora facta es. ¶ Postq̄ Eodẽ. c. c
Ezechiel descripsit ciuitatẽ in similitudinem na-
uis: incepit dicere de diuitijs et gloria istius ci
uitatis. Et ponit quomodo ad nundinas eius
diuerse gentes de diuersis mundi partibus du-
cunt diuersa mirabilia et mercimonia: que reple
ta est ⁊ glorificata nimis in corde maris: sed istiꝰ
finis fuit interitus. Unde sibi dicitur. In aquis
multis adduxerunt te remiges tui: ventꝰ austri
contriuit te in corde maris: diuitie tue, thesauri
tui, instrumentum tuum, naute tui: et guberna-
tores qui tenebant supellectilem tuam: et popu-
li tui preerant viri bellatores tui cum vniuersa
multitudine tua cadent in corde maris: in me-
dio maris opes tue sibilauerunt super te nego-
ciatores populorum. Ad nihilum deducta es: et
non eris in perpetuum. ¶ Illud potest applicari Morali
cõtra mundanã religionem vel ecclesiã: que. s. in tas.
principio fuit nauis salutifera: modo quo supra
dictum est fabricata. Ista enim antiquitus habe
bat nundinas spũales: in quibus spũalia pro ter
renis dabat: et sic sanctos negociatores bonis ce
lestibus ditabat. Et ideo antiquitus populi secu
lares ad istam per deuotionem confluxerũt: mer
cimonia sua scʒ redditus et possessiones attule-
runt: ⁊ eam summis opibus ditauerunt: nũc etiã
ad alias nouas nundinas, scʒ vbi dãtur spiritua
lia pro terrenis: beneficia pro pecunijs: alta offi-
cia pro carnalibus amicitijs: iam quasi totus
mundus incepit confluere: mercimonia munerũ,
precum et adulationum offerre: ita ꝙ iam cõstat
ecclesiam diuitijs opulentijs plenam eẽ: pompis
⁊ superbijs lasciuire. Sed pro certo timendũ est:
ne ventus austri. i. prosperitas sua ipsam conte-
rat: et in mare tribulationum ⁊ amaricationum
subuertat. Jam enĩ videmus ꝙ diuitie, thesauri
⁊ multiplex instrumentũ incipiũt ab ecclesia de-
ficere: naute ⁊ gubernatores q̄ presunt suo po-
pulo. i. p̄lati bellatores. s. predicatores ⁊ viri iu-
sti iam incipiũt cadere. Sicut ceciderũt a virtu-
te morali: ita etiam videmus eos a prosperitate
tp̄ali: ita continue declinare: q̄ꝛ iusto dei iudicio
fit ꝙ qui ꝓpter tp̄alia deum valuerunt deserere:
etiã ipsam gloriam tp̄alem compellantur amit-
tere: quapropter iam cernimꝰ ꝙ opes tẽporales
iam cessant: ꝙq̄ ista nauis ecclesie ad nihilũ de-
ducit̃: negociatoresq̄. i. seculares iam eam contẽ
nẽdo super ipsam sibilant et insultãt. Unde Esa. Esa. 2. b
Repleta est terra eius idolis. Et sequitur. Quod Ibidem. c
dies domini exercituum super omnem superbũ
⁊ excelsum ⁊ arrogantem, ⁊ humiliabitur ⁊c. Q̄ꝛ
breuiter, postq̄ terra. i. ecclesia incepit repleri au
ro, argento ⁊ diuitijs: statim repleta est equis. i.
viris luxuriosis: et superbis, ⁊ idolis, idest viris E
ignorantibus et pigris: quapropter iam incipit
dominus super superbos ⁊ arrogantes clericos
visitare: ⁊ ipsorum superbiam humiliare. Unde Esa. 3. d
illud Esa. Humilitate, humiliabitur ciuitas. Aliter.
¶ Uel si vis dic contra mundi magnos status, et
contra magna mundi imperia: quale fuit impe-
rium Grecorum, Persarum, Chaldeorum, Peno-
rum, Romanorum: et contra superbas seculi ci-
uitates: qualis babylon, niniue, carthago, troia,
⁊ similes.

et ſimiles: vel cõtra ipſos mundi ſuperbos domi⸗
nos ⁊ tyrannos: qualis fuit nabuchodonoſor, ty
rus, alexander, iulius ceſar, ⁊ alij, qui mundũ ꝑ
violentiã oppreſſerũt, ⁊ qui ſumma proſperitate
floruerũt: nautas: naues ⁊ bellatores ad ſubiu⸗
gãdos populos habuerãt: ita ꝙ a cunctis mun
di partib⁹ populi mercimonia. i. tributa ⁊ mune
ra detulerant: quos tamẽ cum regnis ⁊ imperijs
ſuis ꝑ violentiã acq̃ſitis ventus auſter, id eſt ſta⸗
tus fortune ſubuertit in mare, id eſt in pauperta
tẽ ſubmerſit: ⁊ ad nihilũ cõpulit ⁊ redegit. Pſal.
Pſal. 36. g Uidi impium ſuperexaltatũ ſicut cedros libani.

¶ Capi. xxviij. Textus.

**Et factus eſt ſermo domini ad me di⸗
cens. Fili. Moraliſtatum Ca. xiij.**

f In perſona et
figura primi angeli ꝓphe⸗
ta pulchre reprehendit ꝑn
cipẽ tyri: q̃ de ſua ſapientia
ſupbiebat, dicens ſic. Ele⸗
uatũ eſt cor tuum, ⁊ dixiſti:
deus ego ſum, ⁊ nõ hõ: ⁊ in
cathedra dei ſedi in corde
maris cũ ſis hõ: ⁊ nõ de⁹: ⁊
poſuiſti cor tuũ quaſi cor dei. Ecce ſapientiores
tu daniele ⁊ oẽ ſecretũ nõ eſt abſconditũ a te: in
ſapiẽtia tua ⁊ potẽtia tua feciſti tibi fortitudinẽ:
⁊ acq̃ſiuiſti aurum ⁊ argentũ in theſauris tuis:
in negociatione tua multiplicaſti tibi fortitudi⸗
nem: propterea eleuatum eſt cor tuum quaſi dei.
Ecce ego adduco ſuper te alienos robuſtiſſi⸗
mos gentium: ⁊ nudabunt gladios ſuper pul⸗
chritudinem ſapientie tue: ⁊ polluent decorem
tuum: ⁊ interficient te in medio incircunciſorum:
Moralitas. morieris in corde maris. ⁊c. ¶ Iſta poſſunt appli
cari contra mundi ſapientes et aduocatos: qui
pre ceteris habent cor altum ⁊ eleuatum. Uiden⸗
tur enim dicere ſe deos eſſe et non homines, in⸗
quantum aliquid vltra alios homines ſapiunt: ⁊
in quantum omne ſecretum diuerſarum queſtio⸗
num diſſoluere pretendunt: etiam ꝙ danieli. i.
cuicunq; ſancto viro vel theologo in ſapientia ſe
preponunt: ⁊ in cathedra dei ſediſſe. i. in ſtudijs
docuiſſe, vel in iudicijs vel in officijs pro tribu⸗
nali iura reddidiſſe ſe dicũt. Igitur iſti cor ſuum
quaſi cor dei videntur ponere: inquantum ſe
1. Cor. 8. a alijs noſcuntur preferre: ⁊ de ſcientia ſuperbire.
Apoſtolus. Scientia inflat: charitas vero edi⸗
g ficat. Quid igitur? Pro certo iſti in ſua ſapientia.
i. conſilijs iudicijs, aduocationibus: ⁊ lectionib⁹
acquirunt fortitudinem temporalem: multipli⸗
cant theſauros ⁊ diuitias infinitas: et in nego⸗
ciatione vſurarum ⁊ mercimoniarum, quas alij
aliquando exercent: dilatant, multiplicant bona
ſua: ⁊ acquirunt fortitudinẽ potentie ſecularis,
Ita ꝙ ſicut videmus, pauci ſunt qui talium re⸗
Hiere. 4. f ſiſtunt hodie poteſtati. Sapientes enim ſunt vt
faciant mala: bene autem facere neſcierunt.
Sed deus tradet tales finaliter in manu robu⸗
ſtiſſimarũ gentium, ſcz demonũ: qui gladijs infir
mitatũ ⁊ tribulationũ qui ipſos acuunt, pulchri
tudinem ſue ſapientie polluunt: decoremq; ſue
temporalis glorie deſtruunt: ⁊ per mortem tem⸗
poralem eos quandoq; ſubito interficiunt: et in
Eſa. 47. c. corde maris. i. inferno per eternam damnationẽ
occidunt. Iſtis igitur dicitur illud Eſa. Sapiẽ
tia tua ⁊ ſciẽtia tua hec decepit te: ⁊ dixiſti. Ego
ſum: ⁊ preter me non eſt altera: ⁊ veniet ſupra te
Eodem. c. c malum: ⁊ non ſcies ortum eius: ⁊ irruet ſuper te
calamitas quam non poteris expiare. ¶ Prophe
ta loquitur ibidem de primo angelo, dicens, Tu

ſignaculum plenitudinis, plenus ſapientia ac ꝑ
fectus decore: i delicijs paradiſi dei fuiſti: omnis
lapis precioſus operimentum tuum ſardius, to⸗ h
paſius, iaſpis, cryſolitus, onyx ⁊ berillus, ſaphi
rus, carbunculus ⁊ ſmaragdus: aurum opus de
coris tui. Tu cherub extentus ⁊ protegens, po⸗
ſui te in monte ſancto dei: in medio lapidum igni
torum ambulaſti: ⁊ es perfectus in vijs tuis a
die conditionis tue. ¶ Iſta poſſunt exponi de Moralitas
quolibet viro iuſto, ⁊ maxime eccleſiaſtico vel
prelato: quia talis debet eſſe ſignaculum ſimili
tudinis per dei ⁊ ſanctorum imitationẽ. Plenus
ſapientia per ſpiritualem diſcretionem. Perfe⸗
ctus decore per honeſtam conuerſationem. In
delicijs paradiſi eſſe per affectionem ⁊ per con⸗
templationem. Omnium lapidum precioſorum
operimentum habere per omnium virtutum ade
ptionem: quia in operimento perfectionis ſue de
bet relucere ſardius: qui timorem pellit, et facit
audacem, id eſt ſpei virtus et ſoliditas. Topa⸗
ſius qui lunam ſequitur, id eſt obedientie ⁊ imita
tionis bonorum conformitas. Iaſpis qui ocu⸗
los clarificat. i. fidei ſplendor ⁊ luciditas. Cryſo
litus qui demones terret, id eſt humilitas.
Onyx qui oculos facit tremulos, id eſt dei timor,
et ſua conſiderata ſeueritas. Berylus, qui liti
bus preeſt, id eſt patientia ⁊ benignitas. Sapphi
rus qui diſcordes reconciliat, id eſt perfectus
amor et charitas. Carbunculus qui ſumme emi
cat, id eſt diſcretio, ſapientia ⁊ ſagacitas. Sma⸗
ragdus qui viſum recreat, id eſt bona conuerſa⸗
tio ⁊ honeſtas. Aurum etiam quod ſumme pon⸗
derat, debet eſſe opus decoris ſui, id eſt morum
grauitas ⁊ maturitas. Iſta enim omnia debent a
eſſe operimentum boni prelati veſtis ⁊ tegimẽ cu
iuſlibet eccleſiaſtici, vel etiam viri iuſti: vt ſic di⸗
catur illud Eccleſiaſtici. Quaſi vas auri ſolidum Eccli. 50. b
ornatur omni lapide precioſo. Iſte inſuper debet
eſſe cherub. id eſt vir angelicus: qui interpreta⸗
tur plen⁹ ſcientia, propter ſcripture fidei ⁊ ſcien
tie eruditionem. Debet eſſe extentus ad alios
per liberalitatem ⁊ compoſitionem. Debet eſſe
protegens per pauperum adiutorium ⁊ defenſio
nem. In monte etiam ſancto dei vbi impoſitus
eſt, id eſt in alto officio, dignitate ⁊ beneficio De⸗
bet eſſe in medio lapidum ignitorum, id eſt in me
dio bonorum conſiliatorum charitate ardentiũ
per bone ſocietatis frequẽtationem: ⁊ ſic a die
conditionis ſue id eſt a die iuuentutis vel promo
tionis debet eſſe perfectus in vijs ſuis per ſancti
tatis profeſſionem: quia pro certo qui premiſſa
omnia habuerit, perfectus non immerito dici po
terit. Item ꝙ de illo dici poterit illud Eccleſiaſti Eccli. 31. b
ci. Probatus in illo ⁊ perfectus inuentus: ⁊ erit
illi gloria eterna. ¶ Conſequenter loquitur ibi⸗ Eodẽ. c. d
dem propheta: ꝙ cherub qui fuerat in monte ſan
cto dei ⁊ delicijs paradiſi perfectus ſcientia et i
decore: ꝙ propter negociationes etiam quibus
ſe immiſcuerat, perdidit omnia ſua. Dicit igitur
ſibi ſic. In multitudine negociationis tue reple⸗
ta ſunt interiora tua iniquitate et peccaſti: eieci
⁊ de monte ſancto meo, et perdidi te o cherub:
et prodiens de medio lapidum ignitorum, ele⸗ k
uatum eſt cor tuum in decore tuo: perdidiſti
ſapientiam tuam in multitudine iniquitatum
tuarum: perdidiſti ſanctificationem tuam. Pro⸗
ducam igitur ignem de medio tui: et dabo te in
cinerem ſuper terram, in conſpectu omnium vi⸗
dentium te: nihil factus es, ⁊ non eris imperpe⸗
tuum. ¶ Iſta poſſunt applicari contra religio⸗ Moralitas
ſos et eccleſiaſticos negociatores, vel negocia⸗
torum ſeculi tractatores, vel curiarum princi⸗
pum ſectatores: quia proculdubio multi ſunt
hodie in mõte ſancto dei, id eſt in eccleſia: ⁊ deli⸗

ciis paradisi.i.in religione:qui lz sint pleni sapiē
tia,et perfecti decore.i.honeste conuersationis
decentia:in mundi tñ negociis se immergūt: ⁊ in
rebus secularibus se delectant:quapropter sepe
fit ꝙ interiora mētis sue iniquitate replent. Isti
igitur sunt qui in decore suo idest in gratiis sibi
a deo collatis cor suū eleuāt et superbiūt:sed sic
relaxāte domino manū suaz, sanctificationē grē
sue vbicumqꝫ discretionem ⁊ sapientiā ꝑdūt. Ta
les igitur de monte sancto.i.de statu sanctitatis
eiiciuntur:per diuersa peccata perdūtur: ⁊ igne
diuersarum cōcupiscentiarum vrunt: ⁊ finaliter
nihil reputantur. Ps. Ad nihilum deueniēt tāqꝫ
ps.57.b aqua decurrens. Quod potissime de clericis mer
catoribus, vsurariis ⁊ simoniacis potest dici, q̄
scilicet malis ⁊ inhonestis cōtractibus ⁊ vsura-
riis ⁊ simoniacis pactionib⁹ in religione ⁊ eccle-
C sia indecenter vtūtur: non aduertētes ꝙ vendē-
Joh.2.b tes et emētes dñs de templo eiecit. Unde in euā-
gelio. Auferte ista hinc: ⁊ nolite facere domū pa-
tris mei domū negociationis. Utinam ergo ta-
les negociatores de mōte sancto dei fuissent ere-
cti, ⁊ a statu ecclesiastico destituti.

Caplm vicesimumnonū Text⁹. In āno decimo ⁊ duodecimo mē se vna die mēsis. Morali. Capi. xiiii.

Loquitur domi
nus pharaoni regi egypti sub
figura vnius draconis in flu-
minib⁹ quiescentis, dicens sic.
Ecce ego ad te o pharao rex
egypti draco magne: q̄ cubas
in medio fluuiorꝫ et dicis. Me⁹
est fluui⁹: et ego feci memetipsum: ⁊ ponā frenuz
in maxillis tuis: adherere faciam pisces fluuio-
rum squamis tuis: ⁊ extrahā te de fluminib⁹ tuis:
et proiiciam te in desertum: et omnes pisces flu-
Moralitas. minis tui super faciem terre cadent: bestiis ter-
re et volatilib⁹ celi dedi te ad deuorandū. ¶ Ta
les dracones videntur esse multi ecclesiastici ma
li vel mundi diuites et auari: vel mali principes
et prelati: qui dracones dicuntur: eo ꝙ per auari
ciam rapinam, vel seuitiam inflammant. Hi sunt
igitur qui cubant in fluminibus deliciarum. Hi
sunt quibus adherent multi pisces, idest multi-
tudo malarum familiarum, nepotum, cōsangui
neorum et compatriotarū. Hi sunt qui bonuz qꝺ
D habent, non attribuūt deo: immo seipsos se fecis
se, et sua industria statum suū acquisiuisse dicūt,
a in laudem virtutum propriarum, quia pro cer-
to tales solet dominus freno mortis infrenare:
et eos in desertum, idest in infernum proiicere: ⁊
pisces suos sibi adherentes, id est malam suam
sequelam et parentelam cum ipso perdere: et a
statu prosperitatis eiicere: et bestiis idest tyran
nis, qui bona ipsius mortui diripiunt: et volati-
libus id est demonib⁹: qui animā rapiunt, finali-
ter ipsos dānare. Cōstat enim ꝙ tales maligni,
iusto dei iudicio de fluminibus deliciarum et a
statu prosperitatis cadunt: pisces sibi adheren-
tes idest ipsorum consanguinei et familiares: q̄
scilicet propter eos in honore fuerāt: pariter cor
ruunt et pereunt. Percusso em̄ pastore dispergū-
Zach.13.e tur oues gregis. Dracones etiā idest sitibundi
diuites: postqꝫ diu fuerūt in fluminibus deliciarū:
iustum est ꝙ extrahantur ad desertum miseriarꝫ
et maxime illi qui dicunt, ꝙ ipsi fecerunt semet-
ipsos.i.illi q̄ bona sua nō deo, sz ꝓprie industrie
attribuūt, ipsum deū quāplurimū offendūt: qua
propter de fluminibus deuotiōis qꝫtum ad ani-
mā: vel de fluminibus deliciarū, qꝫtuz ad corpus
merent extrahi: et in desertū peccati vel miserie
relegari. Uere em̄ illi q̄ bona sua spūalia sibi at- E
tribuūt: merito labi i diuersa vitia permittūtur. Gre.
Illi vero qui bona sua temporalia ad dei gratiā Moral.
nō referūt, ad desertum paupertatis merito de-
uoluūtur. Unde Gre. dicit. Qꝺ creditoris dispē
satione agit, ꝙ de se cōfidēs anima tentatiōis ia
culo feriatur: vt infirma q̄d sit, inueniat: ⁊ fastū
supbie pretermittat. ¶ Hic etiā fit mētio de bacu-
lo arūdineo egypti de quo etiā habetur in libro
Regū. ⁊ Esa. Egypt⁹ em̄ baculo arūdineo cōpat:
q̄ nullā soliditatē habens cū se ei inniti homo vo 4.reg.18.c.
luerit: protin⁹ frangit ⁊ cassat. Apparet em̄ esse Esa.36.b.
fortis ⁊ solidus. Uerūtamen si desup innix⁹ fue-
ris, on⁹ impositū nō sustinet: cū sit int⁹ vacuus et
inanis. Tales sunt falsi amici qui exteri⁹ viden-
tur splēdidi: ⁊ p promissaz fidelitatē solidi: quos
tñ si quis ꝓbauerit. vel in aliquo necessitatis ar
ticulo eis inniti, ⁊ in eis cōfidere voluerit: vel on⁹
alicui⁹ laboris sustinēdi ipsis imposuerit: statim
ipm p impatientiā ⁊ infidelitatez fractū videbit.
Ita ꝙ illud qꝺ promittere videbat scz fidelitatē:
non faciet nec tenebit. Soliditatem enim et stabi
litatem habet solummodo exteri⁹ in apparētia:
vacuus autem est et insolidus interi⁹ in consciē-
tia: quia scilicet iste fidelitatem habet in ore, nūqꝫ
in opere vel in corde Esa. Ecce cōfidis super ba
culum istum arundineuz confractum egyptum: Esa.36.b.
cui si innixus fuerit homo, confringetur. ⁊ perfo
rabit manū eius. Sic et pharao omnib⁹ cōfidē-
tibus in eum. ¶ Uel dic ꝙ iste baculus significat Aliter
prosperitatem mundanam, mundum, corpus, vel F
vitam temporalem vel diabolum. Ista enim oia
licet videantur solida: sunt tamen fragilia atqꝫ
fluida: quia vbi quis diutius sperat viuere, vel
in prosperitate gaudere, ibi baculus iste sibi per
mortem vel infortunium citius frangitur: et cuz
magis percipit variari.

¶ Caplm tricesimumpri mū Text⁹. Et factuz est in anno vnde cimo tertio mense, vna mensis. Moralitatum Capitulum xv.

Assur regem su-
perbissimum Ezechiel compa-
rat cedro, dicens sic. Ecce as-
sur inquit, quasi cedr⁹ in liba-
no, pulcher ramis, frōdibus ne
morosus, excelsusqꝫ altitudine
et inter cōdensas frondes ele-
uatum est cacumen eius: aque nutrierunt illum: ⁊
abyssus exaltauit eum: flumina eius manabant
in circuitu radicū eius: riuos suos emisit ad vni
uersa lingua nemoris: ꝓpterea eleuata est altitu
do ei : multiplicata sunt arbusta eius, et eleuati
sunt rami ei⁹ pre aquis multis. In ramis ei⁹ fece
runt nidos volatilia celi: sub frondib⁹ eius habi- G
tabant omnes bestie saltuum: ⁊ sub vmbra habi-
tabant cetus gentium plurimarum: cedri nō fue
runt altiores illo in paradiso dei: abietes vero
non fuerunt equate frondibus ei⁹. Omne lignū
paradisi non erat assimilatum ei et pulchritudi
ni eius: quapropter emulata sunt eum omnia li-
gna voluptatis que sunt in paradiso. Sed qd?
Pro certo dominus dicit. Pro eo ꝙ eleuatum est
cor ei⁹ in altitudine sua: tradit⁹ est in manib⁹ for
tissimi gentium: et succident eum crudelissimi na-
tionum. Confringentur arbusta eius: et fugient
de sub vmbra eius populi terre. Et sic dicitur, ꝙ
deductus est cum lignis voluptatis ad terram
vltimam, cum descendentibus ad infernum, et

Izechiel

ad interfectos gladio:⁊ cõsolata sunt super eum
Moralitas. omnis ligna. ¶ Per talem cedrum intelligo mũ-
di diuites et superbos/in dignitatibus ⁊ officiis
constitutos:vt sunt ad literã aliqui mali secula-
res vel clerici in prelatorũ vel principũ officiis
Psal.36.b eleuati. Psal. Uidi impium supereleuatũ ⁊ exal-
tatum sicut cedros libani ⁊c. Quia isti hodie in
libano huius mũdi per prosperitatem sunt pul-
chri frondibus,id est diuersis possessionibꝰ sunt
nemorosi:dignitatibus et officiis sunt eleuati et
excelsi:et etiã inter frondes et inter altos et ma-
gnates et diuites pre aliis sunt exaltati:ita ꝙ in
paradiso et in ecclesia vel patria pauca sunt li-
gna que eis in gloria assimilẽtur:ita ꝙ ipsi abie-
tes ⁊ platani:id est ipsi diuites/antiqui/nobiles,
excelsi:milites/principes vel prelati ipsorũ mũ-
h dane prosperitati et glorie nullatenus adequã-
tur. Sicut ad literam videmus de multis aduo-
catis et officialibus regiis,et similibus, qui in
mundana gloria magnos nobiles antecedũt:qꝛ
Esa.60.c hodie quasi totus honor et prosperitas seculi
ad istos est deuoluta. Esa. Gloria libani ad te ve-
niet:decor carmeli et saron/et breuiter altitudo
sui status super alios eleuatur:arbusta etiã eo-
rum,id est familiares et cõpatriote:propter eos
ad officia vel beneficia eleuantur:volucres celi,
id est nobiles non dedignantur nidificare:id est
Dañ.4.b moram contrahere apud ipsos. Daniel. Erant
subtus eam habitantes bestie terre,et in ramis
eius cõmorantes aues celi: et ex ea vescebatur
omnis caro. Ratio autem istorum est:quia aque
diuitiarum nutrierũt istos:⁊ abyssus,id est dia-
bolus exaltauit eos:et flumina diuersarũ pen-
sionum et lucrorum irrigauerũt istos:quapro-
pter non mirum si contingit ipsos esse magnifi-
catos et excelsos. Sed quia isti de tanta sua al-
titudine et sublimitate se erigunt in superbiam:
et cor eorũ per inanem gloriam exaltatur: ideo
finaliter in manus crudelium,id est demonũ tra-
duntur/ita ꝙ quandoq; fit ꝙ temporaliter per
infortunia succiduntur:ita ꝙ arbusta eorum,id
est improbi familiares ⁊ filii:qui per eos exalta-
ti et promoti fuerant/temporaliter confringun-
tur:⁊ bestie,id est simplices subditi de vmbra sui
dominii liberantur,ipsisq; obedire amplius non
A dignantur. Isti etiam ad locum inferni vel ter-
ram infimã paupertatis deducũtur:ita ꝙ ligna
terre infima,id est pauperes quos depresserant:
de casu ipsorum non modicum consolantur: di-
Esa.14.c centes illud Esa. Quomodo cecidisti lucifer/qui
mane oriebaris:corruisti in terram qui vulnera-
bas gentes,et tu vulneratus es sicut et nos:no-
Aliter. stri similis factus est. ¶ Uel dic ꝙ ista arbor est
ecclesia:que propter flumina donorum spiritus-
sancti/que eam vegetauerũt:⁊ propter abyssum
eterne ordinationis:et aquas diuine gratie et
deuotionis:que eam nutrierũt:ita est hodie ex-
altata diuitiis ⁊ potẽtiis dilatata:ꝙ cedri/abie-
tes ⁊ platani,id est mundi alti principes/diuites
et domini:sibi nullatenus adequantur:alia etiã
ligna paradisi:id est alie secte que fuerunt,scili-
cet lex nature/et secta etiam legis scripte sibi nul
latenus comparantur:vnde iam factum est ꝙ in
ramis suorum officiorũ:volucres celi,id est mũ-
di nobiles gaudent nidificare:bestie vero et po-
puli,id est inferiores simplices subditi sub vm-
bra fidei sue letantur habitare: quia ista arbor
de tanta sui sublimitate ⁊ prosperitate est in su-
perbiam erecta,et cor eius ꝙplurimum eleua-
tum:iam paulatine in manus crudelissimorum,
id est principum et tyrannorum traditur:arbu-
sta eius,id est persone ecclesiastice franguntur ⁊
suppeditantur. Aues,id est nobiles subesse ec-
clesie maxime in temporalibꝰ dedignant. Ideo
de sub ipsis,id est de iurisditione eius effugere B
probantur:populi etiã,id est fideles ad alienas
sectas quotidie fugiunt:et per schismata vmbrã
ecclesie derelinquunt:ita ꝙ iam gladiis,id est tri-
bulationibus tyrannorum taliter est truncata:
ꝙ iam ad terram vltimam,id est ad miseriam est
deducta. Unde dicitur. Facta est quasi vidua do Tren.1.a
mina gentium:princeps prouinciarum facta est
sub tributo. ¶ Uel dic ꝙ talis cedrus est vir con- Aliter.
templatiuus et altus:qui aquis deuotionis nu-
tritur: fluminibus spiritussancti rigatur: et sic
ad perfectionis altitudinẽ exaltatur:ita ꝙ abie-
tum et platanorum,id est mundanorum sapien-
tum nulla sibi sublimitas adequatur:ligna etiã
paradisi,id est alii fideles sibi nullatenus com-
parantur. In ramis enim suarum affectionum
nidificant aues,id est angeli per delectationem:
sub vmbra suorum exemplorum habitant bestie
et populi,id est homines simplices et ignari per
imitationem. Ueruntamen quando ex tali san-
ctitate cor eorum per presumptionem et inanem
gloriã eleuatur:sepe fit ꝙ relaxante domino ma
num suam:in manibus crudelium,id est demo-
num per peccata cadere permittuntur:et finali-
ter ad infernum ⁊ ad terram vltimam deducun-
tur. Esa. Detracta est vsq; ad inferos superbia Esa.14.c
tua. Bene igitur cõsulitur ab apostolo. Qui stat,
videat ne cadat. Pretermitto figuram de morte
et de destructione illarum nationum que ponũ- 1.Cor.10.c
tur Ezechi. vbi dicitur. Ibi mosoch/ibi tubal/ C
ibi helam:et sic de aliis:quia ipsam alibi recolo Ezech.32.f
me dixisse. De cõditionibus etiam boni pastoris Ezec.34.a
et mali pastoris que ponuntur hic,nihil hic po-
no:quia omnia ista non videntur posita narra-
tiue,sed potius literaliter et ordinatiue.

¶ Cap. xxxvii. Textus.

Facta est super me manus domini: et
eduxit me in spiritu. Moralitatum
Capitulum xvi.

Vidit ezechias

vnum campum plenũ ossi-
bus,que erant multa val-
de:super faciẽ campi sicca
vehementer. Accidit ex vo
luntate dei, ꝙ ezechiele ꝓ-
phetante facta est commo-
tio: et accesserunt ossa ad
ossa/vnũquodq; ad iunctu-
ram suam,⁊ ecce super eos nerui et carnes:⁊ ex-
tensa est super eos cutis: et spiritum non ha-
bebant: et prophetauit ad spiritum dicens de
quatuor ventis. Ueni spiritus et suffla super
interfectos istos et reuiuiscant. Et ingressus est
in ea spiritus, et vixerunt: et steterunt supra
pedes suos exercitus grandis valde nimis.
¶ Ista ossa possunt significare congeriẽ seu con- Moralitas.
gregationem omnium peccatorum: qui sunt in
campo huius mundi / vel in campo ecclesie mi- D
litantis: qui sunt nudi, id est sine conuersatio-
nis decore:et sicci, id est sine compassionis hu-
more:ab inuicem distincti,id est sine dilectionis
amore:spiritu carentes.i.sine gratia ⁊ deuotio-
nis vigore:sine neruis.i.sine cõcordie ligamento
vel fortitudinis fulcimẽto:⁊ sine carnibus.i.sine
pietatis mollicie vel lenimẽto. Unde dicit in ꝑso
na peccatorũ. Aruerũt ossa nostra:abscissi sumꝰ. Ezech.37.c
Sed ꝓpheta ꝓphetante.i.ꝑdicatore ꝑdicante,
vel prelato redarguente:in istis ossibus fit qñq;
cõmotio cõtritionis:⁊ accedunt ossa ad ossa per
affectum spiritualis deuotionis:⁊ applicant vnũ-

quodq; ad iuncturam suam per ligamentū con-
cordis vnionis:et pro eo etiā ꝙ quilibet efficit
cōtentus ꝓprij gradus et promotionis. In istis
igitur statim crescere incipiūt nerui,id est forti-
tudo:carnes,id est pietatis fluida plenitudo:cu-
tis.i.honestatis exterior gratitudo:⁊ a quatuor
vētis.i.a quatuor bonis affectib9 venit in eis spi
ritus.i.diuine gratie sanctitudo. Unde dn̄s di-
cit talib9 penitētibus illud qđ ibidē dicit. Dabo
super vos neruos:et supcrescere faciā in vobis
carnes:⁊ supextendā in vobis cutē:et dabo vo-
bis spiritū/⁊ viuetis. Sic igit fit/ꝙ insufflāte spi
ritusancto super ossa arida.i.sup indeuotos pec
catores,⁊ eos subintrāte:statim incipiūt ꝑ gra-
tiam viuere:a terra,id est ab affectu terrenorum
surgere,et ea contēnere:⁊ erecti per spem ⁊ con-
Ezech.2.a. templationē et rectitudinē mentis stare. Ezech.
Ingressus est in me spiritus,⁊ statuit me sup pe-
Aliter. des meos. ¶Uel dic ꝙ quatuor partes a quibus
venit spiritus in mentē aridam⁊ indeuotā,sunt
quatuor considerationes quibus penitēs debet
vti:scz natiuitatis vtilitas,mortis necessitas,in-
ferni asperitas,⁊ paradisi felicitas:qꝛ peccator
qui ad istas partes bn̄ cōsiderat ⁊ attēdit:spiri-
tumsanctum in se,faciliter rapit ⁊c. sicut supra.
Aliter. ¶Uel dic ꝙ talia ossa arida sunt hypocrite: qui
q̄uis habeāt neruos confederatiue collisionis,
carnes nō ficte cōpassionis/cutē honeste cōuersa
tionis:spiritū tamē vt dicit,non habebāt:inquā
tum carent spiritu gratie et deuotionis. Unde
Sap.1.b. dicitur. Spiritus discipline effugiet fictum ⁊c.

¶ Cap. xxxviij. Textus.

Et factus est sermo dn̄i ad me dicēs. Fi-
li hoīs. Moralitatū Capi. xvij.

Minatur dn̄s cui-
dam principi futuro qui dicit
Gog: q̄ cū magnis exercitib9
ascensurus est:et in nouissimo
annorū ad terrā israel ad spo-
lia populi dei detrahēda,et di-
cit sic. In igne zeli mei locutus
sum dicit dn̄s:qꝛ in die illa erit magna cōmotio
super terrā:⁊ cōmouebuntur a facie mea pisces
K maris,volucres celi/bestie terre,et omne reptile
qđ mouet sup humū, cunctiq; hoīes q̄ sunt sup
faciē terre:⁊ subuertent montes,⁊ cadēt sepes:⁊
oīs murus corruet in terrā,⁊ gladius vniuscu-
iusq; ad proximū suū:ignem et sulphur pluā sup
Moralitas. eum,⁊ super exercitū eius. ¶Illud potest expo-
ni cōtra diabolū:qui cū exercitib9 suis.i.cōgerie
malorū non cessat cōtra populū dn̄i.i.cōtra bea
tos quotidie militare/⁊ eos bonis suis spiritua-
libus spoliare:qꝛ pro certo in nouissimo annoꝝ,
scz in die iudicij/iste cū toto exercitu reproborū
peribit. Tunc em̄ fiet cōmotio,⁊ mirabilis eoꝝ
mutatio:qꝛ scz in igne furoris,id est iusticie ⁊ ri-
goris ipsius dei,cōmouebunt a statu sue mūda-
ne ꝓsperitatis pisces maris.i.voluptuosi:volu-
cres celi.i.superbi et ambitiosi:qui non querunt
nisi alta:bestie terre,id est auari atq; diuites:re-
ptilia,id est infirmi/mali pauperes homines,qui
sunt super faciē terre,scilz ecclesie:hoc est dictu,
mali clerici ⁊ seculares. Tales igit sunt de exer-
citu istius regis Gog,id est diaboli:et ideo dn̄s
finaliter ignē et sulphur.i.ardorē et fetorē eter-
ne damnationis super eos pluet:gladiū sue dire
sentētie in eos mittet:montes,id est ipsorū altos
status destruet;sepes et muros eorū,id est ipso-
rū malos fautores et protectores subuertet:et
eos oēs ad infernū damnabit/interficiet et occi-
det:quia pro certo Gog cum suis exercitib9,id
est diabolus cum suis peruersis hominibus in
indicio destruetur:et malorū status et prosperi- G
tas subuertetur. Psal. Ignis/sulphur ⁊ spiritus Psal.10.
procellarum/pars calicis eorum.

¶ Capitu. xlj. Textus.

Et introduxit me in templum:et mēsus
est frontes. Moralitatū Ca. xviij.

Templum quod
vidit Ezechiel cum sua mirabi
li dispositione et fabrica/nō fa
ciliter exponit:sed qui signifi-
cationē suā desiderat / videat
Gregoriū in homilia sup Eze-
chielem. Non em̄ est meū tam
difficilima exponere:qui nō quero nisi aliq̄d de
segete scripturarum excerpere,vt post messores
possim aliquē manipulū colligere. Dicit igit ꝙ
Ezechiel in descriptione tēpli vidit quādam pi-
cturā in pariete/quā cherubin nominabat. Erat
em̄ pictura animalis qđ duas facies habebat:scz
ab vna parte faciē hominis/⁊ ab alia parte faciē
leonis:⁊ iuxta quālibet faciē palme species pin-
gebatur:ad quā ipsa facies cherubin vertebat. Moralitas.
¶Ista pictura pōt significare viros ecclesiasti-
cos/⁊ maxime ꝓlatos qui in templo ecclesie sunt
locati:qꝛ pro certo isti debēt dici cherub qui in-
terpretat plenitudo sciētie:qꝛ isti debēt esse viri
sciētifici et discreti. Ezech. Tu cherub extentus
et proteges/plenus sapiētia ⁊ perfectus decore. Ezech.28.d
Debēt etiā habere duas facies:inquātum in fa-
cie apparētie exterioris cōuersationis ⁊ moris,
ipsi esse debēt diuersimode duplicati:qꝛ s̄m diuer
sitatem locorū/temporū et personarū/ipsi debēt
esse in cōditionibus variati:qꝛ in ipsis debet esse
facies hoīs et facies leonis inquātum debēt esse
aliquotiēs humani et benigni:quādoq; vero se-
ueri et leonini:vt sint sicut hoīes quātum ad mi
sericordiā et benignitatē: leones vero quātum
ad iusticiā et seueritatē:vt sic facies humana re-
spiciat bonos ad promouendū:leonina vero re-
spiciat malos ad puniēdū. Ezechi. Facies homi- Ezechi.1.c
nis et facies leonis. Uerūtamen quelibet facies
debet palmā respicere:quia misericordia et iusti
cia se debēt ad palmā eterne glorie/⁊ ad vitiorū
victoriā ordinare:siue sit homo misericors,siue
iustus,semper debet intentionē rectā habere,et
ad hoc ꝙ palmā glorie postmodū capiat anhela
re:dicēs illud Cant. Ascendā in palmā/⁊ appre- Cant.7.c
hendam fructum eius. ¶Hic fit mentio/ꝙ sacer- Cap.xliij.
dos qn̄ ministrabat in tēplo,induebat vestimēta
sua sancta:quādo vero redibat ad populū,vesti
menta sua exuebat,et sua communia induebat.
¶Sic vero quilibet sacerdos,id est quilibet sa- Moralitas
cer ac sanctus dux,id est quilibet iustus,quādo
in sanctuario paradisi vel in templo ecclesie per
seruitij diuini executionem ministrat: vestimēta
sancta,id est sanctā ⁊ fidelē conuersationē debet
induere,⁊ cōtinentia morū spiritualiū se ornare.
Unde dicit. Sancti estote,qꝛ ego sanct9 sum. ve- Le.19.a
rūtamen quādo redit ad populū:id est qn̄ ad vi
tam actiuā reuertitur,⁊ ad mūdi negocia cōuer
sationēq; seculariū applicat:tūc debet illas san-
ctas vestes exuere,vestesq; cōmunes induere.i.
conuersationē magis affabilē accipere ⁊ cōmunē
vt sic illis cū quib9 habitat,se studeat (sine pecca
to tamē) pro virib9 cōformare. Leui. Uestiet ve- Leui.6.a
stimentis alijs ⁊c. ¶Uel dic ꝙ s̄m locum ⁊ perso Aliter.
nas,gradum,statū et officiū quod habemus ne-
cesse est assumere sanctas vestes, moresq; indue-
re magis graues. Quādo tamē predicta cessant:
tunc homo ꝓprias debet vestes resumere,⁊ sicut

2.Coꝛ.9.d ante cõsueuerat se habere. Apl'ls. Omnibus oĩa
Aliter. factus sum. ¶Uel dic ꝙ loca quãdoq3 nocẽt seu
proficiunt ad virtutes: quia scȝ si in loco sancto
manseris / vestem sancte conuersationis habe-
bis: si vero ad populum vel ad secularia nego-
cia exieris, moꝛes seculares et laicos repoꝛta-
bis. Unde Seneca epistola.ix. Nihil tam dãno-
sum bonis moꝛibus, ꝙ in spectaculo residere.

¶ Capi. xliiij. Textus.

Et conuertit me ad viam poꝛte sanctuarij exterioꝛis \ que respicit ad oꝛientem.

Moꝛalitatum Capitulum xix.

B Vidit Ezechiel
poꝛtam in sanctuario: ꝛ erat
clausa: et dictũ est sibi ꝙ poꝛ-
ta hec clausa erit: et vir non
trãsibit per eam: qm̃ dñs de⁹
israel ingressus est per illam:
eritq3 clausa pncipi, pꝛinceps
iste sedebit in ea. ¶Dic ꝙ ista
Moꝛalitas. poꝛta est beata virgo: que in sanctuario castita-
tis et sanctitatis posita / semper per virginitatis
sigillum mente et coꝛpoꝛe fuit clausa. Uir enim
per istã poꝛtã nõ transibit / inquãtum ipsam ho-
Esa.52.a mo per copulam carnis nõ cognouit. Esa. Non
transibit per te incircuncisus ꝛ immũdus. Dñs
em̃ solus ingressus est per eam per carnis assum-
ptionem. Nam ipsi pꝛincipi chꝛisto fuit clausa
per virginitatis dedicationẽ: et ipse solus in ea
Psal.117.c sedit per coꝛpoꝛalẽ habitationẽ. Psal. Hec poꝛta
Cañ.4.d dñi: iustus intrabit per eam. Unde dicit. Hoꝛtus
Eodẽ ca.d cõclusus soroꝛ mea: hoꝛt⁹ conclusus fons signa-
tus. ¶Ibidẽ oꝛdinat dñs / ꝙ leuite q̃ recesserant
ab eo / ꝛ errauerũt in idolis suis: ꝙ non debebãt
ad eum accedere / nec sanctuariũ intrare, nec in
sacerdotio ministrare. Soli em̃ filij Sadoch / qui
custodierũt cerimonias sanctuarij mei, cũ pecca
rent filij israel: ipsi stabũt in cõspectu meo, vt offe
rant mihi adipẽ et sanguinẽ: ipsi ingredient ad
sanctuariũ: et accedent ad mensam meam vt mi-
nistrẽt mihi. Aduerte tamẽ ꝙ isti sacerdotes de-
bebant indui vestibus lineis: nec debebat super
C ipsos accedere quicq3 laneum: vitte linee erãt in
capitibus eoꝛũ: feminalia linea in lumbis eoꝛũ, ꝛ
non accingentur. In sudoꝛe caput suum non ra-
dent: comã suã non nutrient: sed capita sua ton-
debũt: vinũ cũ ingressuri sunt atriũ / nõ bibẽt. Ui-
duam aut repudiatã nõ accipiẽt: ad moꝛtuũ ge-
neraliter nõ intrabũt: populũ quid sit inter san-
ctum et pollutũ docebũt: legẽ teneri ꝛ iusta iudi-
Moꝛalitas. cia iudicabũt. ¶Sic vero charissimi, illi sacerdo
tes ꝛ leuite, id est ecclesiastici / qui a dño per vitia
recesserũt: et idolis suis.i. diuitijs per auariciã,
malis mulierib⁹ per luxuriã vel malis superio-
ribus, per simoniã seruierũt / non sunt digni dño
ministrare, nec ad sanctuarium sacrificij altaris
accedere, nec sacerdotio gaudere. Soli enim filij
Sadoc / qui interpꝛetat iustus: scȝ soli filij iusti-
cie qui legis diuine cerimonias custodire cõsue-
uerunt, digni sunt: ad mẽsamq3 altaris accedũt
et ꝙ sacerdotio fungantur: ꝛ ꝙ adipẽ, id est chꝛi-
Leuit.22.b sti carnẽ et sanguinẽ offerãt et ministrent. Leuit.
Omnis alienigena non accedat. Item oĩa vesti-
menta.i. oẽs moꝛes et conditiones istoꝛũ linea-
rum et pura et sancta debent esse: ꝛ nihil laneũ.i.
nihil carnale vel indecens debet in eo apparere.
Linum enim qđ est candidũ / puritatẽ significat:
lana vero que de carne nascit, carnis voluptatẽ
designat: ꝛ ideo in capite coꝛdis et mentis debet
esse vitta linea.i. puritas innocẽtie interioꝛis: et
in lumbis debẽt carnis feminalia linea restringi. D
i. cõtinẽtia castitatis exterioꝛis teneri. Leui. Tu Leui.16.a
nica linea vestiet: ꝛ feminalibus lineis verecũda
celabit. Isti igit qñq3 sudãt in cõfessiõe vitia emit
tendo: nullo modo debẽt accingere seipsos p vi-
tia restringẽdo, sed potius laxare oĩa integre cõ
fitendo. Illi etiã qui in tẽplo ecclesie ministrant,
nõ debẽt vinũ, supple in quo est luxuria, bibere:
voluptati superflue intẽdendo. Apl'ls. Nolite in- Ephe.5.d
ebꝛiari vino in quo est luxuria. Isti etiã debent
comã.i. diuitiarũ supfluitatẽ nutrire, ꝛ tñ ex to-
to ipsi nõ debẽt caput mẽtis a capillis diuitiarũ
radere vel nudare: tondere tñ debẽt istos capil-
los ipsos pauperib⁹ erogãdo: ꝛ plus debito cre-
scere nõ sinẽdo, supfluitatẽ omnimodã tonsura
tẽperãtie resecãdo. Rasura em̃ omnimodã abdi
cationẽ diuitiarũ designat. Tonsio vero q̃ partẽ
aufert, ꝛ partẽ dimittit, tẽperatã resecationẽ insi
nuat: ad denotandũ ꝙ ecclesiasticus debet sup-
flua expẽdere, et retinere necessaria vnde viuat.
Unde in Pꝛouer. Diuitias nec paupertates de- Puer.30.b
deris mihi dñe: sed tribue tm̃ victui meo necessa-
ria. Itẽ isti non debẽt viduã aut repudiatã.i. re-
troactã malã vitã ab eis dimissam p recidiuum
assumere. Quia dicit. Nemo mittens manũ suã Luc.9.g
ad aratrũ ꝛc. Ad moꝛtuos etiã.i. ad infames et
malas psonas nõ debet accedere: nec societatem
cum ipsis cõtrahere: sed populũ ad literã debẽt
docere: et ad discernẽdum inter sanctum et pol- E
lutum, bonũ et malũ, debẽt instruere: ꝛ inter virũ
et pꝛoximũ suum iuste iudicare. Psal. Iuste iudi- Psal.57.a
cate filij hominũ. ¶Dicit ibidẽ dñs, ꝙ illi qui de- Eodẽ ca.d
reliquerant eum, et idola adoꝛauerãt: ianitoꝛes
in domo dñi futuri erant. ¶Sic vero hodie sunt Moꝛalitas.
illi in domo ecclesie ianitoꝛes, id est pꝛelati et in-
troductoꝛes, qui dominũ ꝛ deum derelinquunt:
et idola.i. mũdi bona diligũt atq3 colunt. Bona
enim mundi idola sunt: quia ad similitudinẽ, nõ
veritatẽ pꝛetendunt. Uel etiã idola sunt maio-
res et superioꝛes: quia qui istos adulationibus
coluerit atq3 muneribus: ianitoꝛ in ecclesia, id est
officialis, plãtus vel introductoꝛ faciliter erit.

¶ Capl'm xlvj. Textus.

Hec dicit domin⁹. Poꝛta atrij interioꝛis que respicit ad oꝛientem.

Moꝛalitatum Capitulum xx.

In vestibulo do-
mus dñi quam vidit Ezechiel,
erãt due poꝛte: scȝ aquilonaris
ꝛ meridionalis, p quas popu-
lus intrabat in vestibulũ. Ue-
rũtamen sic fiebat, ꝙ ille q̃ illuc
intrabat / nunq3 per eandẽ poꝛ
tam redibat: imo semp p poꝛtã oppositã exibat:
ꝛ ecõtra: excepto pncipe / q̃ eadẽ poꝛta qua intra-
bat egredi poterat si volebat. ¶Pars aquilonis Moꝛalitas.
sterilis ꝛ frigida / in scriptura significat in mũdo F
statũ aduersitatis ꝛ paupertatis. Pars vero me-
ridionalis luminosa ꝛ calida designat statũ pꝛo-
speritatis. Uestibulũ designat statũ cui⁹ vite vel
cuiuscũq3 mundane vel ecclesiastice dignitatis.
Istud igit est verũ moꝛaliter loquẽdo: ꝙ nullus
est q̃ eadẽ poꝛta egrediat p quã intrat: q̃nimo vt
cõiter p cõtrariã poꝛtã.i. p cõtrariũ statũ et mo-
tum de mũdo vel ecclesia egrediunt. Illi em̃ qui
intrãt p viã aquilonarẽ.i. per mũdi tribulationẽ
et paupꝛtatẽ: solent p viã oppositã, scȝ p viã me-
ridionalẽ.i. per statũ pꝛsperitatis exire. Econtra
vo q̃ per meridionalẽ intrauerit / p aquilonarẽ
aduersitatis exibit: q2 reuera illi q̃ in isto mũdo

sunt in aduersitate, erunt cum exiuerint in celi prosperitate. Econtra vero illi qui hic intrant per seculi cõsolationes, finaliter exibũt per inferni tribulatiões. Nõ est enim decẽs: imo vt cõiter et impossibile, quod de aquilone ad aquilonem .i. de paupertate ad paupertatem venias. Nec quod de meridie ad meridiẽ id est de mũdi gloria ad celi gloriã post accedas: quinimo vt cõmuniter de aquilonari ad meridiem et econuerso graditur: et de mũdi tribulationibus ad prospera, necnon de mundi prosperis ad aduersa peruenitur. Illud tamen põt falli in principe, id est in aliquibus viris principibus et spiritualibus: qui a deo priuilegiati per portam quam intrant, exeunt: qui de prosperitate mundi ad celi prosperitatem transeũt, et ecõtra quandoque de tribulatione mundi ad inferni desolationem transcurrũt. Unde dicitur. Nõ reuerteris per viam qua venisti.

3.Reg.13.c

Capitulum .xlvij. Textus. Et conuertit me ad portam domus: et ecce aque egrediebãtur. Mora. C.xxi.

Dicit Ezechiel: quod ipse vidit aquas redundantes a latere dextro templi: et ecce vir habens funiculum in manu sua: et mensus est mille cubitos: et transduxit me per aquam vsque ad talos: et reuersus mensus est mille cubitos: et trãsduxit me vsque ad genua: tandẽ mensus est mille cubitos: et trãsduxit me per aquas vsque ad renes. Et finaliter mẽsus est alios mille cubitos, torrentem magnum: quem non potui pertransire: quoniam intrauerũt aque torrentis profundi, qui non põt transnatari. Aque que exeunt a latere dextro templi, id est ab ipso pectore, et ab ipsa influentia et inspiratione christi: significant aquas diuinarũ scripturarum: in quibus proculdubio sunt diuerse partes in profunditate et difficultate ab inuicem differentes. Nam secundũ quod vir qui portat calamum mensure, id est christus: qui secundum Apostolum vnicuique distribuit sicut vult mensuram fidei: hominem diuersimode per istum fluuium scripturarum deduxit: et nunc vsque ad talos, id ẽ parum difficiliter quantũ ad historiã: nũc ad genua, id est magis difficiliter quantum ad allegoriam: nunc vsque ad renes, id est magis difficiliter quãtum ad tropologiam: nunc autem summe inexplicabiliter quantum ad moralitatem, vel quantum ad anagogiam intellectum nostrum in isto flumine circunducit. Quia reuera quanuis per multos passus secundum magis vel minus exponendo vel intelligendo faciliter transeamus: aliquando tamen istum terrorem ita impernauigabilem inuenimus, quod pro libito non transimus: ita quod propter defectu ingenij nostri nobis potest dici illud Joan. Domine, neque cum quo haurias habes: et puteus altus est. Et sicut ibidẽ dicitur iste fluuius habebat super ripas, et ex vtraque parte torrentis omne lignũ fructiferũ: non defluet foliũ ex eo: et non deficiet fructus eius: per singulos mẽses affert primitiua sua: et erit fructus eius in cibum: et folia eius in medicinam: et omnis anima viuet ad quam peruenerit torrens iste quia aque eius de sanctuario egredientur: et stabunt super fluuium piscatores. Sic vere diuina scriptura ex vtraque parte sui scilicet quantum ad sensum literalem et spiritualem habet lignum fructiferum, id est vitalem et fructuosam scientiam et doctrinam que scilicet fructus sententiarum non cessat producere, et folia verborum proferre: que tamen folia seu verba nunquam contingit cadere vel perire: iuxta illud. Jota vnum non preteribit a lege. Fructus iste sententiarum valet ad cibum meritorum habendum: folia vero illius, scilicet sacre scripture verba valent ad medicinam malorum: anime autem, id est persona, quas torrens scripture irrigat: per gratiam viuificantur: piscatores vero, id est predicatores et doctores stare et sedere in isto fluuio comprobantur. Isti enim sunt aque que de sanctuario domini, id est de paradiso per reuelationem fluxerunt: et ideo nõ mirũ si de ipsis tanti fructus, id est tante commoditates descenderunt: et sic per singulos menses, id est cõtinue fructus et vtilitates nobis impendunt. Psalmi. Erit tanquam lignũ quod plantatum est secus decursus aquarum. Uel dic quod ligna fructifera significant viros iustos: qui ex vtraque parte fluminis, id est ecclesie: sunt plantati. Etenim fluuius a fluẽdo dicitur, pro eo quod fluctuare digno scitur. Duas etiam habet partes: scilicet statum clericorum et laicorum: inter quos constat esse multitudinem bonorum lignorum: fructiferorum, id ẽ hominum vtilium et iustorũ, qui frutũ bonorum operũ proferunt: et folia sanorum verborũ producũt: per mẽses singulos, scilicet cõtinue primitias deuotionis et reuerentie deo reddunt: quia pro certo folia verborũ suorũ non defluunt per mendacium vanitatem: immo stabiliter permanent per veritatis et certitudinis firmitatem: et ideo fructus suorum operũ: et ciborum bonorum exemplorum alijs proferunt: folia vero suorum verborum et medicinam bone doctrine alijs circunfundũt. Psal. Et folium eius non defluet etc. Folium enim, id est verbum viri iusti non debet fluere: immo semper debet per veritatem firmũ esse: et sine veritate et mendacio stabiliter permanere.

Moralitas. | D Ro.12.a | Joh.4.b. | Moralitas. | Mat.5.a | Ps.1.b | Aliter | B Ps.1.c

Moralitatũ super Ezechielem Finis.

Moralitatum Liber vicesimusquartus super Danielem.

Capitulum primũ Textus Anno tertio regni Joachim regis Juda. Moralitatum Capitulum j.

Nabuchodonosor rex babylonis cum subiugasset hierusalem, et in babylonem populum duxisset: voluit quod pueri qui fuerãt de semine regio, in quibus nulla esset macula: decori forma, docti sciẽtia: vescerentur cibis mense sue, et erudirentur et scientijs et linguis prouincie: vt sic fierent digni stare in conspectu regis. Rex iste est diabolus: qui in babyloniam que interpretatur confusio, id est in mundo, vbi perpetua confusio dominatur. Mensa istius regis est mundi prosperitas, qua diabolus cibat, et reficit peccatores. Pueri isti sunt sancti viri religiosi et perfecti, qui de semine regio, id est de semine Christi: per electionem, et adoptionem sunt nati. Unde dicitur. Dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Quid igitur? Pro certo quando Nabuchodonosor, id est diabolus potest preualere contra ecclesiam vel religionẽ, et ipsam per peccatum suo dominio subiugare: et populum eius in babylonem, id est in amorem huius mũdi deducere: ipse summe nititur quod pueri de semine regio .i. viri ecclesiastici et religiosi, qui sunt sancti ces: et semẽ regiũ .i. personarum sanctarum .i. quicunque sunt im-

C Moralitas. | Joan.1.b

maculati et sancti,⁊ in scientia spirituali ⁊ theologica eruditi,et morali pulchritudine insigniti vtantur cibis mense sue/mũdi delicijs ⁊ prosperis:⁊ instruantur in literis sciẽtie Babylonis,id est mundi scientijs,malicijs et cautelis:⁊ hoc totum vt ipsos possit habere stantes ante se inferius in inferno:quia extrema gaudij luctus oc-
Puer.14.b cupat.Et hinc est ꝙ multi ecclesiastici nõ curant hodie nisi de delicijs et scientijs mũdi,scilicet legibus et medicinis:et ideo boni debent facere sicut fecerunt tres de illis : scilicet Ananias, aza-
D rias et misael ⁊ daniel:qui mensam regis spreuerunt/abstinentesq fuerunt:et non fuerunt concremati vel contaminati:sed domino placuerunt et plurimis scientijs effulserunt.¶Sic vere debent cauere de mensa ista,id est de mũdi prosperis:et in abstinẽtia et paupertate voluntaria viuere,et ita dño complacere:et sicut isti pueri in igne non fuerunt combusti:sic nec viri abstinentes igne luxurie comburuntur.Et ideo bene di-
Eccli.37.d citur.Propter crapulam multi perierũt:qui autem abstinens est,adijciet vitã.Et sicut isti pueri abstinentes fuerunt inuenti pulchriores et sapientiores et regi pre ceteris amplius placuerunt:sic vere qui sunt abstinentes, coram rege christo plus placent:et plus pollent pulchritudine morali et sciẽtia spirituali:⁊ minus possunt igne vri,id est concupiscentia carnali.

¶Capitulũ ij. Textus.

In anno secundo regni nabuchodonosor:vidit nabuchodonosor somniũ. Moralitatum Capitulum ij.

Vidit nabuchodonosor somniũ,scilicet statuam grandẽ et sublimẽ/ac terribilẽ ad videndũ:caput et collum ex auro optimo: pectus et brachia ex argẽto:venter et femora ex ere: tibie aũt ferree:pedis vero
E pars quedã ferrea / quedã fictilis ⁊ testea.Nam quãto statua ad pedes appropinquabat,tãto metallũ eius deterius erat. Tandẽ vero de quodã monte abscisus est vnus lapis paruus sine manibus,qui percussit pedes:
Moralitas. et factus est mons magnus in terra. ¶Statua hec est ecclesia vel religio que pro certo per progressum tpis multipliciter mutat statũ. Primus igit statꝰ ecclesie significat in capite:qr caput scz principiũ eius pro certo fuit aureũ/per ruborem feruẽtis charitatis/⁊ per vigorẽ cõstantissime firmitatis:sicut patuit in martyribus ⁊ apostolis,qui fuerũt primi. Secũdus significat per secundã partẽ statue,scz per pectus et brachia: et hi fuerunt eremite ⁊ cõfessores:⁊ hi pro certo fuerũt argẽtei.i.candidi ꝑ nitidã castitatẽ. Tertij fuerunt doctores:et hi intelligunt per es:qđ summe resonat:quia fuerũt sonori per eloquẽtie honestatẽ et venustatẽ:⁊ sic patent tres status,⁊ tres etates ecclesie primitiue.Sed vere pedes ⁊ tibie finis ecclesie vel religionis,scz nos alij:quia nos sumus partim ferrei per crudelitatis et seuitie durã ferocitatẽ,et indeuotionis fragilitatem:partim aũt testei per auaricie crudelitatẽ,⁊
F per carnalẽ infectionẽ:vt patet de modernis ecclesiasticis/qui sunt crudeles et duri: quia oẽs alios volunt suppeditare. Sicut etiam lutum ⁊ testei.i.auari/terrei et luxuriosi:et ideo talibus accidit qđ sequit. Quia dicit ibidẽ.Precisus est lapis de monte,qui totam statuã cassauit.¶Sic vero diabolꝰ lucifer/qui de monte paradisi cecidit/totã ecclesiã hodie cõcutit et frangit. ¶Uel Aliter.
dic ꝙ statua est religio:eiusq caput est eius fundator:pectus et brachia fuerũt eius primi confessores et sancti,qui ibidẽ fuerunt.Uenter autẽ claustrũ est:cuius intestina sunt subditi / q̃ sunt ibi.Pedes autẽ et tibie sunt eius sequaces/famuli aut officiales/qui sunt circa religiosos,et maxime laici cõuersi.Est igit religio grãdis ⁊ sublimis meritis et virtutibꝰ,terribilis inimicis. Caput igitur eius.i.fundator/fuit aureũ per charitatis ruborẽ.Pectus et brachia,id est sancti patres fuerunt argentũ per charitatis candorem. Uẽter autẽ ⁊ femora.i.claustrales ⁊ conuentus: alij fuerũt erei.i.sonori ꝑ p̃dicationis ⁊ cõfessionis laudẽ,⁊ orationis ⁊ gratiarũactionis clamorem.Pedes autẽ qui statuã sustinent,id est boni laici actiui:debent esse ferrei per fortitudinis vigorem,terrei per humilitatis ⁊ penitentie squalorem.¶Uel dic ꝙ statua significat ecclesiam,in Aliter.
qua caput.i.capitanei et p̃lati respectu aliorum debẽt esse aurei:⁊ cetere partes et persone,quãto sunt capiti,id est prelato propinquiores,⁊ in statu,gradu et officio superiores : tanto debent esse inferioribꝰ meliores. Unde Uegetius.Tunc respublica bene regebatur,quãdo non poterat esse maior nisi qui melior.Et nota ꝙ ecclesia bene dicitur statua a stãdo:quia in stabilitate fidei est fundata.Psal. Fundauit terrã super stabili- Psal.118.m
tatem suam:⁊ ecclesia in eternũ stat.¶Uel dic ꝙ G
statua est homo diues,potens,grandis et subli- Aliter.
mis,quẽ oẽs timẽt.Iste igit qñq habuit caput, id est originẽ aureã:quia ex nobili plebe traxit originẽ.Brachia eius,id est vxor,amici et collaterales sunt argentei,id est pleni pecunia et argẽto,id est fulgẽtes gloria tẽporali. Uẽter eius et femora eius,⁊ filij eius ⁊ filie,qui de suo vẽtre et femoribus exierũt:sunt erei et sonori ꝑ iactãtias,pompas,gaudia et cantilenas,per rixas et discordias.Unde Job.Pueri eorũ exultant lusi- Job.21.b
bus.Pedes et tibie.i.eorũ famuli officiales partim sunt ferrei ꝑ crudelitatẽ:qr alios feriũt per rapinas et iniurias:partim sunt terrei.i.cupidi et auari:qr sicut videmus,ballivi diuitũ ⁊ potẽtum sunt crudeles et rapaces:et sunt etiã cupidi
et tenaces.Unde Ezechi. Oẽs isti ferrũ,plumbũ Ezech.22.d
et stãnum. Sed ꝓ certo de monte.i.de paradiso venit qñq lapis,id est occulta dei sentẽtia, percutiens statuã,id est istum diuitẽ cum istis suis mẽbris collateralibꝰ et sequacibus destruit atq rũpit:et hic qñq tẽporaliter,et post mortẽ eternaliter:qr scz collaterales et cõsiliatores sequaces,executores et adulatores diuitũ,⁊ ceteri in H
suis criminibus vel rebus acquisitis participã- Esa.14.c
tes,cum eo perpetue dãnabunt.Unde dicit Esa. Aliter.
Preparate filios eius occisioni. ¶Uel dic ꝙ statua est diues causidicus vel mũdanus:qui tenet aurum ⁊ argentũ,lapides p̃ciosos,terras ⁊ possessiones:qui est terribilis ⁊ sublimis.Sed quid? Pro certo sepe venit quidam lapis paruulus.i. quidã nouus iuuenis et astutus:qui incipit regnare,causare vel mercari:qui tandẽ frangit illum magnũ:⁊ possessiones eius acquirit,⁊ ipsum prosternit:et inter omnes fit magnus.i.in tota terra et patria nominatus:sicut ad literã videmus de diuitibus:quorũ quidã pereunt:alij lo-
co eorũ surgunt.Unde dicit. Multi potẽtes op- Eccli.11.a
pressi sunt ⁊c.¶Uel dic ꝙ statua ista est homo:q̃ Aliter.
quãdoq in capite,id est in principio et iuuẽtute est aureus,id est perfectus et bonus:et tandẽ in pectore,id est in ampliori etate fit argenteus,id est minus valens et tepescens:a feruore tandem fit ereus,id est sonorosus,querulosus.In fine.i. in senectute fit terreus,id est cupidus ⁊ auarus:

ferreus.i.impius, frigidus ⁊ indeuotꝰ: qr acres in principio frangunt in fine: et ideo per lapidē diuine sentētie perpetuo confringunt. ¶Uel dic
Aliter. q̄ statua est mundus, qui habet quatuor partes i. quatuor imperia: scz assyriorū aureū, persarū argenteum, grecorum ereum, romanorū ferreū. Lapis vero paruus est christus, de monte. i. de virgine, sine manibꝰ.i.sine virili opere scissus: q̄ istam statuam.i. mundi regna cum suis sectis.i. idololatris cōquassauit: ⁊ per fidem ecclesia mōs magnus factꝰ est: qr iam totum mūdū impleuit.

¶Capitu. iij. Textus.

Nabuchodonosor rex fecit statuam auream. Moralitatum Cap. iij.

A Nabuchodonosor fecit erigi quandā magnam statuā aureā, maxime quantitatis, i quodam campo: ⁊ fecit coram ipsa citharizare melodissime omnibus generibꝰ instrumētorū: et dato q̄ statua nō haberet vitā: nec se posset mouere: tn̄ voluit q̄ oēs adorarent eā: alioquin mitterentur in fornacē ignis: sicut patet in tribꝰ pueris sanctis, q̄ noluerunt ipsam adorare: ⁊ missi
Moralitas sunt in ignē. ¶Rex iste significat istos qui regūt mundum vel ecclesiā, maiores scz ⁊ principales. Statua significat aliquos ministros imperitos ad modū statue, ab eis per affectionē vel per dona creatos vel aliquos cōsiliarios: q̄ q̄uis sunt statuales ⁊ ignari: ipsos tn̄ colūt ⁊ credūt tanq̄ deos, ⁊ ab aliis volūt coli: sicut ad literā videmꝰ q̄ vix est dare aliquē iudicē vel prelatū, quin secum habeat aliquā statuā.i. aliquē consiliarium statualē: cui scz principaliter credit, ⁊ eū adorat: ⁊ ab aliis eū honorari facit: ⁊ quē in domo et in curia sua sup oēs erigit ⁊ extollit: et isti tales dicuntur aurei: qr satis habēt de auro, ad dandum
B suis maioribus munera. Isti etiam secū habēt citharistas: hoc est dictu, adulatores: q̄ nō cessant in eorū auribꝰ citharizare, adulādo, laudādo, ⁊ alios impie accusando, ⁊ eis in suis nequitiis fa
Prouẽ.28.a uendo. Quia dr. Qui derelinquunt legē, laudant impium. Quid igit? Pro certo Nabuchodonosor aliquis princeps mundi vel ecclesie, cōstituit in cāpo vno.i. in vna patria, ciuitate, ecclesia vel religiōe: vnā statuā.i. vnū ignorantē iudicē per affectionē vel per personarū acceptionē erectū: in cuiꝰ auribus illi de familia sua non cessant resonare, ⁊ ipsam tanq̄ deū adorare: ⁊ si quis non velit eam adorare, verbis adulatoriis cōmēdare: ipse ꝓ mittit in fornē ignis: qr scz statim igne rixe, ire ⁊ auaricie depredatur: ⁊ ideo pueri sancti.i. bone persone que hmōi supbias abhorrent, ab eorū ꝓmotione comburuntur, ⁊ in igne rapi-
Esa.59.c pine ponuntur. Unde Esa. Qui recessit a malo,
Eodē.c.c prede patuit. ¶Pueri sancti et abstinentes precepto regis in ignem missi sunt, vt ibi cōburerentur, sed statim fecit dn̄s fornacē quasi ventum roris flantē: ⁊ filius hominis cū eis visus. Ministri aūt q̄ fornacē incenderūt cōbusti sunt ipsis nihil
Moralitas patientibus in fornace: ⁊ hoc in babylonia. ¶Babylonia que interpretat cōfusio est mundus: fornax eius est ardor tentationū ⁊ tribulationum. Rex aūt eius est diabolus, qui dicitur princeps
Joh.12.c mundi. Un̄ dicitur. Qn̄ igit diabolus rex babylo
